

Leontina Ventura  
António Resende de Oliveira



(Página deixada propositadamente em branco)



D

O

C

U

M

E

N

T

O

S

I  
IMPRENSA DA UNIVERSIDADE DE COIMBRA  
COIMBRA UNIVERSITY PRESS  
U

**COORDENAÇÃO EDITORIAL**

Imprensa da Universidade de Coimbra

URL: <http://www.imp.uc.pt>

**CONCEPÇÃO GRÁFICA**

António Barros

**PRÉ-IMPRESSÃO**

SerSilito • Maia

**EXECUÇÃO GRÁFICA**

SerSilito • Maia

**ISBN**

972-8704-89-5

**ISBN Digital**

972-8704-26-0411-4

**DOI**

<http://dx.doi.org/10.14195/978-989-26-0411-4>

**DEPÓSITO LEGAL**

251608/06

© Novembro 2006, Imprensa da Universidade de Coimbra

Obra publicada com o patrocínio de:



Obra publicada com o apoio de:



Leontina Ventura  
António Resende de Oliveira



(Página deixada propositadamente em branco)

1269 Setembro 19, Lisboa — Carta ao almoxarife e aos escrivães de Lisboa para que entreguem a D. Vivaldo as casas na freguesia de Santa Maria Madalena de Lisboa, que haviam sido de João Bochardo.

**Karta per quam dominus Rex mandavit intregare donno Vivaldo quasdam domos**

Don Afonso pela graça de deus Rey de Portugal e do Algarve a vos Pedro Fernandiz meu almoxariffe e aos scrivaes de Lixboa saude. Mando vos que entreguedes a don Vivaldo as mhas casas que son na freeguesia de sancta Maria Magdalena que forum de Joham Bochardo das quaes estes son os termuos: a ouriente e avrego e aguyon vias publicas, e a auciente as casas de Vivas Martiiz e entregade las cum seus termuos e cum seus sobrados. En outra parte mando vos que l'entreguedes a outra mha casa cum seu sotão et cum seu sobrado, a qual est en essa meesma freeguesia da qual estes son os termuos: a ouriente o muro da villa; a ouciente via publica; a aguyon as casas de Domingos Paayz tonoeyro; a avegro a outra mha casa. As quaes casas mando que tenha de my en prestamo de cincoenta e una libras en sa vida solamente, ca atanto achei por vos almoxarife e escrivães que valem a my cada anno essas casas. E depoys morte desse don Vivaldo essas casas tornem se a my ou meus successores livremente. E esto faço a ele por graça e por mercee. En testemoyo da qual cousa dou a esse don Vivaldo esta mha carta aberta que foy feyta en Lixboa, XIX die Septembris, El Rey o mandou.

Duram Periz a fez. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> VII.<sup>a</sup>.

1269 Setembro 27, Lisboa — Aforamento do casal reguengo de Vilarelho, de quatro leiras em Boscras e de três castanheiros e uma leira em Outoreça (tudo na fr. Ovil, c. Baião) a Julião Anes e sua mulber Teresa Viegas.

**Carta de foro de uno casali de Vilaredo et de aliis leyris**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod<sup>233</sup> ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii, una cum uxore mea Regina donna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia, et filiis et filiabus meis, Infantibus donno Dionisio donno Alfonso donno Fernando, donna Blanca, donna Sancia, do et concedo vobis Julianus Johannis et uxori vestre Tarasie Egee et omnibus vestris

---

<sup>233</sup> Segue-se a abreviatura de *ego*, sopontada, tendo-se, a seguir, voltado a escrever *ego* por extenso.

successoribus ad forum illud meum casale scilicet meum regalengum de Vilarelo de judicatu de Bayam et quatuor leyras in Avoescares et tres castinarias et unam leyram in Etyoressa, cum omnibus ingressibus et egressibus et pertinenciis suis, tali videlicet pacto quod vos pupuletis et laboreatis et plantetis illud bene, et detis inde michi et omnibus meis successoribus annuatim quartam partem de pane, et de vino et de lino, excepto quod de vino in primis quinque annis postquam vineam feceritis, non debetis aliquid dare. Et debetis dare pro eyradiga maiordomo unum sestarium de centeo et aliud de milio, et pro sancto Johane unam teeygam de tritico et aliam de centeo et aliam similiter de centeo cum lino, et ex quando habueritis vinum quod vadat ad lagare, debetis dare annuatim unum puçale de vino pro lagaradiga. Et pro pedida de maiordomo annuatim tres soldos, et pro festo sancti Michaelis unum bragale de septem varis et duas gallinas et duos capones et viginti ovos, et pro Natale unam spadoam de porco de duodecim costis, et tunc unam teeygam de tritico et aliam de centeo, et pro Entruydo unum cabritum, et iste directure de pane debent mensurari per almude de Meygion Frio. Et debetis dare annuatim pro Madio unum carneyrum, aut VII soldos et medium alqueyre de manteyga. Et pro festo sancti Johannis Babtiste annuatim unum soldum pro omnibus calumpniis minutis. Et debetis pectare tres calumpnias, *[fl. 95]* scilicet rausum, omicidium et stercus in ore, si vobis probate fuerint per inquisam bonorum hominum. Et furtum debet inquiri per bonos homines et debet illud pectare per forum de Bayam ille qui fecerit illud. In cuius rei testimonium dedi vobis istam meam cartam meo sigillo sigillatam. Data Ulixbona, V.<sup>o</sup> Kalendas Octobris, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno maiordomum suum et per cancellarium et per Rodericum Garsie de Pavya.

Jacobus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> VII.<sup>a</sup>.

[413]

*1269 Setembro 27, Lisboa — Aforamento de um casal reguengo em Chavães, de leiras em Ervins (tudo na fr. Ovil, c. Baião) e de duas leiras em Amarelhe (fr. Campelo, c. Baião) a João Mendes e sua mulher Estefânia Anes.*

#### **Carta de foro de uno casali de Chavanes et de quibusdam leyris**

Noverint universi presentem cartam inspecturi quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii una cum uxore mea Regina donna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia, et filiis et filiabus meis Infantibus donno Dyonisio, donno Alfonso, donno Fernando, donna Blanca, donna Sancia, do et concedo vobis Johannii Menendi et uxori vestre Stephane Johannis et omnibus vestris

successoribus ad forum illud meum casale, scilicet meum regalengum quod est in termino de Bayam quod vocatur Chavanes et leyras de Arviis et duas leyras Namarelli cum omnibus ingressibus et egressibus et pertinenciis suis, tali videlicet pacto quod vos populetis et laboreatis et plantetis illud bene et detis inde michi et omnibus meis successoribus annuatim quartam partem de pane et de vino et de lino, excepto quod de vino in primis quinque annis postquam vineam feceritis, non debetis aliquid dare. Et debetis dare pro eyradiga maiordomo unum sestarium de centeno et aliud de milio. Et pro sancto Johanne unam teeygam de tritico, et aliam de centeno, et aliam similiter de centeo cum lino. Et ex quando habueritis vinum quod vadat ad lagare, debetis dare annuatim unum puçale de vino pro lagaradiga et pro pedida de maiordomo annuatim tres soldos. Et pro festo sancti Michaelis, unum bragale de septem varis et duas gallinas et duos capones et viginti ovos. Et pro Natale unam spadoam de porco, de duodecim costis, et tunc unam teeygam de tritico et aliam de centeo. Et pro Entruydo unum cabritum. Et iste directure de pane debent mensurari per almude de Meygiom Fryo. Et debetis dare annuatim pro Madio unum carneyrum aut septem soldos et medium alqueyre de manteyga. Et pro festo sancti Johannis Babtiste annuatim unum soldum, pro omnibus calumpniis minutis. Et debetis pectare tres calumpnias, scilicet rausum, omicidium et stercus in ore, si vobis probate fuerint per inquisam bonorum hominum. Et furtum debet inquiri per bonos homines, et debet illud pectare per forum de Bayam, ille qui illud fecerit. In cuius rei testimonium dedi vobis istam meam cartam meo sigillo sigillatam. Data Ulixbona, V.<sup>o</sup> Kalendas Octobris, Rege mandante per donnum Johanem de Avoyno suum maiordomum et per cancellarium et per Rodericum Garsie de Pavya.

Jacobus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> VII.<sup>a</sup>.

[414]

*1269 Novembro 20, Santarém — Aforamento de um terreno em Frossos (fr. Curvos, c. Esposende) a Martim Esteves e sua mulher Domingas Rodrigues.*

### **Carta de foro de uno terreno quod vocatur Pumardonago.**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii una cum uxore mea Regina donna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia, et filiis et filiabus nostris Infantibus dono Dionisio, dono Alfonso, donna Blanca, donna Sancia, do et concedo vobis Martino Stephani et uxori vestre Dominice Roderici et omnibus vestris successoribus ad forum unum meum terrenum quod vocatur Pumardonago, quod jacet in termino de Foroços in judicati de Nevya, tali pacto quod detis inde

michi et omnibus meis successoribus annuatim terciam partem de omni fructu quem<sup>234</sup> deus ibi dederit secundum quod est de consuetudine regalensi de Curvus, et pro directura unam teeygam de tritico per mensuram de Curvus, et duos capones, et viginti ovos. Et vos non debetis ipsum terrenum vendere nec donare nec helemosinare nec atestare nec enplazare nec aliquo modo alienare ordini nec militi nec domine nec clero nec scutifero nec alie persone religiose, sed si illud vendere vel donare volueritis, vendatis vel donetis illud tali homini qui michi faciat complete et omnibus meis successoribus supradictum forum. In cuius rei testimonium do vobis istam meam cartam. Data Sanctarene, XX.<sup>a</sup> die Novembbris, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum et per cancellarium.

Jacobus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> VII.<sup>a</sup>.

[415]

*1269 Novembro 14, Santarém — Arrendamento das rendas e colheita de Porto de Mós ao respectivo concelho.*

### **Carta de renda de Portu Molarum**

Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii universis presentem cartam inspecturis notum facio quod judices et concilium de Portu Molarum posuerunt mecum de sua voluntate quod dent michi in quolibet anno dum michi placuerit, novencentas libras pro omnibus rendis et collecta quam ego habebam in villa de Portu Molarum, et quod dent eas michi vel cui ego mandavero, ad tercias anni, videlicet primam terciam pro prima die Decembri et secundam terciam pro prima die Aprilis et aliam terciam pro prima die Augusti, et debet michi dare tales marabitinos quales ego recepero de meis ovenciis in Strematura. Et illi debent tenere villam et recipere totas rendas et collectam meam a primo die Augusti usque ad alium Augustum. Et si illi non dederint michi predictos denarios ad predictas tercias anni vel cui ego mandavero<sup>235</sup> vel cui ipse mandaverit, debent eos ex tunc vel postquam eos eis pecierit transacto termino dare cum duabos libras cotidie de pena. Et ego aut ille cui ego mandavero aut ille cui ipse mandaverit, debet pignorare tam pro dictis denariis quam pro predicta pena. Et si ego aut ille cui ego mandavero dare supradictos denarios vel ille cui ipse mandaverit eos recipere noluerit ad predictas tercias anni vel postea predictos denarios recipere non debent cadere in supradicta pena. In cuius rei testimonium dedi eis *ffl.95v* istam meam

---

<sup>234</sup> Corrigido de *quod*.

<sup>235</sup> Segue-se *aut* sopontado.

cartam apertam. Data Santarene, XIIIII die Novembris, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno maiordomum suum.

Jacobus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> VII.<sup>a</sup>.

11

[416]

*1269 Dezembro — Lourenço Salvadores, sua irmã Maria Salvadores e outros vendem ao Rei a aldeia de D. Salvador, no termo de Monsanto (c. Idanha-a-Nova), por seiscentas libras.*

### **Carta da venda de aldeya que vocatur de donno Salvatore**

In dei nomine. Hec esta carta venditionis et perpetue firmitudinis quam jussimus facere nos Laurencius Salvatoris et soror mea Maria Salvatoris et Garcia Dominici et Durandus Dominici et Michael Pasquasii pro me et pro uxore mea Maria Dominici nobilissimo domino donno Alfonso dei gratia Regi Portugalie et Algarpii de una nostra aldeya cum suis terminis quam habemus in termino de Monte Sancto que vocatur Aldeya de donno Salvatore. Vendimus vobis ipsam aldeyam cum ingressibus et egressibus et cum omnibus juribus terminis et pertinentiis suis et cum omni jure quod habemus in ecclesia ipsius aldeye pro precio quod a vobis accepimus, scilicet sexcentas libras, quia tantum nobis et vobis complacuit et de precio apud vos nichil remansit pro dare in debito, et de cetero habeatis vos et omnis posteritas vestra ipsam aldeyam cum ipsa ecclesia ex hac die usque in perpetuum. Et si forte aliquis venerit tam de meis propinquis quam de extraneis qui hoc factum nostrum frangere voluerit, vel nos venerimus et concedere noluerimus aut non potuerimus componamus vobis ipsam aldeyam cum suis terminis et cum omnibus aliis pertinentiis suis duplatam, et quantum fuerit meliorata, et domino terre mille libras vel cui vocem suam dederitis. Et veda ista sit in suo robore validura in perpetuum. Facta carta mense Decembris, Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> VII.<sup>a</sup>. Nos vero supranominati qui hanc cartam fieri jussimus coram bonis hominibus roboramus.

Qui presentes fuerunt: Dominicus Monsanctus tunc temporis judex, Dominicus Laurencii, Fernandus Fernandi clericus, Michael Martini vicarius, Nicholaus Johannis, Johannes Gomeci, Gonsalvus Dominici, Petrus Nuni, Gomecius Petri presbiter, Stevanete, Fernandus Stephani clericus, Dominicus Pelagii, Martinus Petri publicus tabellio de Elvis qui notuit et hoc signum<sup>236</sup> suum fecit in testimonium hujus rey.

---

<sup>236</sup> Entre as sílabas *sig* e *num* foi deixado um espaço em branco, para se desenhar o sinal do notário, o que não chegou a acontecer.

*1269 Abril 10, Lisboa — Aforamento de um casal junto à igreja de Santa Senhorinha (c. Cabeceiras de Basto) a Bento Pais e sua mulher Maria Mendes.*

### **Carta de foro de casali de sancta Senorina**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii una cum uxore mea Regina donna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia et filiis et filiabus nostris Infantibus donno Dionisio donno Alfonso donna Blanca donna Sancia, do et concedo vobis Benedicto Pelagii et uxori vestre Marie Menendi et omnibus successoribus vestris ad forum illud meum casale quod habeo prope ecclesiam sancte Synorine in judicatu de Cabeceyras quod faciatis ibi casas et moretis in eis et plantetis et laboretis ipsum casale, videlicet tali pacto quod detis inde michi et omnibus successoribus meis annuatim terciam partem panis et medianam partem vini et lini, videlicet de campis ruptis et de non ruptis sextam partem et pro luytosa debetis dare unum marabitinum et pectare rausum et homicidium et stercus positum in ore si fuerint probata per bonos homines et sine appositione et debetis dare unam spatulam et unam gallinam et decem ova et quatuor panes centenos et debetis vocare maiordomum, et si fuerit vocatus per tres vices et noluerit venire vos debetis mensurare panem perante homines bonos et vinum similiter et respondere inde de portionibus sicut currerint in novo. Et debetis dare eyradigam et vos non debetis ipsum casale nec partem illius vendere nec donare nec apignorare nec enplazare nec atestare nec elemosinare nec aliquo modo alienare ordini nec militi nec domine generose nec alicui alii persone religiose nec ricohomini nec debetis ibi creare filium nec filiam militis vel riquihominis vel potentis nec domine generose. Sed si ipsum casale vel partem illius vendere vel donare volueritis vendatis vel donetis illud tali homini viliano qui faciat inde michi et successoribus meis annuatim supradictos foros. In cuius rei testimonium dedi inde vobis istam meam cartam. Data Ulixbona, X die Aprilis, Rege mandante per donnum Stephanum Johannis cancellarium et per Alfonsum Suerii superjudicem et per Valascum Menendi vice maiordomum.

Durandus Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> VII.<sup>a</sup>.

*1269 Maio 9, Lisboa — Aforamento de um mato reguengo em Santa Eulália de Balazar (c. Póvoa de Varzim) a três casais.*

### **Karta de foro regalengo de inter Pontem de Garder et Pontem de Stelio**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii una cum uxore mea Regina donna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia et filiis et filiabus nostris Infantibus donno Dionisio donno Alfonso donno Fernando donna Blanca donna Sancia, do et concedo vobis Martino Martini et uxori vestre Dominice Martini et Geraldo Petri et uxori vestre Marie Johannis et Petro Johannis et uxori vestre Dominice Didaci et omnibus successoribus vestris ad forum illud meum regalengum videlicet non ruptum quod jacet inter Pontem de Garder et Pontem de Stelio in judicatu de Faria in parrochia sancte Eolalie de Belsar, quod vos faciatis in ipso meo mato non rupto tria casalia, et quod faciatis ibi casas et plantetis et laboretis ipsi casalia, videlicet tali pacto quod detis inde michi et omnibus successoribus meis annuatim sextam partem de omnibus fructibus quos deus ibi dederit, excepto ganato, et pro directuris de unoquoque casali unum alqueyre de tritico, per alqueyre de Ratis, et unum caponem cum decem ovis, et pro loytosa de quolibet casali quando inde homo decesserit unum marabitinum, et pectetis tres calumpnias: homicidium, rausum, stercus positum in ore, et pro unaquaque de istis calumpniis pectetis decem marabitinos si ibi illam feceritis aut in ipso termino, furtum novies componatur. Et si ibi ecclesia fuerit facta aliquo tempore ego debeo esse inde patronus, et recipiatis ibi meum maiordomum per judicem et per almoxarifum et per meum scribanum de Vimaranis *[fl. 96]* et per judicem de Faria, pro ad sacandum meum capitale, et meas directuras, et paguetis eas sibi in ipso loco. Et mando quod panis ducatur ad cellarium meum de Vimaranis, ad medietatem de custis et expensis vestris et ad medietatem de custis et expensis maiordomi, et vos non debetis ipsa casalia nec partem illorum vendere nec donare nec apignorare nec enplazare nec testare nec helemosinare nec aliquo modo alienare ordini nec militi nec domine generose nec alicui alii persone religiose nec riquo homini, nec debetis ibi creare filium nec filiam militis vel potentis nec domine generose, sed si ipsa casalia vel partem illorum vendere vel donare volueritis vendatis vel donetis illa tali homini laboratori qui faciat inde michi et omnibus successoribus meis annuatim supradictos foros. Do inquam vobis et omnibus successoribus vestris unum terrenum cultum qui jacet prope ipsum meum regalengum qui vocatur Guarges quod vos et omnes successores vestri detis inde michi et omnibus successoribus meis annuatim terciam partem de omni fructu quem deus ibi dederit et pro

directura unum almudem de tritico per mensuram de Ratis. In cuius rei testimonium dedi inde vobis istam meam cartam apertam. Data Ulixbona, IX.<sup>a</sup> die Madii, Rege mandante per donnum Stephanum Johannis cancellarium et per Alfonsum Suerii superjudicem et per Valascum Menendi vice maiordomum.

Durandus Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> VII.<sup>a</sup>.

[419]

*1269 Maio 10, Lisboa — Aforamento de dois matos reguengos incultos e de dois terrenos cultos em Picoto (fr. Macieira de Rates, c. Barcelos) a dois casais, para aí fazerem casas e lavrarem.*

### **Carta de foro de duobus casalibus de Picoto in judicatu de Faria**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbi una cum uxore mea Regina donna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia et filiis et filiabus nostris Infantibus donno Dionisio donno Alfonso donno Fernando donna Blanca donna Sancia, do et concedo vobis Johanni Pelagi et Bonne Fernandi uxori vestre et Petro Gonsalvi et uxori vestre Elvire Adriani et omnibus successoribus vestris ad forum illos duos matos meos regalengos non cultos qui jacent in locis qui dicuntur Goyam et Peraria et duos terrenos cultos qui jacent in locis qui dicuntur Bouça de donna Chamoa, et de terciis quod vos faciatis ibi duo casalia et ponatis ea in loco qui dicitur Picoto in judicatu de Faria in parrochia sancti Adriani de Maçanaria, et quod faciatis ibi casas et plantetis et laboretis ipsa casalia, videlicet tali pacto quod vos et successores vestri detis inde michi et omnibus successoribus meis annuatim de supradictis matis qui non sunt culti sextam partem de omnibus fructibus quos deus ibi dederit, excepto ganato et pro directuris de unoquoque casali unum alqueyre de tritico, per alqueyre de Ratis, et unum caponem cum decem ovis, et pro luytosa de quolibet casali quando inde homo decesserit unum marabitinum et pectetis tres calumpnias, scilicet homicidium, ra[u]sum et stercus positum in ore, et pro unaquaque de istis calumpniis pectetis decem marabitinos si ibi illam feceritis aut in suo termino, furtum novies conponatur. Et si ibi ecclesia facta fuerit aliquo tempore ego debeo inde esse patronus. Et similiter vos et omnes successores vestri debetis michi dare et omnibus successoribus meis annuatim de terrenis cultis terciam partem de omni fructu quod deus ibi dederit excepto de terreno quem vos jam rumppistis<sup>237</sup> de quo debetis dare sextam partem sicut eam consuevistis dare usque modo et unum caponem et unum cabritum annuatim de quolibet casali per

---

<sup>237</sup> Corrigido de *rumppistis*, sopontado o u.

rationem de ipsis terrenis cultis, et recipiatis ibi meum maiordomum per judicem et per almoxarifum et per scribanum meum de Vimaranis et per judicem de Farya pro ad sacandum meum capitale et meas directuras et paguetis eas sibi in ipso loco et panis ducatur ad meum celarium de Vimaranis ad medietatem de custis et de expensis vestris et ad medietatem de custis et expensis maiordomi. Et vos non debetis ipsa casalia nec partem illorum vendere nec donare nec apignorare nec enplazare nec testare nec helemosinare nec aliquo modo alienare ordini nec militi nec domine generose nec alicui alii persone religiose nec riquohomini nec debetis ibi creare filium nec filiam militis vel potentis nec domine generose. Sed si ipsa casalia vel partem illorum vendere vel donare volueritis, vendatis vel donetis illa tali homini laboratori qui faciat inde michi et omnibus meis successoribus annuatim supradictos foros. In cuius rei testimonium dedi inde vobis istam meam cartam apertam. Data Ulixbone, X.<sup>a</sup> die Madii, Rege mandante per donnum Stephanum Johannis cancellarium et per Alfonsum Suerii superjudicem et per Valascum Menendi vice maiordomum.

Durandus Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> VII.<sup>a</sup>.

15

[420]

1269 Janeiro 15, Celorico — Fernando Sobral e sua mulher Mor Soares vendem ao Rei alguns quinhões de casas em Seserigo (fr. Santa Iria da Ribeira de Santarém).

**Karta de venda de quinionibus de casis [quas] comparavit dominus Rex in Sanctarena in Seserigo**

Noverint universi quod ego Fernandus Soveral et uxor mea Maior Suerii<sup>238</sup> facimus cartam venditionis et firmitudinis vobis dono Alfonso dei gratia Regi Portugalie et Algarbi de nostris quinionibus de casis quos habemus in villa de Sanctarena ubi vocatur Seserigo ante sanctam Erenam parvam, et ipse case fuerunt de Suerio Gundisalvi de Alfanxi patre mei Maioris Suerii. Vendimus vobis domine nostros quiniones de ipsis nostris casis pro precio quod de vobis accepimus, scilicet centum et quinquaginta marabitinos de XV solidis pro marabitino, quia tantum nobis et vobis placuit et de precio nichil remansit in debito pro dare. In cuius rei testimonium mandavimus inde vobis fieri hanc cartam per Didacum Dominici nostrum tabellionem in Celorico. Et rogavimus judices et concilium ipsius loci quod presentem cartam sigillo concilii Celorici facerent sigillari. Facta carta XV.<sup>o</sup> die mensis Jenuarii, Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> VII.<sup>a</sup>.

---

<sup>238</sup> Segue-se um primeiro *facimus* riscado e sopontado.

Testes: Menendus Gomecii et Johannes Martini, tunc judices Celorici, Dominicus Guedaz, Stephanus Gunsalvi, Dominicus Roderici, Martinus Johannis scutifer. Et ego Didacus Dominici vester publicus tabellio in Celorico, hiis omnibus interfui *[fl. 96v]* hanc cartam manu propria scripsi et hoc signum meum ibi feci in testimonium. Et nos judices de Celorico rogati a Fernando Soveral et uxore sua Maiore Suerii hanc presentem cartam sigilli nostri munimine fecimus communiri.

[421]

*1269 Janeiro 15, Coimbra (mosteiro de Santa Cruz) — D. Constança Sanches, bastarda de D. Sancho I, doa a D. Sancha, filha de D. Afonso III e sua sobrinha-neta, as metades de Vila do Conde, de Aveleda (c. Vila do Conde), de Pousadela (c. Póvoa de Lanhoso), de Parada (c. Vila do Conde) e de Maçãs de D. Maria (c. Alvaiázere), com a condição de o Rei, em nome da filha, lhe entregar anualmente, de portagem e relogo da cidade de Coimbra, três mil e trezentas libras velhas.*

### **Karta donationis quam donna Costancia dedit donne Sancie filie domini Regis**

In nomine domini amen. Noverint universi, quod ego donna Constancia Sancii felicis recordationis donni Sancii quandam Portugalie Regis Illustris filia compos mee mentis existens non vi non dolo cusquam sed propria ac spontanea voluntate inducta habita diligentि deliberatione do dono atque concedo Infanti donne Sancie donni Alfonsi dei gratia Illustrissimi Regis Portugalie et Algarbii et Serenissime donne Beatricis Regine filie nepti et crientule mee amore ipsorum Regis ac Regine ac contemplatione bonorum que michi fecerunt et facere promittunt medietates de Villa Comitis, de Avelaneda, de Pousadela, et de Parada, et de Maçãas, Bracarensis, Portugalensis et Colimbriensis diocesum, cum omnibus juribus et pertinentiis suis que michi ex parte dicti patris mei de jure sive de facto obvenerunt vel obvenire debuerunt jure hereditario possidendas, eandem donnam Sanciam prefatos dominum Regem et Reginam nomine ejusdem donne Sancie in ipsarum omnium cum juribus et pertinentiis suis ut dictum est corporalem possessionem inducens. Hac tamen adjecta condicione pacto sive modo quod supradicti dominus Rex et Regina et successores sui solvant michi toto tempore vite mee Colimbria annuatim in terciis cuiuslibet anni per portagium et relegum ejusdem ville mille et C libras veteres<sup>239</sup> Portugalie monete vel ejus valore, dum modo fiat solutio in pecunia<sup>240</sup> numerata, et tempus solutionis faciende debet esse in tribus terciis cuiuslibet anni,

<sup>239</sup> No texto: *veteris*.

<sup>240</sup> No texto: *pecuniam*.

et debet tempus incipere a prima die Aprilis proximo venientis de Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> VII.<sup>a</sup>, ita quod prima solutio de prima tercia debet fieri usque ad primam diem Augusti, secunda tercia usque ad primam diem Decembris, et alia tercia usque ad primam diem Aprilis, ita que post terminos solutionum supradictos non interveniat mora inconveniens nimium vel dampnosa. Et nos supradicti dominus Rex et Regina promittimus pro nobis et pro dicta donna Sancia et omnibus successoribus nostris bona fide solvere predictam pecuniam donne Constancie ut superius est expressum, quod si non fecerimus concedimus nomine nostro predicte donne Sancie et omnium successorum nostrorum quod dicta donna Constancia predictam donationem ac ductionem in possessionem per omnia non obstante contradictione nostra vel alterius cuiuslibet valeat revocare. Et nos supradicti dominus Rex et Regina damus et concedimus omnibus successoribus nostris benditionem ut omnia hec attendant inviolabiliter et observent. In cuius rei testimonium nos supradicti dominus Rex et Regina ac donna Constancia memorata jussimus de hoc fieri per manum Stephani Petri publici tabellionis civitatis Colimbrrie duas cartas consimiles quarum una penes nos supradictos Regem et Reginam altera vero penes inter dictam donnam Constanciam sigillorum nostrorum munimine remanent consignate. Et ego Stephanus Petri publicus tabellio civitatis Colimbrrie qui rogatus omnibus premissis interfui hanc litteram de mandato predictorum domini Regis ac Regine ac donne Constancie propria manu scripsi et hoc signum meum apposui in eadem. Actum Colimbrrie apud monasterium sancte Crucis, XVIII.<sup>o</sup> Kalendas Februarii, Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> VII.<sup>a</sup>.

Presentibus: fratre Vincentio de Sintria gardiano fratrum Minorum Colimbrrie, fratre Martino Menendi doctore, fratre Alfonso Roderici et fratre Dominico medico ordinis fratrum Minorum, Fernando Fernandi dicto Cogomino et Valasco Petri dicto Farina, militibus, Magistro Petro, Stephano Petri de Ratis, Alfonso Johannis et Thoma Dominici, clericis domini Regis, et aliis quam pluribus ad hoc adhibitis testibus et rogatis.

[422]

1269 Janeiro 25, Coimbra (*igreja de S. Pedro*) — Permissão, por parte do concelho de Coimbra, para que o Rei faça feiras, açouques, fangas e alfândegas na almedina da cidade.

**Karta concessionis quam dedit concilium Colimbrrie domino Regi super faciendis feyras açouques et alias**

Sapam todos aqueles que esta carta viren e ouviren, que nos Vaasco Affonso alcayde Domingos Periz Roy Veegas alvaziis e concello de Coymbra chamados e ajuntados per nosso pregoeyro non per força nem per engano de nenguu mays de

nossas voontades bonas louvamos e outorgamos que nosso senor don Afonso pela  
graça de deus Rey de Portugal e do Algarve faça feyras, açouges, faaengas e  
alfandegas cum sa stalagen en a almedinha hu quiser en nho seu e nos quaes  
logares el façá vender todalas couzas assi como aqui son scriptas. En  
primeyramente louvamos e outorgamos que todo aver que veher a Coimbra por  
assy vender que descarregue nas alfandegas del Rey, e as beschas que esse aver  
trouxeren e todalas outras beschas da carrega que ende merchandia quiseren levar  
pousen na estalaria del Rey, e as merchandias e os averes pousen nas alfandegas  
del Rey, salvo que o vizio da villa vaa descarregar seu aver e seus averes cum sa  
bescha e beschas a saa casa. Item louvamos e outorgamos que omem que traga  
merchandia non pola vender en Coymbra non por levar outra mays por s'ir cum  
ella pera outro logar que desqua hu quiser, tanto que non façá morada se non per  
huum dia e per hua nocte, e se os mais stever venha aas alfandegas e a estalaria  
del Rey, e por cada bescha cavalar ou muar de stalagem I dineyro polo dia, e  
outro pola nocte, e se for asnho I mealha polo dia, e outra pola nocte. Item  
louvamos e outorgamos que os que desenccarregaren nas alfandegas del Rey den  
de cada carrega polo logo hu s[er]ever da bescha cavalar I dineyro polo dia, e outro  
pola nocte, e pela carrega do asno I mealha polo dia e outra pola nocte. Item  
louvamos e outorgamos que do vino que de fora parte veer a Coymbra para  
vender, que se venda nas alfandegas del [fl.97] Rey, salvo dos vizios da villa, que  
o vyno que han de sa collehta e de sa lavradea que o vendam assi como  
custumearon a vender, e den a el Rey seu derecto assy como o custumearon a  
dar, e den da carrega cavalar VIII.<sup>o</sup> dineyros, e da asnal IIII dineyros, e os que  
teveren as alfandegas deven a dar as medidas e as outras couzas que lys soyam a  
dar a esses que vendyam o vyno e non de mays por razon da carrega do vyno  
salvo a estalagem da bescha. Item louvamos e outorgamos que toda carne e todo  
pescado se venda nos açouges del Rey e nenhuum non seja ousado d'alur  
comprar carne nem pescado nem vender, fora nos açouges del Rey, e se o  
alguem fezer, louvamos e outorgamos que o alcayde leve dele LX soldos, e se non  
ouver onde os pague metan o no Aljube ataen que pague LX soldos, e destes  
dineyros sejam ende del Rey L soldos e do alcayde X soldos. E outros louvamos  
e outorgamos so esta pena de suso dicta que nenguum non arrevate pescado nen  
carne nos açouges del Rey nen no leve contra voontade de seu dono sen  
dineyros, e se o levar sen dineyros contra voontade de seu dono ou arrevatar,  
peyte LX soldos e sejam ende del Rey L soldos e do alcayde X soldos. E outros louvamos  
e outorgamos que os carneçeyros paguen seus foros como soyam a  
pagar, salvo que paguen de cada cabrito I mealha, e do cordeyro I mealha, e do  
leyton I mealha, e do cervo ou da cerva, ou da corça ou do gamho, IIII dineyros.  
Item louvamos e outorgamos que den da lanprea I dineyro e polo salval I mealha,

pola carrega cavalar ou muar d'outro pescado III dineyros, da carrega asnal III mealhas, do cesto do pescado mehudo I mealha, e do grande I dineyro, do colonho do pescado do omem ou da moler I dineyro, do saco ou do colonio do homem ou da moler I dineyro, e da duzena das peyxotas secas ou dos congos secos I mealha. Item louvamos e outorgamos que pola seeda da paateyra por todo o dia de I dineyro, e faça verdade que non vende outro pam senon o seu. E louvamos e outorgamos que de cada seyon ou de cada carrega das verças den I dineyro, e por cada cesto ou por cada colonio d'omem ou de moler den I mealha. Item louvamos e outorgamos que pola carrega da madeyra cavalar den II dineyros e da asnal I dineyro, do colonio da madeyra do homem I mealha. Item louvamos e outorgamos que de cada seyon de fruya den II dineyros e de cada colonio d'omem ou de moler I dineyro, e louvamos e outorgamos que toda fruya se venda nos açougués del Rey, salvo aquele ou aquela que ouver de sa arvor que ha venda a sa porta, e disto faça verdade que non venda hy outra, e se perventuyra arregatar vaa vender aos açougués del Rey e faça dela seu foro a el Rey. Item louvamos e outorgamos que todo mel e todo azeyte que seja de regatia, que se venda nos açougués del Rey e den de cada alqueyre II dineyros, e os que teveren as alfandegas devem a dar as medidas, salvo que o vizio da villa venda mel ou azeyte de sa collecta e de sa lavradea a engros hu quiser. E toda regateyra que ouver casa de seu venda en sa casa manteyga, azeyte, mel, vinagre, e castanhas, e nozes, comynos, pimenta, açafraam, ovos e allos, cebolas, e tod'isto venda a dineyradas e a mealhadas. Item louvamos e outorgamos que os que venheren aa feyra del Rey, den pola seeda VI dineyros, assy tendeyros comha correys, como zapateyros, como faenqueyros, como piliteyros como aqueles que venden as mantas, como steyreyros, come feltreyros, come adees, come aqueles que venden os burees, come todolos outros que trouxeren aver a vender en seeda, paguen por seeda ou por stada VI dineyros. E todos aqueles ou aquelas que andaren vendendo pela feyra se algua cousa venderen den senhos dineyros, da carrega cavalar dos allos ou das cebolas den II dineyros, e da asnal I dineyro, e do colonho do homem I mealha. Item louvamos e outorgamos que todos aqueles ou aquelas que am de vender çapatos, e panos, e peles, e mantas, e feltros, e toda outra liteyra ou toda outra basanaria, venha a feyra del Rey, cada segunda feyra, e se hy non quis veir cada segunda feyra, louvamos e outorgamos que non venda en toda a domaa, e se venderen peyten a el Rey L soldos e o alcayde X soldos, e isto deve a seer provado, salvo os panos da coor que sejam dos vezynos da villa que se devem a vender hu quiseren os vezinos. A tripeyra de pola seeda de todo o dia I dineyro, e aquela que vender pescado coyo ou frito de I dineyro. Item da seeda da Legumham I mealha, e se vender des IIII.<sup>o</sup> alqueires ata quarteiro de I dineyro. E de millo e de triigo e de cevada den como custumearon a dar. E aqueles que

quiseren morar nas casas ou nas tendas del Rey avenhan se cum aqueles que as teveren rendadas, por seu alquiel, ou com aqueles que has han de veer. E as tendas e as casas del Rey devem se apregonar quinze dias antes San Miguel. E todo ceeyro quer çapateyro ou ferreyro for e por este mester viver e casas de seu non ouveren alquien as casas e as tendas del Rey e non alquien outras atan que sejam alquiadas todas. E todo los pesos devem a seer nas casas del Rey e nos devemos ende todo nosso derecto a levar e devemos a dar a el Rey o alquier da casa hu s[il]everen. E os vezynos da villa devem a vender todo seu pan en grao en sas casas. E louvamos e outorgamos que todalas outras cousas que aqui non son escriptas se usen segundo a estimazon e a valia de suso dita. E louvamos e outorgamos que exete isto aja el Rey seus derectos e seus foros e seus usus assy como ante avya. E todas estas cousas nos ditos alcaydes e alvaziis e concello de Coymbra fezemos esta carta fazer por mao de Stevam Periz nosso tabellion publico e fezemo la seelar cum seelo de nos concelo e demo la a esse davandito senor Rey en testemoyo. E eu dito Stevam Periz publico tabellyon da *fl. 97v* cidade de Coymbra, de mandado do alcayde e dos alvaziis e do concelo de suso ditos, esta carta com mha mao propria screvy e e[n] ela este meu sinal posy en testemoyo. Este feyto foy na cidade de Coimbra en ha egreja de San Pedro, oyto dias ante as Kaendas de Fevereyro, en Era de mil e trezentos e sete anos.

[423]

*1269 Julho 12, Lisboa — Carta de foral aos mouros forros de Silves, Tavira, Loulé e Faro.*

### **Carta de mauris de Algarbio**

In dei nomine et ejus gratia. Noverint universi presentem cartam inspecturi quod ego, Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii, una cum uxore mea Regina donna Beatrice, Illustris Regis Castelle et Legionis filia, et filiis et filiabus nostris, Infantibus donno Dionisio, donno Alfonso, donno Fernando, donna Branca, donna Sancia, facio cartam de foro et firmitudine vobis mauris qui estis forf[ici] in Silve et in Tavira et in Loule et in sancta Maria de Faaron. Mando quod nullus meus christianus necque judeus habeat potestatem faciendi vobis malum nec forciam, sed ille qui fuerit vester pretor ipsem judicet vos. Et hoc facio ut vos reddatis michi in unoquoque anno singulos marabitinos ex singulis capitibus vestris ex quo tempore victui necessaria gaanhare potueritis. Et ut detis michi alfitria et azeque et totam decimam de universo labore vestro. Et omnes vineas meas preparatis et tapetis eas et colligatis meum vinum sicut eum colligunt mei mauri forri Ulixbone, et in omnibus aliis debetis facere et usare sicut usant et faciunt mei mauri forri

Ulixbone. Hec igitur carta semper firmum habeat robur et nullus eam vobis audeat frangere neque foros vestros. Et ego supradictus Rex Alfonsus una cum uxore mea et filiis et filiabus meis predictis qui hanc cartam jussi fieri eam roboro et confirmo, et a maioris rei evidenciam feci presentem cartam meo sigillo plumbeo communiri. Facta carta apud Ulixbonam, XII.<sup>a</sup> die Julii, Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> VII.<sup>a</sup>.

21

Qui presentes fuerunt: Johannes Suerii Conelius, Rodericus Garsie de Pavya, Fernandus Fernandi Cogominus, Petrus Martini Petarinus, Alfonsus Suerii superjudex, Martinus Petri, Dominicus Vincentii, Dominicus Petri, Johannes Fernandi, Stephanus de Ratis, Vincentius Johannisi, clericu domini Regis, testes.

Donnus Gonsalvus Garsie alferaz tenens terram de Nevia, donnus Johannes de Avoyno maiordomus curie, donnus Alfonsus Lupi tenens terram de Ripa Minii, donnus Didacus Lupi tenens terram de Lameco, donnus Petrus Johannisi tenens terram de Beria, donnus Menendus Roderici tenens terram de Maya, donnus Petrus Poncii tenens terram de Vouga, donnus Stephanus Johannisi tenens terram de Clavis, donnus Petrus Johannisi de Portel tenens Sintriam et Leyrenam, confirmant.

Donnus Martinus archiepiscopus Bracarensis, donnus Vincentius episcopus Portugalensis, donnus Petrus episcopus Lamecensis, ecclesia Visensis vaccat, ecclesia Colimbriensis vacat, ecclesia Egitaliensis vacat, donnus Matheus episcopus Ulixbonensis, donnus Durandus episcopus Elborensis, donnus Bartholameus episcopus Silvensis, confirmant.

Donnus Stephanus Johannisi cancellarius curie confirmat, Vincentius Fernandi notarius curie fecit.

[424]

*1269 Novembro 15, Santarém — Carta de foral de Alijó, segundo o modelo de Constantim.*

### **Carta de foro de Aligoo**

Noverint universi presentem cartam inspecturi quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii, una cum uxore mea Regina donna Beatrice, Illustris Regis Castelle et Legionis filia, et filiis et filiabus nostris, Infantibus donno Dionisio, donno Alfonso, donna Branca et donna Sancia, do et concedo vobis populatoribus de Aligoo ipsam terram de Aligoo cum suis terminis novis et antiquis quos consuevistis habere et possidere quos habere et vincere poteritis per directum, videlicet tali pacto quod detis michi et omnibus meis successoribus annuatim ad tercias anni septuaginta marabitinos, quales currerint in terra de Feyra de Costantim, scilicet pro omnibus rendis et calumpniis et homicidiis et collectis quas de ipsa terra ego habebam et debebam habere. E[!] vos debetis ipsos marabitinos

dare ad tercias anni in Feria de Costantim judici de Panoyas quod det eos michi vel illi qui de me tenuerit ipsam terram. Videlicet unam terciam pro prima die Januarii, et aliam terciam pro prima die Madii, et aliam pro prima die Septembris. Et si vos istos denarios eidem judici non dederitis ad istas tercias anni ut supra dicitur, et probatum fuerit perante judicem et tabellionem debetis eos ex tunc dare cum uno marabitino cotidie de pena. Et meus riushomo vel prestamarius vel suus maiordomus<sup>241</sup> debet vos pignorare tam pro ipsis marabitinis quam pro dicta pena. Et si vos eos dare volueritis judici de Panoyas ad tercias anni et ipse judex eos noluerit recipere, vos non debetis cadere in pena. Et meus riushomo nec sui vassalli nec prestamarius nec suus maiordomus non debet pausare in ipsa villa de Aligoo nec in suis terminis. Et si vos ibi aliquos populatores vobiscum recipere volueritis recipiatis illos dum modo non sint mei forarri, et vos debetis ibi mittere judicem quale volueritis. Et si aliquis homo intraverit in ipsam villam aut in suos terminos per rationem ibi malefaciendi et vobis dampnum fecerit sanet vobis in duplum dampnum quod vobis fecerit. Do et concedo insuper vobis cum ipsa villa de Aligoo aldeyam de Prazennaes et aldeyam de sancta Ogenia si eas vincere per directum poteritis, et si ipsas duas aldeyas vel qualibet earum vincere per directum non poteritis non debetis pro inde leyxare dare michi et omnibus successoribus meis predictos marabitinos ad predictas tercias anni, ut superius est expressum. Et si eas vel qualibet earum vinceritis non debetis pro inde dare maiorem rendam. In cuius rei testimonium dedi vobis istam cartam meo sigillo sigillatam. Data Sanctarene, XV.<sup>a</sup> die Novenbris, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno et per cancellarium et per Rodericum Garsie de Pavya et per Alfonsum Suerii superjudicem et per Martinum Johannis de Vinali et per Petrum Martini *fl.* 98/ Caseval et per fratrem Geraldum Dominici de ordine fratrum predicatorum.

Vincentius Fernandi notarius curie fecit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> VII.<sup>a</sup>.

[425]

*1269 Dezembro — Aceitação, por parte de Maria Domingues, da venda da aldeia de D. Salvador, com sua igreja, na freguesia de Monsanto (c. Idanha-a-Nova), feita ao Rei por seu marido Miguel Pascoal e outros seus familiares.*

**Carta de compara de aldeya que vocatur donni Salvatoris quam comparavit dominus Rex**

Conoscam todos aqueles que esta carta virem que eu Maria Dominguez filha de Domingos Salvadoriz e muler de Migueel Pasqual outorgo e ey por firme a

---

<sup>241</sup> Segue-se *non* riscado e sopontado.

venda que o davandito Migueel Pasqual meu marido fez ensempra cum Maria Salvadoriz e con Laurenço Salvadoriz e com Garsia Dominguez e com Domingos Dominguez, ou nobre senhor don Affonso pela graça de deus Rey de Portugal e do Algarve, d'uma nossa aldeya que e chamada Aldeya de don Salvador con todos seus termos e com todas sas entradas e com todas sas saydas e assi come conteudo en o estrumento publico que ende est feyto pelo tabellion de Elvas e ey firme e stavil esse estrumento e todas as cousas que [en] ele son conteudas e por aquisto seer firme e estavil e que non possa viir en dovida roguey o concello e o juyz e os alcaldes de Alcantara que fezesem seelar esta carta aberta de seu seelho pendente a qual carta ende dey a esse nobre senhor don Affonso pela graça de deus Rey de Portugal e do Algarve en testemoyo. E nos concelho e juyz e alcaldes desse meesmo logar de Alcantara a rogo da davandita Maria Dominguez fezemos a questa carta de nosso seelo seelar que foy feyta en o mes de Dezembro da Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> VII.<sup>a</sup>.

23

[426]

1270 Janeiro 31, Évora — Concessão de um campo aos mouros forros de Elvas, entre a carreira que vai pela Porta Nova para os banhos e a que vai para Badajoz, para aí fazerem casas, das quais entregará renda.

### **Carta de mauris de Elbis super uno campo pro ad casas**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii, una cum uxore mea Regina donna Beatrice, Illustris Regis Castelle et Legionis filia, et filiis et filiabus nostris, Infantibus donno Dionisio, donno Alfonso, donna Branca et donna Sancia, do et concedo meis mauris forris de Elbis illud campum meum quod jacet inter carrariam que exit per portam novam et vadit pro ad balnea et aliam carrariam que vadit ad Badaloucy, tali pacto quod faciant ibi casas et dent inde michi et omnibus successoribus meis in quolibet anno de qualibet casa triginta soldos usualis monete veteris, et istos triginta soldos de qualibet casa debent michi dare solummodo pro terradigo, salvis omnibus meis directis et rendis que michi debent facere. In cuius rei testimonium dedi eisdem mauris istam cartam meam. Data in Elbora, pridie Kalendas Februarii. Rege mandante.

Johannes Vincentii notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> VIII.<sup>a</sup>.

1270 Janeiro 31, Évora — Arrendamento dos direitos e rendas de Matança (c. Fornos de Algodres) aos homens dessa terra.

24

### **Carta super renda de terra de Mantancia**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii, una cum uxore mea Regina donna Beatrice, Illustris Regis Castelle et Legionis filia, et filiis et filiabus nostris, Infantibus donno Dionisio, donno Alfonso, donna Branca et donna Sancia, arrendo hominibus de Matanca ipsam terram de Mantancia quod ipsi et omnes successores sui dent michi et omnibus successoribus meis annuatim trecentos soldos usualis monete veteris ad tercias anni pro voce, calumpnia et homicidio et pro aliis meis rendis de ipsa terra. Et mando quod si meus ricushomo voluerit pausare in ipsa terra comedat pro suis denariis et non faciat ipse nec aliquis alias ibi malum nec forciam in ipsa terra. In cuius rei testimonium dedi eisdem hominibus de Matanca istam meam cartam. Data in Elbora, pridie Kalendas Februarii. Rege mandante.

Johannes Vincentii notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> VIII.<sup>a</sup>.

1270 Abril 28, Lisboa — Aforamento de uma vinha em Arronches, que foi do mosteiro de Santa Cruz, a João Pascásio e outros.

### **Carta de foro de una vinea de Arronches de Johanne Pascasii et suis sociis**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii, una cum uxore mea Regina donna Beatrice, Illustris Regis Castelle et Legionis filia, et filiis et filiabus nostris, Infantibus donno Dyonisio, donno Alfonso, donna Branca et donna Sancia, do et concedo ad forum vobis Johanni Pascasii et uxori vestre Marie Stephani, Dominico Stephani alfayate et Roderico Fernandi et uxori vestre donne Juste et Martino Dominici et uxori vestre donne Ermesende et Petro Dominici ferrario et uxori vestre Dominice Petri et Stephano Martini et uxori vestre Marie Gonsalvi et Petro Martini et uxori vestre Dominice Johannis et Martino Johannis filio Johannis Laurencii et Petro Cevada et uxori vestre donne Tarasie et Dominico Fernandi et uxori vestre Dominice Gunsalvi et donno Yuanes et uxori vestre Marie Dominici et Dominico Johannis Brital Campo et uxori vestre Marie Fernandi illam meam vineam quam habeo in Arronches que vinea fuit prioris et fratrum monasterii sancte Crucis Colimbrie, tali

25

videlicet pacto quod vos laboretis bene ipsam vineam,<sup>242</sup> vos et omnes successores vestri, et detis inde michi et omnibus successoribus meis in quolibet anno in salvo quartam partem de vino in lagari, et non possitis ipsam vineam nec partem ipsius vinee vendere vel donare vel testari militi vel domine generose vel scutifero vel clericu vel alicui persone religiose. Et mando quod meus tabellio de Arronches scribat istam meam cartam in suo registro et det inde vobis et cuilibet vestrum transcriptum de ista mea carta. In cuius rei testimonium dedi vobis istam meam cartam meo sigillo sigillatam. Data Ulixbona IIII.<sup>o</sup> Kalendas Madii, Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> VIII.<sup>a</sup>. Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno maiordomum suum.

Johannes Vincentii notuit.

[429]

1270 Abril 28, Lisboa — Aforamento de uma vinha em Arronches a Miguel de Leiria.

### **Karta de foro de una vinea de Arronches Michaeli<sup>243</sup> de Leyrena**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii, una cum uxore mea Regina donna Beatrice, Illustris Regis Castelle et Legionis filia, et filiis et filiabus nostris, Infantibus donno Dyonisio, donno Alfonso, donna Branca et donna Sancia, do et concedo vobis Michaeli de Leyrena ad forum unam meam vineam que jacet in termino de Arronches prope portum de Manes scilicet quod vos laboretis eam bene et *[fl. 98v]* detis inde vos et omnes successores vestri michi et omnibus successoribus meis in salvo quartam partem de vino<sup>244</sup> in lagari et non possitis ipsam vineam vendere nec donare nec testari militi nec domine generose nec scutifero nec clericu nec alicui persone religiose sed si eam volueritis vendere vel donare vendatis eam tali homini qui laboret eam bene et faciat inde michi et successoribus meis predictum forum. In cuius rei testimonium mando quod teneatis istam cartam. Data Ulixbona, IIII.<sup>o</sup> Kalendas Madii. Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno maiordomum suum.

Johannes Vincencii notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> VIII.<sup>a</sup>.

---

<sup>242</sup> Segue-se *et* sopontado.

<sup>243</sup> No texto: *Michaelis*.

<sup>244</sup> Repete *de vino*, sopontado na primeira ocorrência.

1270 Maio 1, Lisboa — Composição entre D. Gonçalo Garcia de Sousa e D. Afonso Lopes de Baião sobre os bens que cabiam a D. Maria Gonçalves de Sousa, mulher deste, sobre os quais havia contendida.

**Carta de adveniencia inter donnum Gonsalvum Garsie et donnum Alfonsum Lupi et uxorem ejus super bonis que fuerunt donni Gonsalvi Menendi et donne Tarasie Suerii**

Don Affonso pela graça de deus Rey de Portugal e do Algarve, a todos aqueles que esta ma carta virem fazo saber que como contenda fosse perante mi antre don Gonsalo Garcia d'ua parte e donna Mayor Gonsalviz per don Afonso Lopiz seu procurador avondoso aaquisto da outra parte sobre los herdamentos e egrejayros e testamentos e naturas e maladias e coutos e onrras con sas perteenças e con seus dereytos os quaes forum de donna Maria Gonsalviz filha de don Gonsalo Mendiz e de donna Taregia Suariz, os quaes aveeron e deviam aviir aa davandicta donna Maria Gonsalviz per razon de don Gonsalo Mendiz e per razon de donna Tareya Suariz sa madre aa tal aveenza a seu plazer veeron. Convem a saber que poseron toda esta contenda en mha mao so pea de perder a demanda e hyr sen meu amor aquel que non fezesse meu mandado assi en juyzo como em aveenza como en arvidro, e outorgaron que eu fezesse hy aquilo que por ben tevesse assi en juyzo como en aveença como en arvidro, e eu avudo conselo cum aqueles que entendi que me dereytamente conselariam, meti hy migo Stevan Anes meu chanceler e frey Afonso Periz Farina e frey Giral[dol] Dominguez da ordin dos pregadores, e avudo consello com elles e com aqueles que son de meu conselo vi por bem e por sa proe deles e de meu Reyno por tal que ajam paz e amor antre eles, e mandei e mando assi en juyzo como en aveenza coma en arvidro que don Gonsalo Garcia aja todos os herdamentos e os elgrejayros e as naturas e as onrras e os coutos e as maladias e os testamentos com todas sas perteenzas e com todos seus dereytos, que aveeron e deviam aaviir en todo meu Reyno, aa davandicta donna Maria Gonsalviz per razon de don Gonsalo Mendiz seu padre, e que outrossi que esse don Gonsalo Garcia aja o quinon dos herdamentos que avia e devia aaver a davandicta donna Maria Gonsalviz, per razon de donna Tareya Suariz sa madre en todo meu reyno salvo que o davandicto don Gonsalo Garcia non aja parte nos egrejayros nem nos testamentos nem nas maladias nem nas onrras nem nas naturas nem nos coutos que aveeron e deviam aaviir aa davandicta donna Maria Gonsalviz aaquam Doyer contra Stremadura e contra a Beyra, per razon de donna Tareya Suariz sa madre, pero se hy don Gonsalo Garcia algum quinon hy a per outra razon ou d'outra parte aja ho. E quanto he

o quinon dos herdamentos de donna Maria Gonsalviz outrossi os aja en estes coutos e onrras sobredictas. E se per ventura donna Maria Gonsalviz avya aalen Doyro per razon de donna Tareyja Suariz sa madre egrejayros ou naturas ou maladias ou onrras ou testamentos ou coutos, aja ende don Gonsalo Garcia quanto e o quinon de donna Maria Gonsalviz. E mando que don Gonsalo Garcia e donna Mayor Gonsalviz e donna Sancha Gonsalviz e os moasteyros de Lorvaho e d'Arouca se sayam logo do quinon de donna Sancha Gonsalviz se cada huun deles algua ren ende ten. E mando que se don Gonsalo Garcia ou donna Mayor Gonsalviz alguma ren gaanaren per qualquer maneyra ou compararem en sembra ou cada huun per si en o quinon dos herdamentos ou dos egrejayros ou das naturas ou das onrras ou das maladias ou dos testamentos ou dos coutos que aveeron e deviam aavir a donna Sancha Gonsalviz despoys que for julgado cujus devem seer que ambos os partam per meyo e este ande a bo<�> fe, e huma parte sen a outra non aja hy ren senon a prazer da outra parte. E ante que o juyzo seja dado cujus deveren a seer nenhuma das partes non seja poderosa de comparar nen de gaanar hy ren, salvo seja pero que nen despos o juyzo don Gonsalo Garcia non compre nen gaane ren nos coutos nen nas onrras nen nas maladias nen nos testamentos nen nas naturas sobredictas, que son aaquen Doyro que foron de donna Tareyja Soariz, pero se hy alguum herramento comparar ou gaanar don Gonsalo Garcia ou donna Mayor Gonsalviz partam no ambos per meyo. En testemoyo da qual cousa dey ende aos davandictos don Gonsalo Garcia e a donna Mayor Gonsalviz senhas mhas cartas semelaves. Dada en Lixboa, primeyro dia de Mayo. El Rey o mandou con conselo de sa corte.

Johan Periz a fez. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> VIII.<sup>a</sup>.

[431]

*1270 Maio 9, Lisboa — Aforamento de uma herdade em Vila Nova (c. Mirandela) a João Mendes e sua mulher Maria Esteves.*

**Carta de foro hereditatis de Villa Nova de Panoyas date Johanni Menendi et uxori ejus**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii, una cum uxore mea Regina donna Beatrice, Illustris Regis Castelle et Legionis filia, et filiis et filiabus nostris, Infantibus donno Dionisio, donno Alfonso, donna Blanca, donna Sancia, do et concedo vobis Johanni Menendi et uxori vestre Marie Stephani ad forum meam hereditatem que est in Villa Nova de judicatu de Panoyas sicut dividit cum alia mea hereditate et ex alia parte cum hereditate de Palumbario et ex alia parte cum hereditate sancti Jacobi

et de alia parte cum hereditate de Germanis. Do et concedo vobis et omnibus vestris successoribus ad forum ipsam meam hereditatem tali pac*fl.* 99*to* quod vos detis inde michi et omnibus successoribus meis annuatim medietatem panis, vini et lini et aliorum omnium fructum quos deus ibi dederit et unum solidum portugalensem annuatim pro directuris. Et vos non debetis ipsam hereditatem vendere nec donare nec testare nec helemosinare nec cambiare nec pignorare nec alienare aliquo modo ordini nec militi nec domine generose nec clero nec scutifero nec alicui persone religiose, sed si eam vendere vel donare volueritis vendatis vel donetis eam tali homini qui faciat inde michi et omnibus meis successoribus annuatim complete supradictum forum. In cuius rei testimonium do vobis istam meam cartam. Data Ulixbona, IX.<sup>a</sup> die Madii, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum et per Johannem Suerii Conelium et per Alfonsum Suerii superjudicem.

Jacobus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> VIII.<sup>a</sup>.

[432]

*1270 Maio 9, Lisboa — Aforamento de uma herdade em Vila Nova (c. Mirandela) a Domingos Anes e sua mulher Berengária Peres.*

**Carta hereditatis de Villa Nova in Panoyas date Dominico Johannis et uxori ejus**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii, una cum uxore mea Regina donna Beatrice, Illustris Regis Castelle et Legionis filia, et filiis et filiabus nostris, Infantibus donno Dionisio, donno Alfonso, donna Blanca, donna Sancia, do et concedo vobis Dominico Johannis et uxori vestre Beringeyre Petri et omnibus vestris successoribus ad forum unam meam hereditatem que est in Villa Nova de judicatu de Panoyas sicut dividit cum hereditate ecclesie sancti Jacobi et cum sauto, et de alia parte cum hereditate de Palumbario, et cum hereditate que vocatur de Germanis et de alia parte cum alia mea hereditate de ipso loco. Do et concedo vobis ad forum predictam meam hereditatem, tali pacto quod vos detis inde michi et omnibus meis successoribus annuatim medietatem panis et vini et lini et omnium aliorum fructuum quos vobis ibi deus dederit, et vos debetis ipsam hereditatem laborare et facere ibi vineam et debetis michi dare annuatim pro festo sancte Marie de Agusto triginta soldos portugalenses, et non debetis ipsam hereditatem vendere nec donare nec helemosinare nec testare nec cambiare nec alienare aliquo modo ordini nec militi nec clero nec domine generose nec scutifero nec alicui alii persone religiose, sed si eam vendere vel donare volueritis vendatis vel donetis

eam tali homini qui faciat inde michi et meis successoribus complete supradictum forum. In cuius rey testimonium do vobis Dominico Johannis et Beringeyre Petri istam meam cartam. Data Ulixbona, IX die Madii, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum et per Johannem Suerii Conelium et per Alfonsum Suerii superjudicem.

Jacobus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> VIII.<sup>a</sup>.

29

[433]

1270 Maio 20, Lisboa — Doação da igreja de Santa Maria de Beja à ordem de Avis.

### **Carta de Avis super donatione ecclesie sancte Marie de Begia**

In christi nomine et ejus gracia, amen. Quoniam consuetudine approbata que pro lege suscipitur et legis auctoritate didiscimus quod acta regum et principum scripto commendari debeant ut comendata ab hominum memoria non decidunt et omnibus preterita presencialiter consistant. Idcirco ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii, una cum uxore mea Regina donna Beatrice, Illustris Regis Castelle et Legionis filia, et filiis et filiabus nostris, Infantibus donno Dionisio, donno Alfonso, donna Branca, donna Sancia, dono et concedo vobis dono Simeoni magistro et conventui de Avis et omnibus successoribus vestris ecclesiam sancte Marie de Begia Elborensis diocesis et jus patronatus ejusdem ecclesie cum omni jure quod habeo et habere debo et michi de jure competit in eadem, quod vos et omnes successores vestri post mortem Johannis Moniz mei clericci modo rectoris ecclesie supradicte. Habeatis et possideatis predictam ecclesiam libere, pacifice et quiete, tamquam domini et patroni jure hereditario in perpetuum possidendum. Et hoc facio vobis ad honorem dei et beate Marie virginis matris ejus, et pro amore vestri donni Simeonis, et pro remedio peccatum meorum et parentum meorum et pro multo servicio quod vos et antecessores vestri michi fecistis et facitis, dante deo. Et ab hac die in antea aufero predictam ecclesiam et jus patronatus ejusdem cum omni jure suo quod michi competit in eadem, de meo dominio et de mea potestate et eam et jus patronatus ejusdem transffero in vestrum dominium et in vestram potestatem jure hereditario in perpetuum habendam et eciam possidendum. Si quis autem tam de meis propinquis quam de extraneis istam meam donationem et concessionem infringere attemptaverit, vel in aliquo diminuere voluerit, non sit ei licitum, sed pro sola temptatione, iram dei patris omnipotentis et beate virginis matris ejus et omnium sanctorum incurrat et maledicionem meam habeat in eternum. Donatione [et] concessione ista in suo robore permanente. In cuius rei testimonium dedi vobis dono Simeoni et

conventui de Avis istam meam cartam apertam meo sigillo plumbeo sigillatam.  
Data Ulixbone, XX.<sup>a</sup> die Madii. Rege mandante Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> VIII.<sup>a</sup>.

Donnus Martinus archiepiscopus Bracarensis confirmat, donnus Vincentius Portugalensis episcopus confirmat, ecclesia Colimbriensis vacat, ecclesia Visensis vacat, donnus Valascus episcopus Egitaniensis confirmat, donnus Matheus Ulixbonensis episcopus confirmat, donnus Durandus episcopus Elboensis confirmat, donnus Petrus episcopus Lamecensis confirmat.

Rodericus Garsie de Pavya, Johannes Suerii Conelius, Fernandus Fernandi Cogominus, Martinus Johannis de Vinali, frater Alfonsus Petri Farina, testes.

Donnus Stephanus Johannis cancellarius confirmat, Johannes Petri notarius cancellarie notuit.

Donnus Gonsalvus Garsie alferaz, donnus Johannes de Avoyno maiordomus curie confirmat, donnus Alfonsus Lupi tenens Ripam Minii confirmat, donnus Didacus Lupi tenens Lamecum confirmat, donnus Petrus Johannis de Portello confirmat, donnus Menendus Roderici tenens Mayam confirmat, donnus Petrus Johannis tenens Trasserram confirmat, donnus Petrus Poncii tenens Vaugam confirmat, donnus Stephanus Johannis tenens Chaves confirmat.

Petrus Martini Petarinus, Petrus Martini Caseval, Magister Petrus phisicus Elboensis, testes. [fl. 99v]

[434]

1270 Junho 5, Lisboa — Foral de Vila Viçosa, segundo o modelo de Monsaraz.

### **Carta de foro de Villa Viçosa**

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii, una cum uxore mea Regina donna Beatrice, Illustris Regis Castelle et Legionis filia, et filiis et filiabus nostris, Infantibus dono Dionisio, dono Alfonso, donna Blanca, donna Sancia, villam que vocatur Villa Viçosa populavi, et retentis in ea michi meis regalengis eam vobis meis hominibus et vasallis et alumpnis ad habitandum jure hereditario tribui cum omnibus suis terminis et pertinenciis, sicut dividit per caput de Cornado per ubi dividit cum Elbis et cum Jurumenia, et de ipso capite sicut vadit pelos arifes ad caput de Fatalon ubi positus est unus marcus, et deinde sicut vadit ad semedeyro de Machos, et deinde sicut vadit per ipsum semedeyrum directe ad caput de Machos et deinde sicut vadit directe ad Uodialvianet per quos terminos dividit cum Jurumenia et cum Alandroal. Item sicut dividit cum Stremoz per caput de Machos et deinde sicut vadit directe ad caput de Avhado, quod stat supra fontem de Bencatel et de ipso capite de Avhado, sicut vadit ad caput ubi stant due soverarie

que stant super co<r>te de pretore, et de ipso loco, sicut vadit ad unam cabeçam parvam que stat citra fontem de Arehal, et ficat ipse fons contra Borvam et de ipso loco sicut vadit ad cimam de capite de Atalaya, et de ipso capite sicut vadit ad portum de Borva per ubi vadit caminum de Borva pro ad Jurumenam, et de ipso portu sicut volvit sursum ad super pedem directe ad focem de Grou, et deinde sicut vadit directe ad currale de Ourelado, et deinde sicut vadit directe ad Acecam, et deinde ad super pedem sicut vadit ad illum locum qui vocatur Malecomedisti, et de ipso loco sicut volvit directe ad Turigiam, et deinde sicut vadit directe ad cantum de casa Stephani Alfonsi ubi stetit soverariam quam alia vice Magister Vincentius et Johannes Stephani milites Sanctarene assignaverunt ibi pro marco, et de ipso loco sicut vadit ad caput de Cornado ubi inceperunt dividi termini supradicti. Et placuit michi libenti animo et spontanea voluntate dare et concedere vobis tam presentibus quam futuris ibidem permansuris forum de Monte Saraz, quod a me peciistis per quod forum regalia jura inferius plenarie scripta michi et meo generi a vobis et a vestris successoribus persolvantur, per quod eciam forum quito vobis jugadas quas michi dant in Sanctarena. Et quito vobis illud forum quod faciunt michi in Sanctarena de meo carrecato de foris, in relego quod nichil inde detis. Et quito vobis relegum ab isto festo sancti Johannis proximo venturo usque ad quinque annos proximos venturos et non magis. Et eciam quito et mando quod vicinus de Villa Viçosa non det portaginem in meo regno. Mando eciam et quito quod almocreves de Villa Viçosa non faciant michi carrariam quam consueverunt michi facere almocreves in Sanctarena. Quito et mando quod vicinus de Villa Viçosa non det montadum. Et istas causas quito vobis de gracia in perpetuum, et successoribus vestris quod vos nec ipsi nichil inde detis nec faciatis michi nec successoribus meis. Do itaque vobis pro foro ut qui publice coram bonis hominibus casam violenter cum armis ruperit pectet quingentos solidos, et hoc sit sine vozeyro. Et si infra domum ruptor occisus fuerit, occisor vel dominus domus pectet unum marabitinum, et si ibi vulneratus fuerit pectet pro eo medium marabitinum. Similiter pro homicidio et rauso publice facto pectet quingentos solidos, pro merda in buca sexaginta solidos pectet testimonio bonorum hominum, furtum cognitum testimonio bonorum hominum novies componatur. Qui relegum vini regis ruperit, et in relego suum vinum vendiderit, et inventum fuerit testimonio bonorum hominum, primo pectet quinque solidos et secundo V.<sup>e</sup> solidos. Et si tercio inventum fuerit iterum testimonio bonorum hominum vinum totum effundatur et arcus cuparum incindantur. Et relegum accipiatur annuatim prima die Januarii. Et habitatores de Villa Viçosa habeant libere tendas et fornos panis, scilicet et ollarum et de fornis de tegula dent decimam. Qui extra caustum hominem occiderit, pectet sexsaginta solidos. Et qui vulneravit hominem extra caustum pectet triginta solidos. Qui in platea aliquem

armis vulneraverit pectet medietatem homicidii. Qui arma per iram denudaverit vel a domo ea extraxerit per iram et non percusserit pectet sexaginta solidos. Et homines de Villa Viçosa habeant hereditates suas populatas et illi qui in eis habitaverint, pectent pro homicidio et rauso noto et merda in boca sexaginta solidos medietatem scilicet regi et medietatem domino hereditatis, et eant in appilidum Regis, et nullum aliud forum faciant regi. Et almotazaria sit de concilio, et mutantur almotazes per pretorem et concilium ville. Et dent de foro de vaca unum denarium et de zevro I denarium et de cervo I denarium. Et de bestia de piscato unum denarium. Et de judicatu similiter. Et de alcavala tres denarios. De cervo et de zevro et de vacca et de porco et de carnario unum denarium. Piscatores dent decimam. De equo vel de mulo vel de mula quem vendiderint vel emerint homines de fora, a decem marabitinis et supra dent unum marabitinum et a decem marabitinos et infra dent medium marabitinum. De equa vendita vel comparata dent II solidos, et de bove II solidos, et de vaca unum solidum, et de asino unum solidum, et de asina similiter unum solidum. De mauro et de maura medium marabitinum, de porco vel de carnario II denarios. De caprone et de capra unum denarium. Et de carrega de azeyte vel de coriis boum vel zevrorum vel cervorum dent medium marabitinum. De carrega de cera medium *[fl. 100]* marabitinum, de carrega de anil vel de pannis vel de pellibus coniliorum vel de coriis vermelii vel albis vel de pipere vel de grana unum marabitinum, de bragale duos denarios. De vestitu de pellibus tres denarios. De lino vel de alliis vel de cepis decimam. De piscato de fora decimam. De concas vel de vasis ligneis decimam, et pro omnibus hiis carrigis quas vendiderint homines de fora et portagium dederint, si alias proprias emerint, non dent portagium ex eis. De carrega panis vel salis quam vendiderint vel emerint homines de fora de bestia cavalari vel mulari dent tres denarios. De asinari tres medaculas. De carrega de piscato quam inde levaverint homines de fora dent sex denarios. Balistarii habeant forum militum. Mulier militis qui viduaverit habeat honorem militis usque nubat, et si nuxerit pediti, faciat forum peditis. Miles qui senuerit vel debilitaverit quod exercitum facere non possit, stet in honore suo. Si autem mulier militis viduata talem filium habuerit qui cum ea in domo contineatur et cavalariam facere potuerit faciat eam pro matre. Miles vero qui equm aut bestias suas ad almocravariam miserit nullum forum de almocravarria faciat. Coniliarius qui fuerit ad sogeyram, et illuc manserit det unum folem conilii. Et qui illuc moratus fuerit octo diebus vel amplius det unum conilium com pelle sua. Et conniliarius de fora det decimam quociens venerit. Moratores de Villa Viçosa qui panem suum vel vinum vel ficus vel oleum in Elbora vel in Monte Maiori habuerit vel in aliis locis, et ad Villam Viçosam illud ad opus sui duxerint non dent portagium inde. Qui cum aliquo rixaverit, et post rixam domum suam intraverit et ibi mito consilio acceperit fustem

vel porrinam, et eum percusserit pectet triginta solidos. Si autem inconsulte et casu accidente eum percusserit nichil pectet. Inimicus de fora non intret in villam super inimicum suum nisi per treugas aut pro directo illi dare. Si equus alicus aliquem occiderit dominus equi pectet aut equm aut homicidium quod horum domino equi placuerit. Et clericus h[ab]elat forum militis per totum, et si cum muliere inventus turpiter fuerit, maiordomus non mitat manum in eum nec aliquo modo eum capiat, sed mulierem capiat si voluerit. De madeyra que venerit per flumen unde dabant octavam dent decimam. De atalaya de villa debet Rex tenere medietatem, et milites suis corporibus. Militem de Villa Viçosa cui meus dives homo beneficerit de terra sua, vel habere suo per quod eum habeat, ego recipiam eum meo diviti homini in numerum suorum militum. Maiordomus vel sagio ejus non eant ad domum militis sine portario pretoris. Et meus nobilis homo qui Villam Viçosam de me tenuerit non mitat ibi pretorem nisi de Villa Viçosa. De casis quas mei nobiles homines, aut freyres aut hospitalarii, aut monasteria in Villam Viçosam habuerint, faciant forum ville, sicut ceteri milites de Villa Viçosa. Ganatum perditicium quod maiordomus invenerit teneat illud usque ad tres menses, et per singulos menses faciat de eo preconem dari, ut si dominus ejus venerit, detur ei. Si autem dominus<sup>245</sup> ejus precone dato usque ad tres menses non venerit tunc maiordomus faciat de eo comodum suum. De cavalgada pretoris nichil accipiat pretor per vim, nisi quod ei milites amore suo dare voluerint. De cavalgada sexaginta militum, et supra, dividant mecum in campo. Faber aut zapatarius aut pilitarius qui in Villa Viçosa casam habuerit et in domo sua laboraverit non det de ea ullum forum. Et qui maurum fabrum aut zapatarium habuerit et in domo sua laboraverit non det pro ea forum. Qui autem ministeriales ferrarii vel zapatarii fuerint, et per officium istud vixerint et casas non habuerint veniant ad tendas meas et faciant michi meum forum. Et pedites quibus suum habere dare debuerint dent inde decimam maiordomo, et maiordomus det eis directum pro decima, et si pro decima eis directum dare noluerit, tunc pretor faciat eis directum dari per portarium suum. Et homines qui habitaverint in hereditatibus de Villa Viçosa si furtum fecerint ut supradictum est componatur medietatem Regi et medietatem domino hereditatis. Moratores de Villa Viçosa non dent luytosam. Adaliles de Villa Viçosa non dent quintam de quinonibus suorum corporum. Milites de Villa Viçosa non teneant çagam et teneant deanteiram in exercitu Regis. Panatarie dent pro foro de triginta panibus unum. Portagia vero et forum et quinte sarracenorum et aliorum ita persolvantur sicut consuetudo est, exceptis hiis que superius scripta sunt et vobis relinquo. Et pro alcaydaria de una bestia que venerit de fora cum piscato dent duos denarios et de barca de piscato minuto II denarios et de toto

---

<sup>245</sup> Corrigido de *dominos*, sopontando o o.

alio piscato dent suum forum. Hec itaque omnia prescripta vobis pro foro do et concedo, et ad hec eat maiordomus testimonio bonorum hominum, et non ad alia. Milites de Villa Viçosa testificantur cum infacionibus de Portugali. Qui eciam calcaribus aliquem percutserit et testimonio bonorum hominum convictus fuerit, pectet quingentos solidos. De navigio vero mando ut pretor et duo spadalaria et duo pronarii et unus petintal habeant forum militum. Preterea do vobis et concedo ut vestram almotaçariam habeatis et eam pro voluntate vestra disponatis. Mando eciam ut meus pretor ville nec maiordomus nec alvaziles nec aliquis alias audeant aforciare ullum hominem de Villa Viçosa vel de fora de suo pane, nec de suo piscato, necque de suo vino, nec de suis carnibus, neque de aliis rebus suis. Ad huc mando ut mei maiordomi non vadant extra villam aprehendere homines nec *[fl. 100v]* roubare nec adforciare, sed si fecerint calumpnias faciant eos vocari per portarium pretoris coram pretore et alvazilibus et sanent eis sicut pretor et alvaziles mandaverint et concilium cambiet suos alvaziles annuatim. Preterea mando ut pater non pectet calumpniam pro filio suo, sed filius pectet illam si eam fecerit. Et si non habuerit per quod sanet eam per corpus suum sanet illam. Mando eciam de mauris et de judeis percussis ut veniant se conqueri pretori et alvazilibus sicut fuit consuetudo tempore patris mei. Adhuc mando ut maiordomi non pignorent ullum hominem de Villa Viçosa donec vocent eum ad concilium coram pretore et alvazilibus. Addo adhuc amore vestro ut si quis pignoraverit sine meo maiordomo aut sine suo sagione aut sine portario pretoris pectet tantum pro quanto pignoraverit et non plus. Preterea mando et concedo quod de molendinis et de pisonibus et de azeniis constructis et construendis in Villa Viçosa et in terminis suis quod illi qui ipsos molendinos et pisones et azenias fecerunt aut fecerint quod faciant et dent inde michi et omnibus meis successoribus tale forum quale dant de molendinis et de azeniis et de pisonibus constructis in Stremoz et in suis terminis. Si quis igitur hoc factum meum vobis firmiter observaverit benedictionibus dei et mei repleatur. Qui vero illud frangere voluerit maledictionem dei et mei consequatur. Et ego Alfonsus predictus Rex una cum uxore mea Regina donna Beatrice et filiis et filiabus nostris donno Dionisio et dono Alfonso et donna Blanca et donna Sancia presentem cartam quam jussi fieri roboro et confirmo. Facta carta apud Ulixbonam, V.<sup>a</sup> die Junii, Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> VIII.<sup>a</sup>.

Donnus Gonçalvus Garsie alferaz tenens Nevyam, donnus Johannes de Avoyno maiordomus curie, donnus Martinus Alfonsi tenens Montem Maiorem Veterem, donnus Alfonsus Lupi tenens Ripam Minii, donnus Didacus Lupi tenens terram de Lameco, donnus Menendus Roderici tenens Mayam, Petrus Johannis de Portello tenens Leyrenam, Petrus Poncii tenens terram de Vauga, Petrus Johannis tenens Trasserram et Stephanus Johannis tenens Chaves, confirmant.

Rodericus Garsie de Pavya, Fernandus Fernandi Cogomino, Martinus Johannis de Vinali, Petrus Martini Caseval et Alfonsus Petri Farina, testes. Alfonsus Suerii, Rodericus Gomecii, superjudices, Petrus Johannis magister scolarum Silvensis, Stephanus Petri de Ratis et magister Petrus phisicus canonicus Elborensis, testes.

35

Donnus Martinus archiepiscopus Bracharensis, donnus Vincentius episcopus Portugalensis, donnus Petrus episcopus Lamecensis, frater Valascus episcopus Egitaniensis, confirmant. Ecclesia Visensis vacat, ecclesia Colimbriensis vacat, donnus Matheus episcopus Ulixbonensis, donnus Durandus episcopus Elborensis et donnus Bartholomeus Silvensis episcopus, confirmant.

Donnus Stephanus Johannis cancellarius curie confirmat, Jacobus Johannis notarius cancellarie notavit.

[435]

*1272 Dezembro 15, Santarém — Renovação da carta de protecção à igreja de Borba de Godim (c. Felgueiras).*

### **Carta de comenda ecclesie de Borva de Godim**

Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii, universis presentem cartam inspecturis notum facio quod Martinus Johannis rector ecclesie sancti Michaelis de Borva de Godin monstravit michi unam meam cartam meo sigillo sigillatam, cuius tenor talis erat:

“Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Comes Bolonie, omnibus de meo Regno presentem cartam inspecturis, salutem. Noveritis quod ego recipio in mea garda et in mea incomenda ecclesiam sancti Michaelis de Borva de Godin et priorem ejusdem cum quanto ipsi habent in meo Regno. Unde ego mando firmiter et defendo quod nullus sit ausus facere malum nec forciam neque tortum dicto priori nec dicte ecclesie neque rebus suis, quia quicunque fecerit, pectabit michi trecentos marabitinos et remanebit pro meo inimico et insuper calumpniabor ei et corriget eis in duplo malum et forciam et tortum quod eis fecerit vel rebus suis. In cuius rei testimonium do priori ipsius ecclesie istam meam cartam apertam. Data in Matheus, Rege mandante per Fernandum Cogominum, secunda die Agusti.

Johannes Suerii fecit. Era M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> LX<sup>a</sup>.<sup>a</sup> II.<sup>a</sup>.<sup>a</sup>”

Et quia sigillum predicte mee carte dampnabatur ideo feci eam innovare et de verbo ad verbum hic poni, et mando quod ista carta valeat in perpetuum sic prima. In cuius rei testimonium dedi dicto Martino Johannis istam meam cartam. Data Sanctarene, XV.<sup>a</sup> die Decembbris, Rege mandante per Fernandum Fernandi Cogominum.

Franciscus Johannis notavit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> X.<sup>a</sup>.

*1270 Abril 27, Lisboa — Carta ao meirinho-mor, informando que, na linha dos Reis seus antecessores, toma sob a sua protecção a igreja de Borba de Godim (c. Felgueiras) contra os cavaleiros que se dizem descendentes da linhagem dos Lodares.*

**Carta libertatis ecclesie de Borva de Godim contra milites de Moreyra**

Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii, vobis Nuno Martini meo<sup>246</sup> meyrino maiori vel illi qui in loco vestro fuerit inter Dorium et Cadavum, salutem. Sciatis quod Martinus Johannis rector ecclesie sancti Michaelis de Borva de Godim monstravit michi unam cartam patris mei Regis donni Alfonsi sigillo suo vero plumbeo sigillatam non rasam non cancellatam nec in aliqua sui parte viciatam, cuius tenor talis est:

Alfonsus dei gratia Portugalie Rex, universis de meo Regno presentem litteram inspecturis salutem. Sciatis quod donnus Menendus prior monasterii de Caramaros Bracarensis diocesis nomine Petri Menendi de Vilar germani sui filii Menendi Suerii de Maçorra et nomine ecclesie de Borva de Godim monstravit michi unam cartam judicii dati super eadem ecclesia per avum meum donnum Alfonsum primum Regem Portugalie, cuius carte tenorem de verbo ad verbum in mea presenti littera feci transcribi qui incipitur in hec verba: “Sub imperio sancte trinitatis patris et filii et spirictus sancti, quorum in divisa majestas et una deitas permanet per infinita secula seculorum, amen. Notum sit omnibus presentem cartam inspecturis, quod cum tempore Menendi Gomeci filii Chamue Saz abbatis ecclesie [fl. 101] sancti Michaelis de Borva de Godim Bracarensis diocesis inter filios et nepotes Garsie Saz ex una parte et filios et nepotes Froyle Guedaz ex altera magna dissensio sive discordia super eadem ecclesiam de Borva et super testamentis utriusque generis ipsarum partium eidem ecclesie legatis ut asserebatur coram me Alfonso Portugalensis principe Comitis Henrici et Regine Tarasie filio magni quoque Regis Alfonsi nepote presente donno Pelagio Bracarensis archiepiscopo orioretur. Tandem post multos et varios tractatus coram me et eodem archiepiscopo hinc inde habitos de mandato ejusdem archiepiscopi hac consensu earumdem partium feci ducere ante me omnes cartas ipsius ecclesie quibus fuerat fundata et quibus habebat illas hereditates super quibus motum era litigium inter partes per Menendum Suerii de Maçorra nepotem predicti Garsie Saz et per Egeam Didaci de Arnosela nepotem dum Froyle Guedaz, quibus cartis ante me legaliter deductis lectis et publicatis inveni per unam cartam nimi veterem donnum Analsum et priorem presbiterum cum suis germanis in eadem carta contentis dictam ecclesiam in solo proprio fundavisse et dedisse eidem ecclesie omnes illas hereditates quas nunc ipsa ecclesia habet in villa que dicitur Borva cum omnibus juribus et pertinenciis suis. Per alias vero cartas que similiter veteres videbantur, inveni Gomecum Analssi fuisse filium predicti

---

<sup>246</sup> Segue-se *meo riscado*.

donni Analsi fundatoris ecclesie memorate, de quo Gomecio Analsi descendit Sarrazinus Gomecii de quo descendit Saz Sarrazini, a quo descendit Garsias Saz, et germana sua predicta Chamoia Saz, qui dederunt seu legaverunt eidem ecclesie de Borva unum casale in Villa de Todea quod dicitur Regueyros, et aliud casale in Felgueyros et aliud in Outeyro de Mazaneyra et duo casalia in Rial, et aliud casale in Torrente et aliud in Francoym et quasdam alias hereditates que jacent in Vilar quod jacet prope Belsar. Per alias autem cartas inveni dictum Garsiam Saz et filios ejus Eycam Garsie et Mariam Garsie matrem prefati Menendi Suerii de Maçorra legasse ipsi ecclesie quintanam de Villarino cum omnibus juribus pertinenciis suis et terminis qui sunt isti, scilicet; primus terminus incipitur in Carvaleyra Veteri que stat inter Tras Borvam et Villarinum super molendino de Grangia deinde ad stratam que vadit ad Villarinum, deinde per cacumina montis de Payçanes donec vadit ad Bevedoyer deinde ad Montem de Seyxoso ubi dicitur Lobagueyra discurrentibus aquis usque Villarinum ad fluvium de Borva, deinde de Lobagueyra ad Fonthaum Bonum descendendo per ipsam aquam donec vadit ad stratam de Villarino que vadit pro ad Todeam, deinde per ipsam stratam donec vadit ad lapidem qui stat in Portella de Casaes inter Villarinum et Todeam, deinde directe ad aquam predicti fluvii de Borva, deinde per ipsam aquam donec vadit ad Carvaleyram ubi primitus incohavimus. Et tam per easdem cartas quam per testes omni exceptione maiores receptos per eundem archiepiscopum inveni quod predicta quintana de Villarino per terminos predictos est honorata et casale de Regueyros similiter. Et non debent inde michi pectare calumpniam vel vocem nec facere ullum forum. Preterea inveni per eosdem testes prefatum Froylam Guedaz cuius filius est Suerius Froyle et Toda Froyle et Monia Froyle qui nuncupantur Moreyram de Moreyra que jacet sub castello de Celorico de Basto nullum jus habere in ecclesia et hereditatibus suprascriptis. Cum inter ante dictas cartas et dicta testium pro prefato Froyla Guedaz non apparerent aliqua munimenta. Ideoque ego prelibatus princeps de speciali mandato michi comisso viva voce et assensu archiepiscopi memorati habitu consilio super premissis omnibus peritorum sententialiter judico omnes recta linea descendentes a sepedito Garsia Saz, veros esse patronos ecclesie supradicte omnibus aliis a Froyla Guedaz predicto descendantibus ac cunctis aliis nobilibus cuiuscumque generationis existant non descendantibus de dicto Garsia Saz super prehabitatis hereditatibus et ecclesia perpetuum silencium imponendo. Si vero aliquis istorum sententialiter condemnatorum vacante pro futuro tempore prefata ecclesia presentare voluerit ad eandem aut blandiciis cominationibus, aut quibuscumque aliis modis exercuerit dictam ecclesiam vel ejus possessiones extorquando inde servicia et consimilia, exercitium sive usum hujusmodi judico non valere. Judico etiam et mando quod homines qui habitaverint in Villarino et in Regueyros, que sunt predicte ecclesie de Borva nunquam michi vel successori meo pectent vocem vel calumpniam nec faciant ullum forum. Si quis de predictis quos ego judicavi contra hoc<sup>247</sup> judicium venire presumpserit, pectet domino terre sive principi duo talenta auri purissimi, judicio istius modi in perpetuum valituro. Et si filius vel nepos meus judicium et mandatum hujusmodi non observaverit, aut efficaciter non fecerit observari, sit

---

<sup>247</sup> No texto: *bius.*

maleditus et excommunicatus et ab extraneo Rege sit coactus et subjugatus et a populo suo et sinu sancte matris ecclesie sequestratus, et in die judicii non resurgat coram deo cum sanctis ejus, sed luat penas in profundo inferni cum Juda traditore et Simone mago et habeat maledictionem dei omnipotentis et meam cunctis temporibus seculorum amen. Facta carta hujusmodi judicii XV Kalendas Junii, Era M.<sup>a</sup> C.<sup>a</sup> LX.<sup>a</sup> VII. <sup>a</sup>. Ego siquidem Alfonsus Enrici predictus hanc cartam propria manu roboro et confirmo.

Pro testes: Petro, Pelagio, Menendo, Pelagius archiepiscopus Bracarensis confirmat. Egeas Monionis curie dapifer confirmat, Garsias Petri signifer confirmat. Donnus Mido archidiaconus, donnus Onoricus archidiaconus et donnus Odorius canonicus Bracarensis confirmant. Petrus cancellarius notuit." Verum cum inter precepta domini in lege sua hoc preceptum reperiatur videlicet honora patrem et matrem tuam et fac eorum mandata ut sis longevus super terram. Idcirco ego prelibatus Rex Alfonsus qui predictam cartam avi mei hic feci transcribi plenarie benedictione ejus assequi cupiens predictum judicium suum et mandatum totaliter concedo approbo et confirmo. Et ut premissa omnia et singula que dicta ecclesia de *[fl. 101v]* Borva habet vel de cetero habuerit in meo Regno melius emparetur et defendantur, tam in sepedita ecclesia de Borva quam in priore ipsius quam in clericis quam in servientibus quam in hereditatibus ipsius ecclesie quam eciam in hominibus morantibus in eisdem hereditatibus et ecclesia, pono encautum de sex mille solidis ut quicumque malum fecerit in predictis vel in aliquo predictorum, pectet michi dictum encautum et habeatur pro meo insuper inimico. Et ut istud in dubium non vertatur, feci presentem cartam jam dicto priori de Caramaros nomine predicti Petri Menendi de Vilar et ipsius ecclesie de Borva sigillo meo plumbeo consignari et eam propria manu roboro et confirmo.

Qui affuerunt: donnus Martinus Johannis signifer domini Regis confirmat, donnus Petrus Johannis maiordomus curie confirmat, donnus Laurencius Suerii confirmat, donnus Poncius Alfonsi confirmat, donnus Lopus Alfonsi confirmat, donnus Egidius Valasqui confirmat.

Donnus Stephanus Bracarensis archiepiscopus confirmat, donnus Martinus Portugalensis episcopus confirmat, donnus Petrus Colimbriensis episcopus confirmat, donnus Martinus Egitanensis episcopus confirmat.

Magister Pelagius cantor Portugalensis, Petrus Guarsie, Petrus Petri, testes.

Gonsalus Menendi cancellarius confirmat, Fernandus Suerii scripsit.

Rege mandante apud Vimaranem, V.<sup>a</sup> die Julii, Era M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> L.<sup>a</sup> VI.<sup>a</sup>.

(Sinal) Rex donnus Allfonsus. Regina donna Orraca. Infans donnus Sancius. Infans donnus Alfonsus. Infans donna Alleonor.

Deinde monstravit michi aliam cartam bisavi mei donni Alfonsi primi Regis in Portugalia, cuius tenor totaliter continetur in predicta carta plumbea patris mei que incipitur sic: "Sub imperio, et cetera". Post hoc monstravit michi aliam meam cartam per quam ego teneo in mea garda et in mea comenda et sub mea protectione predictam ecclesiam de Borva cum quanto ipsa habet in meo Regno sub pena de meo encauto contento in ipsa carta. Et modo dixit michi rector quod filii vel nepotes qui descendunt de predicta Toda Froyle et alii qui descendunt de

predicto Suerio Froyle et alii qui descendunt de Johanne Martini de Fornelo ac alii multi qui se dicunt de genere de Lodares non descendunt de supradicto Garsia Saz et veniunt ad dictam ecclesiam de Borva et ad possessiones ipsius ecclesie pausare et recipere inde servi[ci]a contra cartas superius nominatas. Unde mando vobis quod vos faciatis venire dictos milites perante vos et dictum rectorem et si inveneritis quod non descendunt de supradicto Garsia Saz, non sustineatis quod veniant pausare in ecclesia predicta nec in possessionibus suis nec recipere inde servicia, nec faciant ibi malum nec forciam neque tortum in hereditatibus nec in rebus suis, et defendatis et teneatis dictam ecclesiam et ejus possessiones ad cartas bisavi et patris mei superius nominatas quas approbo et concedo. Et si forte inveneritis quod super hoc pousaverunt aut pausaverint de cetero ut ipsa ecclesia aut ibi vel in possessionibus aut in rebus suis malum vel forciam fecerunt aut fecerint contra cartas, faciatis totum corrigere et emendare rectori ipsius ecclesie secundum quod continetur in meo decreto et levetis inde mea encauta que continentur in predictis cartis. Unde aliter non faciatis, sin autem tornarem me proinde ad vos et haberem de vobis queyxume. Et mando quod predictus Martinus Johannis rector ipsius ecclesie de Borva vel aliquis pro eo teneat istam cartam. Data Ulixbona, V.<sup>o</sup> Kalendas Madii, Rege mandante per Alfonsum Suerii superjudicem.

Johannes Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> VIII.<sup>a</sup>.

39

[437]

1270 Maio 28, Lisboa — Aforamento de uma herdade em Barrela (fr. *Vreia de Jales, c. Vila Pouca de Aguiar*) a três casais.

### **Carta de foro hereditatis in Jales in loco qui dicitur Barela**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii una cum uxore mea Regina donna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia, et filiis et filiabus nostris Infantibus donno Dionisio donno Alfonso donna Blanca donna Sanchia, do et concedo vobis Menendo Johannis et uxori vestre Maiori Martini et Martino Johannis et uxori vestre Marie Martini et vobis Petro Johannis et uxori vestre Dominice Johannis et omnibus successoribus vestris ad forum unam meam hereditatem que jacet in judicatu de Jales in loco qui dicitur Barrla quomodo dividit cum termino de Varzeas, et deinde vadit per regarium de molendino veteri de sancta Maria usque ad capud superiorem de molendinis deinde ad capud de Revoredo travesso et vadit directe ad Fontem de Mel, et vadit ad capud inferiorem de Molapam Grande et deinde aqua vertente quomodo dividit cum Valle de Conelio, et deinde ad locum ubi incepit fuerint iste divisiones.

Videlicet tali pacto quod vos faciatis de ipsa hereditate tria casalia, et quod plantetis et laboretis ea et vos et successores vestri debetis inde michi dare et omnibus successoribus meis annuatim quintam partem de toto fructu quem deus ibi dederit, preter ortas pro ad vestrum comedere et vos debetis vocare maiordomum pro ad mensurandum, et si ibi ire voluerit, judex de terra debet vobis dare aliquem pro ad mensurandum et capitale debet recipi in ipsis casalibus a festo sancte Marie de Agusto usque ad festum sancti Michaelis de Septembro, et debetis dare annuatim de quolibet casali singulas teeygas de pane pro eyradiga et luitosa qualis evenerit et pro directuris singulas spatulas de porco cum decem costis et duobus panibus centenis de quolibet casali annuatim pro sancto Stephano Natalis et pro die sancti Michaelis de Septembrio II solidos legionenses de quolibet casali annuatim et pro collecta riquihominis debetis dare annuatim de ipsis tribus casalibus duas teeygas de cevada per mensuram Constantim et sex panes centenos mense Madii in ecclesia sancte Marie de Jales et quolibet anno pro vita maiordomi tres galinas et VI panes centenos per tercias anni et non debetis respondere de achaque nec de calumpnia nisi de tribus si eas feceritis et vobis probate fuerint per bonos homines, videlicet homicidium, rausum et stercus positum in ore, furtum novies componatur, et *fl.* 102/ pro qualibet istis calumpniis debetis dare decem marabitinos. Et meus riquishomo non debet ibi pausare nec filiare condectum ibi, et similiter maiordomus non debet ibi pausare sed debet ire pro ipsis supradictis directis et non debet ibi facere malum. Et vos non debetis ire in fossado nec in anuduva nec in arriquiova nec in torviscada, et si ibi feceritis molendinos debetis inde dare medietatem de renda. Et vos et successores vestri debetis hanc hereditatem habere usque in perpetuum per foros superius nominatos. Et vos non debetis ipsam hereditatem nec partem illius vendere nec donare nec emplazare nec attestare nec in alio modo alienare, ordini nec militi nec domine generose, nec alicui alii persone religiose, nisi tali homini laboratori qui michi et omnibus successoribus meis faciant supradictos foros. Et non debetis ibi creare filium vel filiam riquihominis nec militis nec domine generose. In cuius rei testimonium dedi inde eisdem supradictis istam meam cartam de meo sigillo sigillatam. Data Ulixbona, XXVIII die Madii, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum et per cancellarium et per Alfonsum Suerii superjudicem.

Johannes Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> VIII.<sup>a</sup>.

*1270 Maio 28, Lisboa — Aforamento de uma herdade em Quintā (fr. Vreia de Jales, c. Vila Pouca de Aguiar) a dois casais.*

**Carta de foro hereditatis in Jales in loco qui dicitur Achas**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii una cum uxore mea Regina donna Beatrice, Illustris Regis Castelle et Legionis filia, et filiis et filiabus nostris, Infantibus dono Dionisio et dono Alfonso, donna Blanca et donna Sanchia, do et concedo vobis Stephano Martini et uxori vestre Marie Martini et vobis Martino Martini et uxori vestre Marie Benedicti et omnibus successoribus vestris ad forum illam meam hereditatem de judicatu de Jales, que jacet in loco qui dicitur Achas in termino de Quintana quomodo dividit cum Quintana per divisionem de fundo de Achis Veteribus et vadit per carriam de Landeyra, et vadit ad cumeyram de Landeyra aqua vertente et vadit per cumeyram ipsaque aqua vertente ad capud de Pinario in presa de Monceyra, et vadit per ipsam regeyram ad portum de Goterri, et deinde vadit in directo de fundo ad marchum de carrarya de Ganado, et deinde vadit per divisiones de Crucibus usque ad illum locum ubi incepit fuerunt ipse divisiones. Videlicet tali pacto quod vos faciatis de ipsa hereditate que jacet inter ipsas divisiones tam rupta quam non rupta duo casalia et quod plantetis et laboretis ea et quod vos et successores vestri detis inde michi et omnibus successoribus meis annuatim quintam partem de toto fructu quem deus ibi dederit preter ortas pro ad vestrum comedere, et vos debetis vocare maiordomum pro ad mensurandum, et si noluerit venire mensurare judex de terra debet vobis dare aliquem qui mensuret. Et vos debetis dare pro eyradiga de quolibet casali annuatim unam teygam de pane, et luytosam qualem evenerit, et capitale de istis rebus debet recipi in ipsis casalibus, a festo sancte Marie de Agusto usque ad festum sancti Michaelis de Septembrio. Et vos debetis dare de quolibet casali annuatim pro collehta riqui hominis unum carnarium recipientum cum tribus panibus centenis, et cum una teyga de cevada, et istam collectam debent dari in mense Madii in sancta Maria de Jales, et vos debetis dare de ipsis duobus casalibus in quolibet anno tres gallinas, et sex panes centenos pro vita maiordomi per tercias anni, et debetis dare in quolibet anno de quolibet casali pro directuris unam spatulam de porco cum decem costis, et unum cabritum cum duobus panibus centenis pro festo sancti Stephani Natalis. Pro festo sancti Michaelis de Septembrio debetis dare annuatim de quolibet casali tres solidos Legionenses. Et vos et successores vestri istos foros supraditos debetis facere annuatim, et non debetis inde respondere nisi de tribus calumpniis si eas

feceritis, et vobis probate fuerint per bonos homines, videlicet de rauso et de homicidio et de stercore posito in ore, et pro qualibet istarum debetis dare decem marabitinos, furtum novies componatur. Et meus riushomo non debet ibi pausare nec filiare ibi condotum, et similiter maiordomus non debet ibi pausare sed debet ire pro ipsis supradictis directuris, et non debet ibi facere malum. Et vos non debetis ire in fossado nec in anuduva nec in arriououva nec in torviscada, et si ibi feceritis molendinum debetis inde dare medietatem de renda, et vos et successores vestri debetis hanc medietatem habere usque in perpetuum, et foros superius nominatos. Et vos non debetis ipsam hereditatem vendere nec partem illius nec donare nec emplazare nec attestare nec in alio modo alienare ordini nec militi nec domine generose nec alicui alii persone religiose nisi tali homini laboratori qui michi et successoribus meis faciant supradictos foros. Et non debetis ibi creare filium vel filiam riquihominis nec militis nec domine generose. In cuius rei testimonium dedi inde eisdem supradictis istam meam cartam de meo sigillo sigillatam. Data Ulixbona, XXVIII die Madii, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum et per cancellarium et per Alfonsum Suerii superjudicem.

Johannes Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> VIII.<sup>a</sup>.

[439]

*1270 Junho 12, Lisboa — Aforamento de duas sésegas de azenha junto à ponte do Rio Ave, entre Azurara (fr. c. Vila do Conde) e Vila do Conde.*

**Carta de foro de duabus azeniis que stant inter Zuraram et Villam de Conde**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii, una cum uxore mea Regina donna Beatrice, Illustris Regis Castelle et Legionis filia, cum filiis et filiabus nostris, Infantibus dono Dionisio, dono Alfonso, donna Blanca et donna Sanchia, do et concedo vobis Andree Martini et uxori vestre Marie Laurencii et omnibus successoribus vestris duas sessegas de azeniis prope pontem de Rivolo de Ave, inter Zuraram et Villam de Conde, quod vos et omnes successores vestri detis inde michi et omnibus successoribus *[fl. 102v]* meis terciam partem de tota proee quod inde vobis evenerit in salvo. Et vos et successores vestri debetis continere dictas zenias cum omnibus pertinenciis suis, et reficere eas quandocumque fuerit necesse, et si forte per vestram culpam dicte ezenie non fuerint adubate, ita quod semper molant quando habuerint zevyram, vos et successores vestri qui ipsas zenias post vos tenuerint debetis michi dare de vestris casis totum illud quod ego inde perdidero, et dicte

azenie debent<sup>248</sup> esse facte et acimate ab isto festo sancti Johannis Baptiste proximo venientis usque ad unum annum. Et vos nec successores vestri non debetis eas vendere nec donare nec emplazare nec cambiare nec helemosinare nisi tali homini laboratori qui michi et successoribus meis faciat supradictum forum. In cuius rei testimonium dedi inde eisdem Andree Martini et uxori sue Marie Laurencii istam meam cartam de meo sigillo sigillatam. Data Ulixbona, duodecima die Junii, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno maiordomum suum et per cancellarium et per Alfonsum Suerii superjudicem.

Johannes Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> VIII.<sup>a</sup>.

[440]

*1270 Julho 10, Lisboa — Arrendamento da terra de Favaios (fr., c. Alijó) aos seus povoadores.*

### **Carta de renda de Fabayos**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii, una cum uxore mea Regina donna Beatrice, Illustris Regis Castelle et Legionis filia, et filiis et filiabus nostris, Infantibus donno Dionisio donno Alfonso donna Blanca donna Sancia, do et concedo vobis populatoribus de Fabayos ipsam terram de Fabayos cum suis terminis novis et antiquis quos consuevistis habere et possidere quos habere et vincere poteritis per directum, videlicet tali pacto quod detis michi et omnibus meis successoribus annuatim ad tercias anni, viginti marabitinos quales currerint in terra de Feyra de Constantim, scilicet pro omnibus rendis et calumpniis et homicidiis et collectis quas de ipsa terra ego habebam et debebam habere. Et vos debetis ipsos marabitinos dare ad tercias anni in Feyra de Constantim judici de Panoyas quod det eos michi vel illi qui de me tenuerit ipsam terram, videlicet unam terciam pro prima die Septembbris et aliam terciam pro prima die Januarii et aliam terciam pro prima die Madii. Et si vos istos denarios eidem judici non dederitis ad istas tercias anni ut supra dicitur, et probatum fuerit perante judicem et tabellionem, debetis eos ex tunc dare cum uno marabitino cotidie de pena. Et meus rius homo vel prestamarius vel suus maiordomus debet vos pignorare tam pro istis marabitinis quam predicta pena. Et si vos eos volueritis dare judici de Panoyas ad tercias anni, et ipse judex noluerit eos recipere, vos non debetis cadere in dicta pena. Et meus riushomo nec sui vasalli nec prestamarius nec suus maiordomus non debet pausare in ipsa villa de Fabayos nec in suis terminis. Et si vos ibi aliquos populatores recipere volueritis

---

<sup>248</sup> Corrigido de *debebent*, sopontando a primeira sílaba *be*.

vobiscum, recipiatis illos dum modo non sint mei forarii. Et vos<sup>249</sup> debetis ibi mitere judicem qualem volueritis. Et si aliquis homo intraverit in ipsam villam aut in suos terminos per rationem ibi male faciendi et vobis dampnum fecerit sanet vobis in duplum dampnum quod vobis fecerit. In cuius rei testimonium dedi vobis populatoribus de Fabayos istam meam cartam meo sigillo plumbeo sigillatam. Data Ulixbona, X die Julii, Rege mandante.

Jacobus Johannisi notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> VIII.<sup>a</sup>.

[441]

*1270 Julho 22, Lisboa — Aforamento de um casal em Fonte Arcada (fr., c. Penafiel) com a herdade de Louredo e Corvaceira (c. Amarante) a Domingos Viegas e sua mulher Elvira Gonçalves.*

### **Carta de foro casalis de Fonte Arcada in judicatu de Gouvea**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii una cum uxore mea Regina donna Beatrice, Illustris Regis Castelle et Legionis filia et filiis et filiabus nostris, Infantibus donno Dionisio, donno Alfonso, donna Blanca, donna Sancia, do et concedo vobis Dominico Egee et uxori vestre Elvire Gunsalvi et omnibus vestris successoribus ad forum illud meum casale quod est in Fonte Arcada de judicatu de Gouvea cum hereditate de Louredo et de Corvazeyra tali pacto quod vos et successores vestri detis inde michi et omnibus successoribus meis annuatim terciam partem de pane et quartam partem de vino, si ibi vineam feceritis, et quartam partem de lino, et pro directuris duo bragalia et unam spaduam de porco et unum alqueire de tritico et unum almude de centeno et unum carnarium et unum cabrito et unum soldum pro pedida et duos capones et viginti ova. Et non debetis ibi creare filium nec filiam militis nec domine nec alicujus potentis nec vendere nec donare nec elemosinare nec atestare nec cambiare nec apignorare nec aliquo modo alienare ipsum casale ordini nec clero nec militi nec domine generose nec scutifero nec alii persone religiose sed si volueritis illud vendere vel donare vendatis vel donetis illud tali homini qui faciat michi et meis successoribus plene supradictum forum. Et mando quod vos teneatis inde istam cartam. Data Ulixbona, XXII die Julii, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum et per cancellarium.

Jacobus Johannisi notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> VIII.<sup>a</sup>.

---

<sup>249</sup> Segue-se *non* riscado e sopontado.

*1270 Agosto 4, Lisboa — Aforamento de vinhas e azenhas em Lordelo a Marinha Anes, Mor Peres e Durância Gonçalves.*

**Carta de foro de quibusdam vineis et azeniis de Lordelo**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii una cum uxore mea Regina donna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia et filiis et filiabus nostris Infantibus donno Dionisio donno Alfonso donna Blanca et donna Sancia, do et concedo vobis Marine Johannis et filiis vestris et Maiori Petri et Durancie Gunsalvi ad forum illas vineas que sunt in Lordelo quas vos solebatis tenere et duas azenias que sunt in ipsis vineis, tali pacto quod vos detis michi et successoribus meis de ipsis vineis quartam partem de vino in salvo in lagari annuatim et de ipsis duabus azeniis que sunt in ipsis vineis detis michi et omnibus successoribus meis vos et omnes successores vestri annuatim sex maraf<sup>fl. 103</sup>bitinos veteres de viginti et septem solidis pro marabitino. Et mando quod habeatis vos et omnes successores vestri ipsas azenias et ipsas vineas in perpetuum cum omnibus terminis et pertinenciis suis, et faciatis inde michi et omnibus successoribus meis supradictum forum. Et non possitis ipsas vineas nec ipsas azenias vendere vel donare militi nec ordini nec domine generose nec clero nec scutifero nec alicui persone religiose sed si eas vel partem illarum volueritis vendere vel donare vendatis vel donetis eas tali homini qui faciat inde michi supradictum forum. In cuius rei testimonium dedi vobis istam meam cartam. Data Ulixbona, IIII die Agusti, Rege mandante.

Johannes Vincentii notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> VIII.<sup>a</sup>.

*1270 Agosto 4, Lisboa — Aforamento de vinhas em Lordelo a João Peres e sua mulher Branca Martins.*

**Carta de foro vinearum de Lordelo**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii una cum uxore mea Regina donna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia et filiis et filiabus nostris Infantibus donno Dionisio donno Alfonso donna Blanca et donna Sancia, do et concedo vobis Johanni Petri et uxori vestre Brance Martini ad forum illas vineas que sunt in Lordelo quas vos solebatis tenere, tali pacto quod vos et omnes successores vestri detis inde michi et omnibus successoribus meis annuatim quartam partem de vino in lagari et vos non debetis

eas vendere militi nec ordini nec domine generose nec clero nec scutifero nec alicui persone religiose, sed si eas volueritis vendere vel donare vendatis vel donetis eas tali homini qui faciat inde michi et omnibus successoribus meis supradictum forum. In cuius rei testimonium dedi vobis istam meam cartam. Data Ulixbona, IIII die Agusti, Rege mandante.

Johannes Vincentii notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> VIII.<sup>a</sup>.

[444]

*1270 Agosto 4, Lisboa — Aforamento de uma vinha em Lordelo a Salvador Juliões e sua mulher Maria Pais.*

**Carta de foro Salvatoris Juliani super una vinea de Lordelo**

Noverint universi presentem cartam inspecturi quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii una cum uxore mea Regina donna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia et filiis et filiabus nostris Infantibus donno Dionisio donno Alfonso donna Blanca et donna Sancia, do et concedo vobis Salvatori Juliani et uxori vestre Marie Pelagii ad forum unam vineam que est in Lordelo quam vos solebatis tenere, tali pacto quod vos et omnes successores vestri detis inde michi et omnibus successoribus meis anuatim quartam partem de vino in salvo in lagari et vos non debetis eam vendere militi nec ordini nec domine generose nec clero nec scutifero nec alicui persone religiose, sed si eam volueritis vendere vel donare vendatis eam vel donetis tali homini qui faciat inde michi et omnibus successoribus meis supradictum forum. In cuius rei testimonium dedi vobis istam meam cartam. Data Ulixbona, IIII die Agusti, Rege mandante.

Johannes Vincentii notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> VIII.<sup>a</sup>.

[445]

*1270 Agosto 4, Lisboa — Aforamento de vinhas em Lordelo a Domingos Peres e sua madrasta Domingas Martins.*

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii una cum uxore mea Regina donna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia et filiis et filiabus nostris Infantibus donno Dionisio, donno Alfonso, donna Blanca et donna Sancia, do et concedo vobis Dominico Petri et Dominice Martini vestre madraste ad forum illas vineas quas solebatis habere in Lordelo, scilicet vineam de Condomina et aliam vineam que fuit de Casteyca et vineas que fuerunt de Vergeyro, tali pacto quod detis inde michi et omnibus

successoribus meis vos et omnes successores vestri quartam partem de vino in lagari in salvo et vos non debetis ipsas vineas nec aliqua illarum vendere militi nec ordini nec domine generose nec clero nec scutifero nec alicui persone religiose, sed si eas vel aliqua illarum volueritis vendere vel donare vendatis eas vel eam tali homini qui faciat inde michi et omnibus successoribus meis supradictum forum. In cuius rei testimonium dedi inde vobis istam meam cartam. Data Ulixbona, IIII die Agusti, Rege mandante.

Johannes Vincentii notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> VIII.<sup>a</sup>.

47

[446]

*1270 Agosto 30, Lisboa — Aforamento de dois casais em Soeima, no julgado de Gaia, a Gil Ferreiro.*

### **Karta Egidii Ferrariai super duobus casalibus de Soeyme**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii una cum uxore mea Regina donna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia et filiis et filiabus nostris Infantibus dono Dionisio, dono Alfonso, donna Blanca et donna Sancia, do et concedo vobis Egidio Ferrario et omnibus vestris successoribus in perpetuum ad forum illa mea dua casalia que sunt in mea hereditate que vocatur Soeyme de judicatu de Gaya, tali pacto quod laboretis ea et populetis ea et faciatis vineam, et de hereditate que fuit et est ibi rupta, detis michi et omnibus meis successoribus annuatim quartam partem de pane et de lino et de legumine et de alio fructu quem deus ibi dederit, excepto de vino de quo debetis dare quintam partem. Et de hereditate que ibi non fuit nec est rupta, detis quintam partem de pane et de vino et de lino et de legumine et de aliis fructibus quos deus ibi dederit. Et si in dicta hereditate plura casalia quam predicta duo casalia feceritis scilicet in hereditate que non fuit nec est rupta, detis inde michi et meis successoribus quintam partem de pane et de vino et de lino<sup>250</sup> et de legumine et aliorum fructuum quos deus ibi dederit. Et de quolibet casali debetis dare annuatim pro directuris unum quartarium de tritico et unum sestarium de milio, et per Entruydo duos capones et unum cordarium aut unum cabritum. Et pro Natali unum carazil de porco, aut decem et octo denarios. Et pro Pasca unum caseum et unam manteygam aut decem et octo denarios. Et vos non debetis ipsa casalia nec partem illorum vendere nec donare nec helemosinare nec cambiare nec atestare *fl. 103v* nec alienare aliquo modo ordini nec militi nec domine generose

---

<sup>250</sup> *Et de lino* está escrito na margem direita.

nec clero nec scutifero nec prelato, sed si ea vel partem illorum vendere vel donare volueritis, vendatis vel donetis ea tali homini qui michi et meis successoribus faciat supradictum forum. In cuius rei testimonium dedi inde eidem Egidio Ferrario istam cartam. Data Ulixbona, III.<sup>a</sup> Kalendas Septembres, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum et per cancellarium et per Alfonsum Suerii superjudicem.

Jacobus Johannisi notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> VIII.<sup>a</sup>.

[447]

*1270 Setembro 6, Lisboa — Aforamento de uma vinha em Lordelo a Pedro Juliões e sua mulher Maria Anes.*

### **Carta Petri Juliani super quadam vinea de Lordelo**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii una cum uxore mea Regina donna Beatrice, Illustris Regis Castelle et Legionis filia, et filiis et filiabus nostris Infantibus dono Dionisio dono Alfonso donna Branca et donna Sancia, do et concedo ad forum vobis Petro [J]uliensi et uxori vestre Marie Johannisi illam vineam quam vos habetis in Loordelo cum ingressibus et regressibus suis quod vos et omnes successores vestri detis inde michi et omnibus successoribus meis quartam partem de vino in salvo in lagari, tali pacto quod non possitis eam vendere nec donare militi nec domine generose nec clero nec ordini nec alicui persone religiose, sed si eam volueritis vendere vel donare, vendatis eam tali homini laboratori vel donetis quod faciat inde michi et omnibus meis successoribus supradictum forum. In cuius rei testimonium mando quod teneatis istam meam cartam. Data Ulixbona, VI die Septembres, Rege mandante.

Johannisi Vincentii notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> VIII.<sup>a</sup>.

[448]

*1270 Setembro 6, Lisboa — Registo da outorga de sete cartas de aforamento de outras tantas vinhas na mesma povoação de Lordelo.*

Item Stephanus Dominici et uxor sua Maria Martini habent similem cartam de alia vinea que jacet in loco supradicto de Loordelo de eadem die et de eadem Era.

Item Stephanus Petri et filii sui habent similem cartam de alia vinea que jacet in loco supradicto de Loordelo de eadem die et de eadem Era.

Item Dominicus Johannis et uxor sua Maria Dominici habent similem cartam de alia vinea que jacet in loco supradicto de Loordelo de eadem die et de eadem Era.

Item donna Dominica et filii sui habent similem cartam de alia vinea que jacet in loco supradicto de Loordelo de eadem die et de eadem Era

49

Item Elvira Pelagii habet similem cartam de alia vinea que jacet in loco supradicto de Loordelo de eadem die et de eadem Era.

Item Durancia Petri et filii sui habent similem cartam de alia vinea que jacet in loco supradicto de Loordelo de eadem die et de eadem Era.

Item Margarita Dominici et filii sui habent similem cartam de alia vinea que jacet in loco supradicto de Loordelo de eadem die et de eadem Era.

[449]

*1270 Setembro 12, Lisboa — Arrendamento ao concelho de Trancoso dos direitos que devia ter nessa vila o rico-homem.*

### **Carta de renda de Trancoso**

Noverint universi presentem litteram inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii arredo vobis concilio de Trancoso dum michi placuerit omnes directos quos meus riqushomo debet habere in ipsa villa de Trancoso pro sexcentis libris quas michi debetis dare in quolibet anno. Videlicet debetis michi dare ducentas libras in festo sancti Michaelis proximo venturo, et alias ducentas libras prima die Februarii proximo subsequenti, et alias ducentas libras prima die Junii. Et sic in quolibet anno debetis michi dare predictas sexcentas libras in terminis supradictis sicut superius est expressum. Et vos debetis michi dare militem generosum quandocumque michi placuerit qui michi faciat menagium de ipso meo castello de Trancoso, et vos debetis ipsum militem pagare pro tenencia de ipso castello. In cuius rei testimonium do vobis istam meam cartam cum meo sigillo sigillatam. Data Ulixbona, XII die Septembbris, Rege mandante.

Dominicus Vincentii scripsit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> VIII.<sup>a</sup>.

1270 Setembro 16, Lisboa — Renovação da carta de foral outorgada por D. Sancho I aos povoadores de Sauto.

### **Carta renovationis de foro de Sauto**

Noverint universi presentem cartam inspecturi quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii vidi unam cartam quam michi populatores de Sauto mandaverunt monstrare de foro quod illis avus meus Rex donnus Sancius bone memorie sibi dedit et mandaverunt michi petere pro gracia et mercede quod illis ipsam litteram facerem renovare quia ipsa littera propter sui vetustatem consumebatur et timebant nec totaliter dampnaretur. Et ego, zelo justicie a pietate ductus, ipsam litteram feci prefactis populatoribus renovare. Cujus carte tenor talis est<sup>251</sup>:

In dei nomine. Hec est carta de foro quam jussi fieri ego Sancius dei gratia Portugalensis Rex una cum filio meo Rege donno Alfonso, et cum aliis filiis et filiabus meis, vobis tribus populatoribus de Saucto presentibus et futuris, scilicet ut detis nobis septem modios et duos quartarios de pane medietatem de milio et medietatem de centeno per taeygam directam, et tres spadoas, et sex fogacias unaquaque earum de tribus almudes et tres gallinas cum triginta ovis et de collecta duos carneyros et tres fogacias. Et concedimus vobis et cunctis successoribus vestris ut nunquam habeatis maiordomum super vos et ut nunquam pectetis nisi tres calumpnias, furtum, rausum et omicidium, et debent esse per bonos homines. Et debet esse furtum pro uno novem, et omicidio decem marabitinos, et pro rauso decem marabitinos, et de istis marabitinis concilium debet habere medietatem. Et non debetis ire in fossato nisi citra Dorium ubi ego fuero. Et illos tres marabitinos debetis dare per tres partes anni. Et meus vasallus qui tenuerit terram super vos nunquam pauset in villa vestra. Et vos nunquam pectetis aliam calumpniam neque faciat aliud forum nisi quantum jacet in ista carta. Quicumque igitur hoc vestrum factum vobis integrum observaverit sit benedictus a deo. Et quicumque illud vobis infregerit ira dei veniat super eum. *[fl. 104]* Facta fuit hec carta in Covelliana, mense Agusti, Era M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> X.<sup>a</sup> V.<sup>a</sup>, agno Regni nostri XXI.<sup>o</sup>.

Nos Reges hanc cartam fieri precepimus coram subscriptis eam roboramus. Gunsalvus Menendiz maiordomus curie, Martinus Fernandi signifer domini Regis, Laurencius Suerii, Rodericus Menendiz, Laurencius Venegas confirmat.

Martinus Bracharensis archiepiscopus, Martinus Portugalensis episcopus, Petrus Lamecensis episcopus, Nicolaus Visensis episcopus, Petrus Columbriensis episcopus.

Petrus Gomez, Johannes Gunsalviz, testes. Petrus Nuniz, Rodericus Petri, testes.

Julianus cancellarius Regis.

---

<sup>251</sup> Desde *cujus* escrito na margem direita.

In cuius rei testimonium dedi eisdem populatoribus istam meam cartam meo sigillo sigillatam. Data Ulixbona, XVI die Septembris, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno maiordomum suum et per cancellarium et per alios de consilio suo.

Johannes Vincentii notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> VIII.<sup>a</sup>.

51

[451]

1270 Outubro 7, Lisboa — Aforamento de um casal em Gomiei (fr. Ribafeita, c. Viseu) a Domingos Peres e sua mulher Sancha Domingues.

### **Carta de foro casalis de Moreyra quod jacet in Gumeey**

Noverint universi presentem cartam inspecturi quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii una cum uxore mea Regina donna Beatrice, Illustris Regis Castelle et Legionis filia, et filiis et filiabus nostris, Infantibus dono Dionisio, dono Alfonso, donna Blanca et donna Sancia, do et concedo vobis Dominico Petri et uxori vestre Sancie Dominici et successoribus vestris ad forum unum meum casale, quod est in Gumeey quod vocatur de Moreyra, in judicatu de Viseo. Videlicet quod vos et successores vestri debetis populare et plantare et eidificare ipsum casale et debetis inde dare michi et omnibus successoribus meis annuatim sextam partem de pane et de vino et de lino et pro eiradiga octo alqueires de pane in quantum ibi non habueritis vineam in ipso casali, et postquam ibi habueritis vineam debetis dare michi et successoribus meis predictam eyradigam, scilicet medietatem in pane et medietatem in vino. Et debetis michi et omnibus successoribus meis annuatim pro festo Natalis domini unum corazil et unum caponem et quinque ova et pro fogacia unum almude de pane, et pro festo sancti Johannis unum franghom, et pro Januario debetis dare vitam maiordomo, et vos nec successores vestri non debetis vendere nec donare nec cambiare nec at testamentare nec helemosinare nec alienare aliquo modo predictum casale ordini nec militi nec clero nec scutifero nec domine generose nec alicui persone alii religiose, sed si illud vendere vel donare volueritis vendatis vel donetis illud tali homini qui michi et successoribus meis inde faciat complete supradictum forum. Et non debetis creare in dicto casali filium nec filiam militis nec scutiferi nec alicujus potentis. In cuius rei testimonium dedi inde eisdem Dominico Petri et Sancie Dominici istam meam cartam. Data Ulixbona, VII.<sup>a</sup> die Octobris, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno maiordomum suum et per Alfonsum Suerii superjudicem.

Johannes Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> VIII.<sup>a</sup>.

[452]

*1270 Novembro 17, Lisboa — Aforamento de uma coutrela de herdade junto a Caldas e de duas outras em Agrelos (fr. Caldas de Vizela, c. Guimarães) a Estêvão Martins.*

### **Karta de foro de quairela de Caldas de Azavural**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii una cum uxore mea Regina donna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia et filiis et filiabus nostris Infantibus donno Dionisio donno Alfonso et donna Branca et donna Sancia, do et concedo ad forum vobis Stephano Martini illam quayrelam quam ego habeo de hereditate circa Caldas in loco qui dicitur Azavural, et aliam quam habeo in loco qui dicitur Sobrado, et alias duas quayrelas que jacent in loco qui dicitur Agrelos, et aliam quayrelam que jacet in loco qui dicitur Barro cum ingressibus et regressibus suis quod vos laboretis eas bene, et vos et omnes successores vestri detis inde michi et omnibus successoribus meis quartam partem de pane et de vino in salvo, et detis inde pro directuris michi et omnibus successoribus meis pro festo Nathalis domini unum caponem et decem ova. Tali pacto quod non possitis eas vendere nec donare militi nec domine generose, nec clero nec ordini nec alicui persone religiose, sed si vos volueritis eas vendere vel donare, vendatis vel donetis tali homini laboratori qui det inde michi et omnibus successoribus meis supradictum forum. In cuius rei testimonium mando quod teneatis inde istam cartam. Data Ulixbona, XVII die Novembris, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno maiordomum suum et per cancellarium et per Alfonsum Suerii superjudicem.

Petrus Pelagii notavit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> VIII.<sup>a</sup>.

[453]

*1270 Novembro 26, Lisboa — Carta ao almoxarife e escrivães de Lisboa para darem a D. Vivaldo, em préstamo, as casas que foram de D. German.*

### **Carta prestimonii de casis datis donno Vivaldo**

Don Affonso pela graça de deus Rey de Portugal e do Algarve, a vos Pedro Fernandiz meu almoxarife e aos meus escrivaes de Lixboa saude. Mando vos que dedes a don Vivaldo as mhas casas que foron de don German que estan a par dos Cambos que as tena em prestamo de mi en sa vida. Unde al non façades. Dada em Lixbona, XXVI die de Novembro, El Rey o mandou.

Pedro Perez a fez. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> VIII.<sup>a</sup>.

1270 Dezembro 30, Lisboa — Carta de foral de Cidadelha (fr. Vila Pouca de Aguiar, c. Vila Pouca de Aguiar).

### **Carta de foro de Cividadelya**

Noverint universi quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii, una cum uxore mea Regina donna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia et filiis et filiabus nostris Infantibus donno Dionisio, donno Alfonso, donna Blanca et donna Sancia, facio cartam de foro perpetue firmitudinis vobis populatoribus de Cividadelya de toto meo regalengo quod habeo in ipsa villa et in suis terminis quomodo dividitur de una parte cum termino de Jugal deinde ad Calvos deinde cum Nuzedo per Fonthon quomodo vertit aquam contra Petram *[fl. 104v]* Acutam deinde ad foz de Matados et vadit ad penedum de Armada, et vadit directe donec ferit in penetum de Cima de Rabo de Bove et quomodo partitur cum Cabanis et tornat se ad illum locum ubi fuit primitus incoactum. Do et concedo vobis et omnibus successoribus vestris predictum regalengum de Cividadelya quod ibi habeo infra terminos predictos cum omnibus juribus et pertinenciis suis et cum omnibus ingressibus et regressibus, pascuis, montibus, fontibus et aliis aquis suis salvo jure alieno si quod est infra terminos supradictos talibus conditionibus et pactis videlicet quod vos vel successores vestri recipiatis anuatim maiordomum meum ad recipiendum omnia jura mea et faciatis ibi duodecim casalia et detis michi et omnibus successoribus meis anuatim de illis hereditatibus modo ruptis et que ante fuerunt rupte quartam partem de omnibus rebus que deus ibi dederit, exceptis vercas pro ad vestrum comedere. Et de illis hereditatibus quas de cetero de novo rumperetis detis inde michi et omnibus successoribus meis sextam partem in salvo, et pro eyradiga singulos sexteyros de pane de quolibet casali, et singulas spatulas de porco cum singulis gallinis, et cum decem decem ovis. Similiter de quolibet casali in die sancti Stephani mensis Decembbris cum duobus duobus panibus centenis quales eos feceritis in domibus vestris in Condado. Et in mense Maii duos carnarios de singulis annis cum duodecim panibus centenis quales similiter feceritis in domibus vestris. Detis eciam michi vel successoribus meis duodecim marabitinos anuatim ad tercias anni. Et quicumque vestrum vel successorum vestrorum decesserit in aliquo de dictis casalibus det pro luytosa unum marabitinum tantum. Debetis eciam michi vel successoribus meis pectare tres calumpnias tantum, scilicet homicidium rausum et stercus in ore si eas feceritis, et que istarum fuerit probata per testes bonorum hominum, et pectetis pro ea decem marabitinos, ita quod ego vel successores mei habeant medietatem ipsorum marabitinos et vos populatores aliam medietatem. Et quis vestrum

furtum fecerit eum novies componatur. Et nunquam respondeatis de achaque nec detis offritionem nec filient vobis conduytum nec eatis ad castellum nec ad exercitum nec ad torviscadam, nec ad fossadum nisi cum corpore Regis, dum fuerit inter Dorium et Minium. Et ipse maiordomus saquet ipsum panem de casis vestris usque ad festum sancti Michaelis de Septembro. Et rius homo vel prestamarius de ipsa terra non pauset in ipsum regalengum nec maiordomus qui vobis forciam faciant neque tortum. Et vos non habeatis potestatem vendendi donandi pignorandi canbiandi emplazandi nec aliquo alio modo alienandi predictum meum regalengum vel aliquam partem ipsius cum aliqua persona nobili vel religiosa aut ecclesiastica nisi cum tali persona que sit talis conditionis qualis vos estis que compleat et faciat michi et omnibus successoribus meis supradictum forum. Habeatis igitur vos et omnes successores vestri predictum regalengum de Cividadelya cum omnibus juribus terminis et pertinenciis suis ut supradictum est in perpetuum sub conditionibus suprascriptis. In cuius rei testimonium dedi inde istam cartam eisdem populatoribus de Cividadelya. Data Ulixbona, III.<sup>o</sup> Kalendas Januarii, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno maiordomum suum et per donnum Stephanum Johannis suum cancellarium et per Alfonsum Suerii suum superjudicem.

Petrus Pelagii notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> VIII.<sup>a</sup>.

[455]

*1271 Janeiro 15, Lisboa — Carta de foro de um monte ermo em Padrão (fr. Sistelo, c. Arcos de Valdevez) a seis povoadores, para aí fazerem seis casais e povoarem e lavrarem.*

### **Karta de foro de Monte de Leboreiro quod vocatur Padron**

Noverint universi presentem cartam inspecturi quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii una cum uxore mea Regina donna Beatrice, Illustris Regis Castelle et Legionis filia et filiis et filiabus nostris Infantibus dono Dionisio, dono Alfonso, donna Blanca, donna Sancia, do et concedo ad forum vobis Laurencio Johannis de Sistelo, Fernando Pelagii dicto Ribeyro, Johanni Fernandi de Sistelo, Johanni Petri dicto Calvo, Martino Petri dicto Ferron et Petro Roderici, et uxoribus vestris et omnibus vestris successoribus, illum meum montem ermu qui est in loco qui vocatur Padron qui est in monte qui dicitur Leboreyro quem montem modo vultis populare de foco mortuo. Do inquam et concedo vobis eum tali pacto quod faciatis ibi sex casalia et populetis ea et laboretis ea et detis inde michi et meis successoribus omnibus annuatim octavam partem de pane et quod detis pro die sancti Johannis Bapte de quolibet casali

55

duas libras de cera, et si forte aliquis vestrum exiverit de casali per suum gratum debet michi dare duos marabitinos et recedere cum suo habere toto, et si voluerit reverti ad suum herdamentum revertatur ad illud. Et si forte venerit guerra inter meum Regnum et regnum Legionis ita quod non possitis ibi vivere, recedatis cum toto vestro, et quando pax fuerit in terra, revertamini ad casalia. Ego non debeo perdere meos foros nec vos ipsa casalia, quamvis ibi non habitetis et quando porcum montes mactaveritis debetis inde michi dare spatulam et non debetis alios foros dare nec pectare voces nec calumpnias nec ire ad anudubam, sed tamen debetis pectare homicidium et rausum et furtum et stercus in ore, sicut est custume de terra, et non debetis habere alium dominum, ergo me, nec debetis dare luytosam nec aliam particionem. Et vos debetis dare ecclesie mee sancte Marie de Crasto de Leboreyro decimas quas debetis dare deo. Termini vero supradicti montis quem vobis do ad forum, sunt isti: scilicet in primo per aquam de regueyro de Çerdeyra et deinde ad Curale de Cuco, et deinde per Amosas et deinde per Mozon de Martino, et deinde per aquam de Aguieyras, et deinde<sup>252</sup> sicut dividit per cautum de Sistelo et vadit ferire in aqua de Vez. In cuius rei testimonium do vobis istam meam cartam. Data Ulixbona, XV die Januarii, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum et per donnum Stephanum Johannis cancellarium et per Alfonsum Suerii superjudicem.

Jacobus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> IX.<sup>a</sup>.

[456]

1271 Janeiro 28, Lisboa — Doação da vila de Pedrógão a D. Leonor Afonso, bastarda régia, mulher de D. Estêvão Anes de Sousa.

**[fl. 105] Carta donationis de Pedrogano facte donne Aleonor**

Noverint universi presentem cartam inspecturi quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii, una cum uxore mea Regina donna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia et filiis et filiabus nostris Infantibus donno Dionisio donno Alfonso donna Blanca donna Sancia, do et concedo vobis donne Aleonor Alfonsi mee filie uxori donni Stephanii Johannis et filiis et filiabus et nepotibus vestris quos vel quas legitimos vel legitimas habueritis et omnibus illis qui de vobis recta linea legitimate descenderint, villam meam que vocatur Pedroganum cum suis terminis et cum suis pertinenciis et cum omnibus juribus meis que ego in ipsa villa et in suis terminis habeo et habere debeo per directum. Ita tamen

---

<sup>252</sup> Segue-se um primeiro *sicut* sopontado.

quod si vos donna Aleonor Alfonsi decesseritis sine filio vel filia vel sine filiis vel filiabus, vel sine nepote vel nepotibus legitimo vel legitima vel legitimis vel sine aliquibus qui de vobis recta linea legitime descendant, quod predicta villa de Pedrogano cum suis terminis et cum suis pertinenciis et cum omnibus suis juribus tam spiritualibus quam temporalibus ad me vel ad successores meos qui post me regnaverint in Regno Portugalie plene et libere revertatur. Si quis igitur hanc donationem meam integrum servaverit, benedictionibus dei et mei repleatur. Qui vero illam frangere voluerit, maledictionibus dei et mei habeat in eternum. Et ut hec donatio in dubium non vertatur, do vobis donne Aleonor Alfonsi istam meam cartam meo sigillo plumbeo sigillatam. Data Ulixbona, V.<sup>o</sup> Kalendas Februarii, Rege mandante, Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> IX.<sup>a</sup>.

Donnus Gonsalvus Garsie alferaz tenens Nevyam, donnus Johannes de Avoyno maiordomus tenens terram de Ultra Tagum, donnus Alfonsus Lupi tenens terram de Ripa Minii, donnus Didacus Lupi tenens terram de Lameco, donnus Petrus Johannis de Portel tenens Leyrenam et Sintriam, donnus Menendus Roderici tenens Mayam, donnus Petrus Johannis tenens terram de Trasserram, confirmant.

Rodericus Garsie de Pavya, Johannes Suerii Conelius, Fernandus Fernandi Cogominus, Petrus Martini Casaval, testes.

Donnus Martinus archiepiscopus Bracarensis, donnus Vincencius episcopus Portugalensis, donnus Dominicus electus Lamecensis, donnus Valascus episcopus Egitaniensis, donnus Matheus episcopus Ulixbonensis, confirmant, ecclesia Visensis, ecclesia Columbriensis, vacant, donnus Durandus Elborensis episcopus, donnus Bartholomeus Silvensis episcopus, confirmant.

Alfonsus Suerii, Rodericus Gomeci, superjudices confirmant. Magister Thomas thesaurarius Bracarensis, Magister Petrus phisicus, Petrus Johannis magister scolarum Silvensis, confirmant.

Donnus Stephanus Johannis cancellarius curie confirmat, Jacobus Johannis notarius curie notuit.

[457]

*1271 Fevereiro 7, Lisboa — Doação à igreja de Unhos (fr., c. Loures) das dízimas dos frutos de várias matas, bem como das dízimas dos direitos do reguengo de Frielas, de Unhos e de Sacavém (c. Loures).*

### **Carta donationis decimarum persolvendarum ecclesie de Vinis**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii una cum uxore mea Regina donna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia et filiis et filiabus nostris Infantibus dono

Dionisio, donno Alfonso, donna Blanca, donna Sancia, mando et concedo quod ecclesia mea sancti Silvestri de Vinis habeat in perpetuum omnes decimas que debuerint deo dari, de omnibus fructibus quos deus dederit in illis meis matis que vocantur Spinal et Aleom et Pinarium et Alfundom et Aldeguas quandocumque ipse mate fuerint laborate. Et mando meo almoxariffo Ulixbone et illis qui debuerint videre et procurare res meas et meos directos de meo regalengo de Frenelis et de Vinis et de Sacavem quod faciant dari et bene parare jam dicte ecclesie decimas supra dictas. Et hoc facio ecclesie supradicte ad honorem dei et sancte Marie matris ejus et beati sancti Silvestri, et in remedio peccatorum meorum et parentum meorum. In cuius rei testimonium dedi inde istam meam cartam. Petro Johannis magistro scolarum Silvensis clericu meo rectori ecclesie supradicte et omnibus suis successoribus in dicta ecclesia permansuris. Data Ulixbona, VII.<sup>a</sup> die Februarii, Rege mandante per Fernandum Fernandi Cogominum.

Jacobus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> IX.<sup>a</sup>.

[458]

*1271 Fevereiro 13, Lisboa —Carta de foro da pôvoa de Anobra (c. Condeixa-a-Nova) aos seus povoadores.*

### **Carta de foro de popula de Anovra de termino Colimbrie**

Noverint universi presentem cartam inspecturi quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii una cum uxore mea Regina donna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia et filiis et filiabus nostris Infantibus dono Dionisio, donno Alfonso donna Blanca donna Sancia, do et concedo vobis populatoribus de mea popula de Anovra de termino Colimbrie ipsam populam et paludem de ipso loco ad forum tali pacto quod rumpatis ipsum poludem et populetis ibi et detis inde michi et omnibus meis successoribus annuatim terciam partem de pane quod vobis deus dederit in varzena septimam partem de illo pane quem deus vobis dederit in hereditatibus de monte et quod faciatis inde michi et omnibus meis successoribus omnes alias foros sicut michi eos faciunt in Pereyra de termino Colimbrie salvo tamen et retineo michi et omnibus meis successoribus jus patronatus ecclesie seu ecclesiarum ibidem construende seu construendarum et vos non debetis hereditates de ipso loco vendere nec donare nec elemosinare nec attestare nec cambiare nec aliquo modo alienari ordini nec clerico nec domine generose nec militi nec scutifero nec alicui persone religiose, sed si eas volueritis vendere vel donare vendatis vel donetis eas talibus hominibus qui faciunt inde michi et omnibus meis successoribus plene foros

supradictos. In cuius rey testimonium do vobis istam cartam. Data Ulixbona,  
XIII.<sup>a</sup> die Februarii, Rege mandante per donnum Stephanum Johannis suum  
cancellarium.

58 Jacobus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> IX.<sup>a</sup>.

[459]

1271 Março 5, Lisboa — Aforamento de três casais em Gestosa (fr. Dornelas, c.  
Boticas) a três foreiros e respectivas mulheres.

### **Carta de foro de tribus casalibus de Geestosa in termino de Barroso**

In dei nomine amen. Noverint universi presentem litteram inspecturi, quod  
ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii una cum uxore mea Regina  
donna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia et filiis et filiabus nostris  
Infantibus donno Dionisio donno Alfonso donna Blanca et donna Sancia, facio  
cartam de foro vobis Gonsalvo Petri et [fl. 105v] uxori vestre Marie Petri, et  
Johanni Petri et uxori vestre Marie Fernandi, et Pelagio Gunsalvi et uxori vestre  
Marie Geraldii, de meis tribus casalibus que habeo in termino de Barroso in loco  
qui dicitur Geestosa, tali pacto quod vos populetis ipsa casalia, et detis inde de  
quolibet casali quintam partem de omni fructu quod habueritis in dictis casalibus,  
michi et successoribus meis, exceptis oleribus quod feceritis pro ad expensas  
vestras, et exceptis nutrimentis animalium. Et detis de quolibet casali pro  
directuris unum bracale pro festo Pascatis annuatim, et detis eyradigam et  
rendam et homicidia si ea feceritis et omnes alias foros per usum et forum ipsius  
terre, et recipiatis et vocetis meum maiordomum ad omnes meos directos. Et  
habeatis ipsa casalia, vos et posteritas vestra pro ad semper, et faciatis inde michi  
et omnibus successoribus meis supradictum forum annuatim. Et non vendatis  
nec donetis nec testetis nec helemosinetis supradicta casalia nec aliquam partem  
eorum militibus nec ordinibus nec ecclesiis, nisi talibus hominibus qui michi et  
omnibus successoribus meis forum faciant supradictum. Data Ulixbona, V.<sup>a</sup> die  
Marcii, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum,  
per donnum Stephanum Johannis cancellarium et per Alfonsum Suerii  
superjudicem.

Martinus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> IX.<sup>a</sup>.

[460]

1271 Março 5, Lisboa — Aforamento de um casal em Viveiro (fr. Covas de Barroso, c. Boticas) a Pedro Gomes e sua mulher Maria Martins.

59

Item eodem die, loco et Era predictis, dominus Rex dedit cartam de foro Petro Gomeci et uxori sue Marie Martini, de uno suo casali in termino de Barroso loco qui dicitur Viveyro de Fecho sub pactis et conditionibus supradictis contentis in predicta carta proximo annotata que fuit data per eosdem contemptos in dicta carta.

[461]

1271 Março 5, Lisboa — Aforamento de dois terços do reguengo do Castelo de S. Romão (fr. Ucha, c. Barcelos) a Pedro do Rego e sua mulher Maria Fernandes.

**Karta de foro de herdamento de Castello sancti Romani quod fuit Martini Menendi de Cambeses**

Noverint universi presentem litteram inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii una cum uxore mea Regina donna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia et filiis et filiabus nostris Infantibus dono Dionisio, dono Alfonso, donna Blanca et donna Sancia, facio cartam de foro vobis Petro de Rego et uxori vestre Marie Fernandi de duabus terciis de illo meo herdamento de Castello sancti Romani, quod herdamentum habui de Martino Menendi de Cambeses, tali pacto quod vos laboretis vel faciatis laborare bene ipsum herdamentum et detis michi et omnibus successoribus meis annuatim quartam partem de omnibus fructibus quos ibi habueritis et recipiatis et vocetis meum maiordomum ad omnes meos directos. Et habeatis predictas duas tercias predicti herdamenti et omnis posteritas vestra pro ad semper et faciatis inde michi et omnibus successoribus meis annuatim omnia supradicta, et non vendatis nec donetis nec testetis nec helemosinetis ipsum herdamentum vel partem ejus militibus nec ordinibus nec ecclesiis nec crietis aliquem filium vel filiam alicujus filii de algo, nec alienetis michi nec successoribus meis ipsum herdamentum, nec cambietis nec emplazetis illud aliqua ratione nisi cum talibus hominibus qui michi et successoribus meis faciant omnia que superius sunt divisa. Data Ulixbona, V.<sup>a</sup> die Marcii, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum et per Stephanum Johannis cancellarium et per Alfonsum Suerii superjudicem.

Martinus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> nona.

[462]

*1271 Março 5, Lisboa — Registo da outorga do aforamento da terça parte do reguengo do Castelo de S. Romão (fr. Ucha, c. Barcelos) a Martim Miguéis e sua mulher Estevainha Martins.*

Item eodem die, loco et Era predictis, dedit dominus Rex cartam de foro Martino Michaelis et uxori sue Stephanie Martini de tercia parte sui regalensi de Castello sancti Romani quod habuit de Martini Menendi de Cambeses, sub pactis et conditionibus supra scriptis contentis in carta superius proximo annotata que fuit data per eosdem contentos in predicta carta.

[463]

*1271 Março 16, Lisboa — Aforamento de um casal na freguesia de Ardegão (c. Fafe) a Pedro Garcia e sua mulher Aviziboa Peres.*

### **Carta de foro casalis de Ardegam**

In dei nomine amen. Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii una cum uxore mea Regina donna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia et filiis et filiabus nostris Infantibus donno Dionisio, donno Alfonso, donna Blanca et donna Sancia, facio cartam de foro vobis Petro Garsie et uxori vestre Avizibone Petri de illo meo casali quod habeo in parrochia sancte Marine de Ardegam, tali pacto quod vos et uxor vestra populetis ipsum casale, et de omnibus fructibus, panis, vini et leguminis quod ibi habueritis, detis michi et omnibus successoribus meis annuatim terciam partem et medietatem lini et pro directuris ipsius casalis unum marabitinum et unum caponem et decem ova et unum anserem annuatim, pro festo Pasce, et detis eyradigam et luytosam et pectetis vocem, calumpniam et homicidium, secundum forum de terra de Celorico de Basto, si ea feceritis. Et recipiatis meum maiordomum et vocetis illum ad omnes meos directos. Et habeatis vos ambo et omnis posteritas vestra pro ad semper predictum casale, cum omnibus suis directis et pertinenciis, et faciatis inde michi et omnibus successoribus meis omnia supradicta. Et non vendatis nec donetis nec atestetis nec helemosinetis nec cambietis nec emplazetis nec aliquo modo alienetis in toto vel in parte dictum casale militibus nec ordinibus nec ecclesiis, nisi talibus hominibus qui michi et omnibus successoribus meis faciant omnia que superius sunt divisa, nec crietis ibi filium nec filiam alicujus filii vel filie de algo nec alicujus potentis. Data Ulixbona, XVI die Marcii, Rege mandante.

Martinus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> IX.<sup>a</sup>.

1271 Março 14, Lisboa — Arrendamento aos juizes e concelho de Ranhados da vila de Ranhados e Fonte Arcada (c. Viseu).

### **Carta de renda de Ragnados et de Fontarcadina**

In dei nomine amen. Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii una cum uxore mea Regina donna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia et filiis et filiabus nostris Infantibus donno Dionisio, donno Alfonso, donna Blanca et donna Sancia, facio cartam de foro vobis judicibus et concilio de Ragnados. Do et concedo vobis ipsam meam *fl. 106* villam de Ragnados et Fontarcadinam cum pertinenciis et omnibus terminis suis, tali pacto quod detis michi et omnibus meis successoribus annuatim quatuorcentas libras pro omnibus vocibus et calumpniis et pro omnibus meis directis de ipsa terra, que vobis quito pro ipsis quatuorcentis libris exceptis inde meis collectis et mea moneta et anuduva et oste et jure patronatus ecclesiarum in ipsa villa constructarum et omnium ecclesiarum in Ragnados et in Fontarcadina et in suis terminis construendarum que retineo michi et omnibus meis successoribus et mando et concedo quod ricushomo nec prestamarius nec pretor non pauset ibi vobiscum, et si forte acciderit quod veniant vel vadant per Ragnados aut per Fontarcadinam, comedant de suis denariis et non faciant ibi malefactorias et vos debetis persolvere dictas quatuorcentas libras scilicet unam terciam pro prima die Madii et aliam terciam pro prima die Septembris, et aliam terciam pro prima die Januarii, et si predictas quatuorcentas libras sic ad terminos predictos non persolveritis, debetis post unumquemque terminum pagare de pena cotidie unam libram quounque paguetis terciam de predictis quatuorcentis libris, quam tunc debueritis pagare. Et ille qui tenuerit terram de vos pro dictis libris et pro pena pignorare in quanto vobis invenerit. Data Ulixbona, XIIIII die Marcii, Rege mandante.

Martinus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> VIII.<sup>a</sup>.

*1270 Dezembro 24, Lisboa — Carta ao meirinho-mor, informando que revogou a carta em que mandara levantar a proibição aos cavaleiros de Moreira de pousarem na igreja de Borba de Godim (c. Felgueiras).*

**Carta ecclesie de Borva de Godim de judicio dato contra milites de Moreira.**

Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii, vobis donno Nuno Martini meo meirino maiori vel illi qui in loco vestro fuerit salutem. Sciatis quod Johannes Moreyra et Gonsalvus Roderici de Moreyra milites venerunt ad me et gaanaverunt de me unam cartam cuius tenor talis est:

“Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii, vobis Nuno Martini meo meirino maiori salutem. Sciatis quod Johannes Moreyra et Gonsalvus Roderici de Moreyra milites dixerunt michi quod vos pro unam meam cartam quam de me gaanavit Martinus Johannis rector ecclesie sancti Michaelis de Borva de Godim ut non debuerat deffendistis eis quod non pausarent in ipsa ecclesia de Borva nec usarent de ea sicut hatenus de ipsa ecclesia usaverunt ut ipsi dicunt. Unde mando vobis quod vos alçetis eis illam deffensam quam vos eis in ipsa ecclesia posuistis quia ego alço eam sibi, et dimittatis ipsos milites interea usare de ipsa ecclesia sicut usque modo usaverit. Et si forte rector ipsius ecclesie ad hoc conquestus fuerit et voluerit venire ad me super hoc, detis ipsis militibus et rectori prazum de tribus novem diebus ad quod veniant perante me. Et ego audiam ambas partes, et dabo unicuique suum directum, et vos mandetis michi dicere diem in qua perante me debuerint comparere. Unde aliud non faciatis. Et mando quod dicti milites teneant istam cartam. Data Ulixbona, XVIII die Octobris, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum et per donnum Didacum Lupi et per Rodericum Garsie de Pavya et per Johannem Suerii Conelium et per Petrum Martini Petarinum et per Petrum Johannis magistrum scolarum Silvensem, et per Alfonsum Suerii et per Rodericum Gomecii superjudices.

Silvester Martini fecit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> VIII.<sup>a</sup>.”

Et quia dictus rector aggravavit se de hoc proinde quod dicti milites non vocaverunt ipsum sicut consuverant antea ad directum sicut michi dicere mandavistis vos assignastis eisdem militibus et rectori terminum, scilicet sextam decimam diem Decembbris proximo preteriti in qua perante me comparerent, ad quam diem dictus Johannes Moreyra per se et nomine procuratorio pro Gonsalvo Roderici cum sua sufficienti procuratione ex una parte et Martinus Johannis rector predicte ecclesie de Borva ex altera venerunt perante me super contendit que erat inter illos super illa carta quam dictus rector de me gaanaverat et super predicta

63

mea carta quam dicti milites de me gaanaverant<sup>253</sup> et super eo quod factum fuerat dicto rectori et ecclesie per eadem et ego auditis super utraque carta rationibus dicti rectoris et dictorum militum per Alfonsum Johannis militem quam dictus Johannes Moreyra pro se et pro dicto Gonsalvo Roderici cuius procurator erat fecit suum sufficientem procuratorem perante me, inveni quod predicta carta dictorum militum non fuerat de me prout debuerat gaanata, et proinde judicavi et judico ipsam meam cartam non valere et revocavi et revoco eandem cartam, et omnia illa que facta sunt et fuerunt dicto rectori et ecclesie supradicte ratione predicte mee carte, et torno predictos prelatum et ecclesiam et suam cartam ad illum statum, in quo erant tunc quando predicti milites de me gaanaverunt predictam meam cartam. Et mando vobis quod non sustineatis quod predicti milites faciant eidem prelato nec supradicte ecclesie malum nec forciam neque tortum contra suam cartam quam dictus rector de me gaanavit quia judico illam pro bona. Unde aliter non faciatis, sin autem tornabo me proinde ad vos. Et mando quod dictus Martinus Johannis aut aliquis pro eo teneat istam cartam. Data Ulixbona, IX.<sup>o</sup> Kalendas Januarii, Rege mandante per magistrum Thomam thesaurarium Bracarensim et per Alfonsum Suerii superjudicem et per Petrum Johannis magistrum scolarum Silvensem et per Stephanum Petri de Ratis canonicum Bracarensi.

Petrus Pelagii notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> VIII.<sup>a</sup>.

[466]

*1250 Fevereiro, Faro — Doação do castelo de Porches (c. Lagoa) ao chanceler Estêvão Anes.*

### **Carta cancellarii de castello de Porches**

In christi nomine et ejus gratia. Quia labilis est hominum memoria, ne laberentur cum tempore gesta mortalium, divina gratia providit humano generi, ut ad posteros facta preterita possent tamquam presencia scripture testimonio reservari, hinc est quod nos Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Comes Bolonie considerantes illos esse remuneratione dignos quos labor assiduus et devota sollicitudo, in nostro servicio et digna merita faciunt graciosos. Damus et concedimus vobis dono Stephano Johannis nostro cancellario castrum de Porches in Algarbio, cum omnibus terminis et pertinenciis susi, novis et antiquis, ruptis et non ruptis, quos habuit vel habere debuit, quando erat in sarracenica potestate, et cum montibus, fontibus, pascuis, agris, pratis, ingressibus, egressibus, vineis,

---

<sup>253</sup> No texto: *gaanavit*.

ficulneis, olivetis, et cum tota piscaria que est in littore maris in *[fl. 106v]* terminis dicti castri, tam maris quam aque dulcis, et cum jure patronatus ecclesie seu ecclesiarum que in ipso castro vel ejus terminis edificari contigerit, per quoscumque salvis nobis pecegio, baleatione, auri, argenti, mineris et excusis. Damus inquam vobis et concedimus pro ut dictum est illud castrum liberum, quitum et abrasum ab omni jure et servicio regali, et ab omni tributo et exactione seu petito, et ab omni servili negocio et officio, ita quod nullum forum de cetero de illo castro vel nostris successoribus vos vel vestri successores vel homines vestri qui in eo populaverint faciatis. Sed illud castrum habeatis et possideatis libere, quiete, pacifice, jure hereditario in perpetuum possidendum. Et faciatis vos et successores vestri de eo tamquam de propria hereditate quicquid vestre placuerit voluntati cunctis temporibus seculorum. Si quis autem tam de nostris quam de extraneis contra istam nostram donationem ausu temerario venire attemptaverit, non sit ei licitum, et insuper iram dei et maledictionem nostram in perpetuum incurrat et pro sola temptatione dampnum et expensas in duplo componat. Hac nostra nichilominus donatione in suo robore perdurante. Et ut ista nostra donatio perpetuum et firmum robur obtineat, presentem donationis cartam vobis inde fieri fecimus nostri sigilli munimine roboratum.

Qui presentes fuerunt et audierunt: donnus Martinus Fernandi magister de Avis et donnus Johannes Garsie prior Hospitalis in Portugalie, donnus Gonsalvus Petri comendator Uclensis ordinis in Portugalie, Rodericus Martini comendator de Tavara, Johannes Suerii archidiaconus Calagurritanus, donnus Matheus capellanus noster, Johannes de Avoyno subsignifer noster, Menendus Suerii de Merloo, Johannes Suerii dictus Coelo, Egeas Laurencii de Cunia, Vincentius Didaci superjudex noster. Actum fuit hoc apud sanctam Mariam de Faaron, mense Februario, sub Era M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> LXXX.<sup>a</sup> VIII.<sup>a</sup>.

[467]

*1250 Agosto 4, Coimbra — Doação de todo o herdamento que fora do mouro Abozaale e de sua mulher Zaforona, em Faro e em todo o Algarve, ao chanceler Estêvão Anes, em troca dos bons serviços prestados.*

**Karta de hereditate cancellarii de sancta Maria de Faaron que fuit de Abozaly mauro**

In christi nomine et ejus gratia. Ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Comes Bolonie considero illos esse remuneratione dignos quos labor assiduus et frequens solicitude reddunt in meis serviciis graciosos. Hinc est quod ego do et concedo vobis Stephano Johannis dilecto et fideli meo cancellario pro multo bono

et fidelis servicio quod michi fecistis totum hereditamentum quod Abozaale maurus et Zaforona maura mulier sua habebant in sancta Maria de Faaron et in toto Algarbio, scilicet domos et vineas et almoynal et oliveta et ficalneta et salinas sive marinas et omnes hereditates et possessiones, cum omnibus terminis et juribus et pertinenciis suis, et cum omnibus ingressibus et egressibus suis. Ut vos et omnis posteritas vestra habeatis et possideatis omnia supradicta pacifice et quiete jure hereditario in perpetuum possidenda, et quod vendatis et ordinatis et deliberetis vos et omnis posteritas vestra de ipsis omnibus supradictis pro ut vestre placuerit voluntati cunctis temporibus seculorum. Et quicumque istam meam donationem plene et integre observaverit habeat benedictionem dei et meam et omnium predecessorum meorum. Et quicumque ausu temerario quod deus avertat contra eam venire attemptaverit, non sit ei licitum, et pro sola temptatione pectet michi vel successoribus meis mille marabitinos, et insuper incurrat maledictionem dei et meam et beate virginis Marie et omnium progenitorum meorum. Donatione ista nichilominus in suo robore in perpetuum valitura. Et ut ista mea donatio firmum et perpetuum robur optineat, presentem cartam apertam vobis Stephano Johannis meo cancellario precepi fieri et mei sigilli munimine communiri. Data apud Colimbriam, Rege mandante, quarto die Augusti, Era M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> LXXX.<sup>a</sup> VIII.<sup>a</sup>.

Donnus Johannes Alfonsi signifer curie et tenens Ripam de Minio confirmat, donnus Menendus Garsie tenens terram de Pannoniis confirmat, donnus Johannes Garsie tenens terram de Lameco confirmat, donnus Alfonsus Teliz tenens terram de Viseo confirmat, donnus Gunsalvus Garsie tenens terram de Barroso confirmat, donnus Fernandus Garsie tenens terram de Maya confirmat, donnus Alfonsus Lupiz tenens terram de Bragancia confirmat, donnus Fernandus Lupiz tenens terram de Sena confirmat, donnus Egidius Martini tenens Penelam confirmat.

Donnus Johannes archiepiscopus Bracarensis confirmat, donnus Julianus episcopus Portugalensis confirmat, donnus Egeas episcopus Colim briensis confirmat, donnus Arias episcopus Ulixbonensis confirmat, donnus Rodericus episcopus Egitaniensis confirmat, donnus Egas episcopus Lamecensis confirmat, donnus Petrus episcopus Visensis confirmat, donnus Martinus episcopus Elboensis confirmat.

Johannes Petri de Avoyno testis, Menendus Suerii de Merloo testis, Johannes Suerii dictus Conelio testis, Stephanus Petri de Taavares tunc temporis pretor de sancta Maria de Faaron testis, Matheus Martini capellanus Regis testis, Johannes Suerii archidiaconus Calagurritanus testis, Durandus Pelagii clericus Regis testis, Martinus Petri clericus Regis testis.

Stephanus Johannis cancellarius curie, Johannes Suerii notarius curie notavit.

*1251 Novembro 18, Santarém — Doação de casas na Alcáçova de Santarém ao chanceler Estêvão Anes, em recompensa pelos bons serviços prestados.*

### **Karta cancellarii de donatione de domibus Sanctarene**

In christi nomine et ejus gratia. Notum sit omnibus presentibus et futuris, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Comes Bolonie do et concedo dilecto et fideli meo cancellario Stephano Johannis domos meas quas habeo in Sanctarena in Alcazova, que domos fuerunt donni Menendi Alfonsi quas Illustris memorie Rex donnus Sancius frater meus comparavit de donno Johanne Gomeci et de uxore sua donna Sancia. Quarum termini sunt isti: ad affricum via publica que vadit recte ad Turrem de Barva[canal]; ad aquilonem domus Johannis Pelagii sutoris; ad orientem apoteca clericorum ecclesie sancte Marie de Alcazova; ad occidentem domos que fuerunt Fernandi Pinnarii. Do inquam et concedo sibi et omnibus successoribus suis predictas domos cum omnibus ingressibus et egressibus et juribus et pertinenciis suis libere, quiete et pacifice jure hereditario in perpetuum possidendas. *[fl. 107]* Et quod possit eas vendere et donare et facere de ipsis quicquid sue placuerit voluntati cunctis temporibus seculorum. Et hoc facio pro multo bono et fideli servicio quod michi fecit. Si quis autem tam de meis propinquis quam de extraneis fuerit qui contra istam meam donationem venire presumpserit, non sit ei licitum sed pro sola temptatione quantum quesierit tantum sibi vel successoribus suis in duplo componat, et domino terre aliud tantum, et insuper quantum domos ipse fuerint meliorate, et maledictionem dei patris omnipotentis et meam habeat in eternum, et cum Juda traditore sepultus jaceat in inferno. Donatione ista nichilominus in suo robore permanente. In cuius rei testimonium predicto Stephano Johannis meo cancellario dedi presentem cartam apertam mei sigilli munimine roboratam. Acta apud Sanctarenam, XVIII die Novembbris, Era M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> LXXX.<sup>a</sup> IX.<sup>a</sup>.

*1250 Setembro 5, Guarda — Autorização ao chanceler Estêvão Anes para construir uma azenha no rio Tejo, no termo de Abrantes, e uma casa na margem do rio para habitação do moleiro e onde se acolham os homens e mulheres que aí vierem moer.*

### **Karta cancellarii super azenia de Ablantes**

Notum sit omnibus presentibus et futuris, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Comes Bolonie mando et concedo et do Stephano Johannis meo

cancellario et conlazo pro multo et fideli servicio quod michi semper fecit et facit, potestatem faciendi unam zeyam in rivo de Tago in termino de Ablantes prope canale meum, et unam casam in ripa ipsius rivi in qua moratur molneyro, et in qua colligant se homines et mulieres que ibi venerint ad molendum, et habeat introitum et exitum per ripam ipsius fluvii ex utraque parte. Et ego quito eidem Stephano Johannis quicquid juris regalis ibi habeo vel de jure habere debeo perpetuo. Et ego volo et concedo sibi quod ipse habeat ipsam zeyam cum casa jure hereditario pacifice et quiete et quod ipse et omnis posteritas sua faciant de ea quicquid in perpetuum. Si quis vero tam de mea parte quam de alia contra hanc meam donationem venerit, habeat maledictionem omnipotentis dei et beate Marie et meam et quantum sibi quesierit, tantum sibi duplet et michi quingentos marabitinos. Donatione ista nichilominus in suo robore valitura. Et ut hoc meum factum et donatio firmius robur optineant, presentem cartam mei sigilli munimine communiri. Data in Guardia, V.<sup>a</sup> die Septembris, Era M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> LXXX.<sup>a</sup> VIII.<sup>a</sup>.

Qui presentes fuerunt: donnus Julianus episcopus Portugalensis et Vincentius decanus ejusdem, donnus Johannes Garsie prior Hospitalis in Portugalie, Pelagijs Muniz dictus Barvatom comendator de Crate, Alfonsus Farina frater Hospitalis, Ricaldus Guilhelmi cantor Ulixbonensis, Matheus Martini capellanus domini Regis, Menendus Suerii de Merloo, donnus Johannes de Avoyn vice signifer et Vincentius Didaci et Rodericus Petri de Spino superjudice domini Regis.

Ego Martinus Petri scriptor domini Regis notavi.

[470]

*1251 Maio, Santarém — Renúncia do bispo de Idanha aos direitos que reivindicava na herdade de Cortiças (fr. S. Miguel de Rio Torto, c. Abrantes) e na Mata de Alfeiolas (fr. Alferrarede?, c. Abrantes), propriedades que o pretor e concelho de Abrantes haviam dado ao chanceler Estêvão Anes.*

**Karta renunciationis episcopi Egitaniensis facta cancellario super hereditate de Corticibus et de Mata de Alfeyolas**

Notum sit omnibus presentibus et futuris, quod me Alfonso dei gratia Rege Portugalie et Comite Bolonie presente et mea curia assistente Rodericus eadem episcopus Egitaniensis proposuit quod inquisita diligentissime omnimoda veritate pro certo invenerat et sciebat se et ecclesiam suam nullum jus habere in hereditate de Corticibus et pertinenciis suis, nec in hereditate de Mata de Alfeyolas et pertinenciis suis, quas hereditates cum suis pertinenciis pretor et concilium de Abrantes liberaliter donaverant dilecto et fideli cancellario nostro Stephano Johannis propter multa servicia que idem cancellarius sepius impenderat concilio

memorato super quibus hereditatibus et pertinenciis suis inter dictum concilium ex una parte et episcopum memoratum ex altera questio movebatur. Et idem episcopus me ac mea curia presente sponte ac liberaliter donavit omnem jus si quod habebat vel habere debebat de jure vel de facto in hereditatibus et pertinenciis supradictis cancellario sepedicto, et sponte cessit hujusmodi questioni et omnem jus et omnemque actionem, si quod vel si quam habebat vel habere debebat, transtulit in cancellarium memoratum et promisit bona fide quod contra factum istud nunquam per se vel per alium veniet aliqua ratione. Si quidem ego predictus Rex Portugalie et Comes Bolonie qui ut predictum est interfui isti facto, rogatus a cancellario memorato, et de voluntate episcopi sepedicti in testimonium presentem cartam mandavi fieri et eam dicto cancellario concessi, et ipsam jussi mei sigilli munimine roborari, ad perpetuam memoriam rei geste. Et preter alias quam plurimos quorum nomina presenti pagina minime recitantur, interfuerunt huic facto omnes isti qui inferius continentur. Actum apud Sanctarenam, Era M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> LXXX.<sup>a</sup> IX.<sup>a</sup>, mense Madii.

Donnus Menendus Suerii de Merloo testis, donnus Johannes de Avoyno testis, Johannes Suerii Conelius testis, donnus Arias Petri testis, Fernandus Martini Curotelo testis, donnus Matheus domini Regis capellanus testis, Magister Thomas thesaurarius Bracharensis testis, Stephanus Johannis canonicus Bracarensis testis, Petrus Martini cantor Egitaniensis testis, Martinus Gordus canonicus Egitaniensis testis, Menendus Suerii rector sancti Johannis de Alfansi testis, Johannes Simeonis rector sancti Petri de Turribus Novis testis, Johannes Gunsalvi de Barvudo testis, Menendus Petri Entrida testis, Johannes Alfonsi meyrinus domini Regis testis, Martinus Didaci clericus capellani testis, Petrus Menendi frater de Argani testis, Petrus Martini Caro Cocta testis, Martinus Durandi Sanctarene testis, Petrus Johannis judex de Abrantes testis, donnus Thomas de Abrantes testis, Laurencius Dominici Vivas de Abrantes testis, donnus Oyro de Abrantes testis, Menendus Johannis Covao de Abrantes testis, donnus Adam de Burgis ts.

[471]

*1251 Fevereiro 13, Porto — Carta ao concelho de Abrantes, informando de queixas apresentadas pelo chanceler e proibindo que aquele concelho exigisse renda ou levasse portagem aos que vinham moer à sua azenha.*

### **Karta cancellarii super queyxume de azenia sua de Abrantes**

Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Comes Bolonie vobis pretori et concilio de Avrantes salutem. Sciatis quod Stephanus Johannis meus cancellarius rancuravit se michi de vobis quia dicit quod vos demandatis illis qui veniunt ad

molendum ad suam azeniam de Avrantes vendam et si vobis eam dare nolunt  
vos filiatis eis suum panem et quicquid eis invenitis, de quo miror multum quare  
hoc facitis. Unde ego mando vobis firmiter et defendo quod nullus sit ausus  
demandare *[fl. 107v]* illis qui ad dictam azeniam venerint ad molendum malum,  
nec facere eis gravamen nec tortum nec filiare eis per forciam aliquid de suo.  
Unde aliud non faciatis, quia quicumque malum vel gravamem sive forciam  
fecerit ipsis qui ad dictam azeniam venerint ad molendum, sive eis aliquid de  
suo contra suam voluntatem filiaverit, remanebit pro meo inimico et  
calumpniabor ei et levabo de eo quingentos solidos. Preterea idem Stephanus  
Johannis meus cancellarius dixit michi quod vos pretor levatis portagium de illis  
qui veniunt similiter ad dictam azeniam ad molendum, et per hoc facitis ei  
magnam perdam. Unde mando vobis firmiter quod vos non levetis de eis  
portagium, nisi illud quod consueverunt inde levare in tempore patris et avi mei.  
Unde aliud non faciatis, sin autem tornabo me pro inde ad vos et integrabo de  
vestro ipsum cancellarium de quanta perda super hoc receperit, et habebo de  
vobis quexume, et insuper non sustinebo vobis. Et ut videam qualiter meum  
mandatum facitis, mando quod homo qui stat in dicta azenia ex parte dicti mei  
cancellarii, teneat istam meam cartam apertam in testimonio hujus rei. Data apud  
Portum Portugalie per Vincentem Didaci superjudicem, XIII.<sup>a</sup> die Februarii, Era  
M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> LXXX.<sup>a</sup> IX.<sup>a</sup>.

69

[472]

1251 Maio 1, Santarém — Confirmação das doações feitas ao chanceler Estêvão  
Anes pelos concelhos de Santarém, de Elvas, de Abrantes e demais concelhos.

### **Carta de confirmatione donationum factarum cancellario**

Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Comes Bolonie universis pretoribus,  
alvazilibus et judicibus et conciliis de toto meo Regno salutem et amorem.  
Noveritis quod ego approbo et confirmo omnes donationes quas dilecto et fideli  
cancellario meo Stephano Johannis fecistis, scilicet donationem de Lizira de Atalaya  
quam pretor et alvaziles et concilium de Sanctarena fecerunt cancellario memorato.  
Item approbo et confirmo donationem de hereditate de Barvacena, quam pretor  
et alcaldes et concilium de Elvis ipsi cancellario fecerunt. Item approbo et confirmo  
donationes de hereditate de Corticibus et de Mata de Alfeyolas cum omnibus  
terminis et pertinenciis suis, quas donationes pretor et judices et concilium de  
Avrantes eidem cancellario fecerunt. Item approbo et confirmo omnes alias  
donationes quascumque aliquod concilium vel aliqua concilia, aliquis homo vel  
aliqui homines de meo Regno eidem cancellario facere voluerit vel voluerint. Et

ut factum istud plenam obtineat roboris firmitatem, mandavi fieri presentem cartam apertam et mei sigilli munimine roborari.

Presentibus: donno Menendo Suerii de Merloo, Egea Laurencii de Cuya, Petro Martini quondam superjudge, militibus, et Durando Pelagii canonico Bracarense notario meo qui hanc cartam de speciali mandato meo scripsit, que fuit facta apud Sanctarenam prima die Maii, sub Era M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> LXXX.<sup>a</sup> IX.<sup>a</sup>.

[473]

*1251 Maio 29, Santarém — Carta ao concelho de Abrantes informando da renúncia do bispo de Idanha aos direitos sobre as herdades de Vale de Cortiças (fr. S. Miguel de Rio Torto, c. Abrantes) e da Mata de Alfeiolas (fr. Alferrarede?, c. Abrantes) que o concelho doara ao chanceler Estêvão Anes, e mandando que lhas entregue e defenda.*

**Carta de altercatione hereditatis de Corticibus inter cancellarium et ecclesiam Egitaliensem**

Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Comes Bolonie vobis pretori et judicibus et concilio de Avrantes, et omnibus aliis de meo Regno ad quos presens carta pervenerit, salutem et amorem. Noveritis quod cum inter episcopum et capitulum Egitaliensis ex una parte, et vos pretorem et concilium de Avrantes et Stephanum Johannis dilectum cancellarium meum ex altera, super hereditate de Corticibus et super hereditate de Mata de Alfeiolas questio verteretur, tandem episcopus et capitulum memorati renunciaverunt coram me omni juri si quod habebant in hereditatibus supradictis et liberaliter donaverunt sibi quicquid habebant in ipsis hereditatibus, et confessi eciam fuerunt, se nichil habere in ipsis hereditatibus, nec in pertinenciis suis, et recognoverunt eas esse de termino de Avrantes. Unde mando vobis concilio de Avrantes quod paretis bene dicto meo cancellario ipsas hereditates et non sustineatis alicui quod impeditas eas sibi nec quod faciat sibi in eis gravam neque malum paramentum. Et mando hominibus qui eas laboraverint, quod dent jam dicto meo cancellario totum suum directum, et si aliquis de ipsis hominibus vellet facere malum paramentum ipsi cancellario vel nollet sibi persolvere suum directum, mando Johanni Pelagii meo portario latori presentium quod constringat eos per quantum eis invenerit, taliter quod persolvant jam dicto cancellario totum suum directum, et vos adjuvetis ipsum meum portarium ad hoc faciendum. Unde aliud non faciatis. Et mando quod supradictus meus cancellarius teneat istam cartam. Data Sanctarene, Rege mandante per Rodericum Petri superjudicem, IIII.<sup>o</sup> Kalendas Junii, Era M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> LXXX.<sup>a</sup> IX.<sup>a</sup>.

1256 Julho 13, Guarda — Confirmação das doações feitas ao chanceler Estêvão Anes pelos concelhos de Santarém, de Elvas, de Abrantes, de Évora, de Montemor-o-Novo, de Beja, de Valença, de Monção e de Sintra.

**Carta confirmationis de Barvacena et de aliis hereditatibus datis cancellario**

In christi nomine et ejus gratia. Notum sit omnibus presentibus et futuris, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Comes Bolonie, concedo et confirmo vobis Stephano Johannis dilecto ac fideli meo cancellario pro multo bono et fideli servicio quod michi a longis retro temporibus fecistis, hereditatem vestram de Barvaçena que est in termino de Elvis, quam vobis concilium de Elvis per meum consensum dedit. Item concedo et confirmo vobis Liziram de Atalaya que est in termino Sanctarene, quam concilium Sanctarene per meum consensum vobis dedit. Item concedo et confirmo vobis hereditatem de Valle de Corticibus que nunc appellatur Vallis Bona que est in termino de Ablantes, quam concilium de Ablantes, per meum consensum vobis dedit. Et azenias vestras que sunt in Ablantes supra Tagum ultra et citra et campos qui jacent prope ipsas azenias ex utraque parte in Ripa Tagi, et molendinos quos habetis in Ripa de Soor, et deinceps habueritis cum aqua de Azambugio usque ad focem de Bove. Item concedo et confirmo vobis hereditates de villa de Alvito et de Mugia de Aren que sunt in termino Elborense, quas concilium Elborensem vobis dedit per meum consensum. Item concedo et confirmo vobis hereditates de Safira et de Mormoyraes que sunt *[fl. 108]* in termino Montis Maioris Novi versus Cabrelam, quas concilium ejusdem ville Montis Maioris Novi dedit vobis per meum consensum. Item concedo et confirmo vobis omnes hereditates quas habetis in Begia, et in terminis suis, quas hereditates concilium de Begia dedit vobis in populatione tamquam vicino. Item concedo et confirmo vobis hereditatem de Valencia de Ripa Minii, quam hereditatem concilium ejusdem ville de Valencia dedit vobis in populatione ville tamquam vicino per meum consensum. Item concedo et confirmo vobis hereditatem de Monzon de Ripa Minii, quam vobis dedit per meum consensum concilium de Monzon. Item concedo et confirmo vobis hereditatem de Esturil cum Pisones que est in termino de Sintria *[quam vobis dedit concilium de Sintria]* per meum consensum. Et mando et concedo quod vos disponatis, statuatis, ordinatis et faciatis de omnibus supradictis hereditatibus et possessionibus in vita et in morte, quicquid vestre placuerit voluntati, vos et ille vel illi qui vobis successerit vel successerint in eisdem. Et omnes et singulas supradictas hereditates et possessiones concedo et confirmo vobis quas concilia supradicta vobis dederunt

per meum consensum tamquam vicino et vos in vicinum receperunt. Et quicumque tam de meis quam de extraneis contra istam meam confirmationem seu concessionem venire attemptaverit, non sit ei licitum, sed pro sola temptatione pectet domino terre quingentos marabitinos, et vobis dampnum quod vobis in eis vel in aliquibus earum fecerit, in duplum componat, et insuper iram dei et maledicionem meam habeat in eternum. Concessione et confirmatione istis nichilominus in suo robore perpetuo duraturis. In cuius rei testimonium presentem cartam patentem vobis precepi fieri, et mei sigilli munimine roborari. Data in Gardia, XIII.<sup>a</sup> die Julii.

Johannes Suerii scripsit per mandatum donni Egee episcopi Lamecensis et donni Mathei electi Visensis et donni Egidi Martini maiordomi curie et Johannis Petri de Avoyno et fratris Durandi de ordine Predicatorum. Era M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> LX<sup>v</sup>.<sup>a</sup> quarta.

[475]

*1251 Março 1, Coimbra — Carta de protecção ao chanceler Estêvão Anes com todos os seus homens, herdades, possessões e préstamos, e proibindo a aposentadoria, contra sua vontade, nas suas casas, herdades e préstamos.*

### **Karta de defensione omnium que donno Stephano cancellario pertinent**

Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Comes Bolonie, omnibus rquis hominibus, pretoribus, judicibus, comendatoribus, alvazilibus et meyrinis et omnibus aliis de meo Regno ad quos carta ista pervenerit, salutem et amorem. Sciatis quod ego recipio in mea garda et in mea encomenda et sub mea defensione Stephanum Johannis dilectum ac fidelem cancellarium meum cum omnibus hominibus et hereditatibus, possessionibus, et prestimoniis suis, que tenet et tenuerit tam de me quam de aliis quibuscumque et cum omnibus rebus suis mobilibus et inmobilibus et cum quanto habet in meo Regno. Unde mando firmiter et defendo quod nullus sit ausus pausare in dominibus nec in hereditatibus neque in prestimoniis suis contra voluntatem suam, nec facere sibi in eis nec hominibus suis neque in causis suis gravamem nec forciam neque tortum, quia quicumque sibi fecerit, remanebit pro meo inimico et calumpniabor ei in corpore et in habere et pectabit michi quingentos marabitinos pro meo encauto, et insuper emendabit dicto meo cancellario ad plenum dampnum quod sibi fecerit aut cui ipse dederit vocem suam. Et ut supradictus meus cancellarius et omnes homines sui et omnes res sue sint melius defensi et amparati, dedi eidem meo cancellario istam meam cartam apertam mei sigilli munimine communitam in testimonio hujus rei. Data apud civitatem Colimbrie, prima die Marcii, Rege mandante, Era M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> LXXX.<sup>a</sup> IX.<sup>a</sup>.

1260 Fevereiro 23, Santarém — Carta ao concelho de Évora, informando que manda coutar ao chanceler Estêvão Anes as suas herdades de Alvito e Mugia d'Arem, bem como a que, junto delas, lhe concedeu o concelho de Beja.

**Karta cancellarii de encautis de hereditatibus de villa de Alvito et de Mugia d'Aren cum omnibus terminis et pertinenciis suis**

Alfonsus dei gratia Rex Portugalie, vobis pretori et judicibus et concilio et tabellioni de Elbora, salutem. Sciatis quod ego mando cautare Stephano Johannis meo cancellario hereditates suas de villa de Alvito et de Mugia d' Aren cum omnibus terminis et pertinenciis suis, et illam hereditatem quam sibi dedit concilium de Begia prope hereditatem suam de villa de Alvito et de Mugia de Arem per aquam de Udivelis et mando eam cautare sibi per Johannem Dominici meum portarium latorem presentem et quod alzet cautos per circuitum divisionum et terminorum ipsarum hereditatum. Unde mando vobis quod vos vadatis cum ipso meo portario ad ipsas hereditates et juvetis eum ad erigendum cautos per circuitum terminorum et divisionum ipsarum hereditatum dicti mei cancellarii et sitis inde testes et habeatis inde memoriam per ubi ipse meus portarius erexerit cautos per divisiones ipsarum hereditatum. Unde aliud non faciatis, sin autem haberem de vobis quexume. Et mando quod dictus meus cancellarius teneat istam meam cartam in testimonium. Data Sanctarene, VII.<sup>o</sup> Kalendas Marcii, Era M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> LX<sup>o</sup>.<sup>a</sup> VIII.<sup>a</sup>. Rege mandante per Alfonsum Martini superjudicem.

Dominicus Petri fecit.

1260 Fevereiro 24, Santarém — Carta ao concelho de Beja, informando que manda coutar ao chanceler Estêvão Anes as suas herdades de Alvito e Mugia d'Arem, bem como a que, junto delas, lhe concedeu o próprio concelho de Beja.

**Karta de cautis de hereditatibus de villa de Alvito et de Mugia d' Aren et de alia hereditate cancellarii**

Alfonsus dei gratia Rex Portugalie vobis pretori et alvazilibus et concilio et tabellioni de Begia salutem. Sciatis quod ego mando cautare Stephano Johannis meo cancellario hereditates suas de villa de Alvito et de Mugia de Arem cum omnibus terminis et pertinenciis suis et illam hereditatem suam quam vos sibi dedistis prope villam de Alvito que se tenet cum ipsa hereditate sua de villa de

Alvito per aquam de Udivelis cum suis terminis et pertinenciis suis, et mando eam sibi cautare per Johannem Dominici meum portarium latorem presentem, et quod erigat cautos per circuitum divisionum et terminorum ipsarum hereditatum. Unde mando vobis quod vos vadatis cum ipso meo portario et juvetis eum ad erigendum cautos per circuitum totum terminorum et divisionum ipsarum hereditatum dicti mei cancellarii, et sitis inde testes et habeatis inde memoriam per ubi ipse meus portarius erexerit cautos per divisiones *[fl. 108v]* ipsarum hereditatum dicti mei cancellarii. Unde aliud non faciatis sin autem haberem de vobis quexume. Et mando quod dictus cancellarius meus teneat istam meam cartam. Data Sanctarene VI.<sup>o</sup> Kalendas Marcii, Rege mandante per Alfonsum Martini superjudicem.

Dominicus Petri fecit. Era M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> LX<sup>c.a</sup> VIII.<sup>a</sup>.

[478]

*1264 Maio 8, Beja — Carta de isenção de aposentadoria ao Rei na vila de Alvito, coutada ao seu chanceler Estêvão Anes.*

**Karta quitationis de pausa Regis, Regine et filiorum suorum in villa de Alvito pro cancellario**

Notum sit omnibus presentis scripti seriem inspecturis quod cum ego, Alfonsum dei gratia Rex Portugalie una cum uxore mea Regina donna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legione filia et filiis nostris donno Dionisio et donna Blancha facerem transitum de Elbora ad Begiam invitatus a Stephano Johannis dilecto et fideli cancellario meo declinavi ad cautum suum de villa de Alvito, et ad ejusdem cancellarii instanciam hospitatus fui ibi cum uxore mea et filiis meis memoratis. Unde ne ex ista pausa sumatur occasio a me vel ab uxore mea vel ab aliquo filiorum meorum vel successorum meorum alias hospitandi in ipso loco. Volo et mando pro me et pro cunctis successoribus meis quod predictum cautum sit semper liberum et immune ab hospitalitate et pausa mea et omnium successorum meorum, et promitto <pro> me et pro cunctis successoribus meis quod numquam de cetero faciam pausam in predicto cauto de villa d'Alvito contra voluntatem predicti cancellarii nec successorum ejus. In cuius rei testimonium dedi eidem cancellario istam meam cartam patentem de meo sigillo plumbeo communitam. Data in Begia, VIII.<sup>a</sup> die Madii, Rege mandante.

Dominicus Vincentii. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> II.<sup>a</sup>.

Qui presentes fuerunt: donnus Pelagius Petri magister ordinis milicie sancti Jacobi, donnus Egidius Martini maiordomus curie, Fernandus Johannis decanus Bracarensis, Johannes Suerii Conilius, Fernandus Fernandi Cogominus, Gonsalvus Petri capellanus, Petrus Johannis repositarius maior, Petrus Fernandi coparius

maior, Alfonsus Suerii clericus, Nunus Suerii clericus, Martinus Petri clericus, Dominicus Petri clericus domini Regis, testes.

[479]

75

*1264 Maio 11, Beja — Confirmação, pela Rainha D. Beatriz, da carta de couto das herdades da vila de Alvito que o Rei outorgara ao chanceler Estêvão Anes.*

**Karta de incauto de villa de Alvito ex parte domine Regine facta cancellario**

In dei nomine et ejus gratia. Notum sit omnibus presentem cartam inspecturis, quod ego donna Beatrix dei gratia Regina Portugalie concedo et ratas habeo atque firmas illas cartas quas donnus Alfonsus Illustris Rex Portugalie maritus meus dedit et confirmavit et concessit donno Stephano Johannis cancellario suo super cauto suo de villa de Alvito. Videlicet tam super confirmatione donationis ipsius hereditatis de villa de Alvito quam sibi dederunt pretor, judices et concilium Elborensis in terminis suis et pretor et alvaziles et concilium de Begia in suis terminis, quas sibi predictus dominus Rex nomine suo et meo cautavit, quam eciam super paua quam fecit idem dominus Rex et ego et filii mei in ipso cauto suo de villa de Alvito ad instanciam ejusdem cancellarii quod nunquam de cetero sumatur occasio hospitandi in ipso cauto a nobis nec a successoribus nostris in ipso cauto de villa de Alvito contra voluntatem ejusdem cancellarii nec successorum ejus. In cuius rei testimonio dedi ei istam meam cartam apertam meo sigillo sigillatam. Que fuit facta apud Begiam, XI.<sup>a</sup> die Madii, Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> secunda.

Johannes Petri notuit.

[480]

*1257 Abril 16, Lisboa — Carta de isenção de portagem ao chanceler Estêvão Anes e aos seus homens, das suas casas e das suas herdades.*

**Karta cancellarii de quitatione portaginum sibi et hominibus suis concessa**

Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Comes Bolonie, universis de meo Regno presentem cartam inspecturis salutem. Sciatis quod Stephanus Johannis dilectus cancellarius meus dixit michi quod quidam maiordomi et portarii de meo Regno filiant ei et suis hominibus portaginem de suo habere et de rebus suis et impediunt et detinent eos in aliquibus locis. Et ego inveni pro directo in mea curia et de foro

et de consuetudine de tempore patris mei et avorum meorum quod cancellarii eorum nunquam dederunt portaginem in Regno nec homines sui de suis casis neque de suis hereditatibus. Unde ego mando firmiter quod omnes alii qui filiaverint portaginem dicto cancellario meo vel hominibus suis de sua casa vel de suis hereditatibus quod visa carta ista intregent sibi totum. Et mando et defendo quod de cetero nullus sit ausus in meo Regno filiare portaginem dicto cancellario meo neque suis hominibus de sua casa nec de suis hereditatibus nec eos impedit nec detineat nec res suas in aliquo loco pro portagine. Quia quicumque eidem meo cancellario vel hominibus suis de sua casa vel de suis hereditatibus filiaverit portaginem de rebus suis vel eos impedierit aut detinuerit vel res suas super hoc, remanebit pro meo inimico et pectabit michi meum encautum quale continetur in mea carta aperta de cauto quam ipse de me tenet et calumpniabor ei in corpore et in habere. Et quantam perdam et dampnum et custam ipse cancellarius meus vel sui homines fecerint super hoc, ego facerem sibi totum integrare de casis illorum qui sibi aliquid fecerint contra hoc mandatum meum. In cuius rei testimonio dedi eidem meo cancellario istam meam cartam apertam mei sigilli munimine communitam. Data Ulixbona, XVI die Aprilis, Rege mandante per donnum Egidium Martini maiordomum curie et per Rodericum Petri superjudicem.

Dominicus Petri fecit. Era M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> LX<sup>v</sup>.<sup>a</sup> quinta.

[481]

*1271 Fevereiro 5, Lisboa — Arrendamento dos direitos régios (à excepção da colheita, moeda, aníduva, boste e direitos de padroado) da vila de Cedovim (c. Vila Nova de Foz Côa) ao respectivo concelho.*

### **Karta de foro de Cedavi**

Noverint universi presentem cartam inspecturi quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbi una cum uxore mea Regina donna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia, et filiis et filiabus nostris Infantibus dono Dionisio et dono Alfonso, donna Blanca, donna Sancia, facio cartam de foro vobis judicibus et concilio de Cedavi. Do et concedo vobis ipsam meam villam de Cedavi ad forum cum suis terminis, tali pacto quod detis michi et omnibus meis successoribus annuatim ducentas libras pro omnibus vocibus et calumpniis et pro meis directis de ipsa terra que vobis quito pro ipsis ducentis libris exceptis inde mea collecta et mea moneta et annuduva et hoste et jure patronatus ecclesiarum in ipsa villa constructarum et omnium ecclesiarum in ipsa villa et in suis terminis constructuendarum, et excepta inde Fonte Arcadina cum suis terminis que retineo michi et omnibus meis successoribus. Et mando et

concedo quod riqushomo nec prestamarius nec pretor non pauset ibi vobiscum et si forte acciderit quod veniant vel vadant per ipsam villam comedant de suis denariis et non faciant ibi malefactorias. Et vos debetis persolvere dictas ducentas libras, scilicet unam terciam pro prima die Madii et aliam terciam pro prima die Septembris et aliam terciam pro prima die Januarii. Et si predictas ducentas libras sic ad terminos supradictos non persolveritis, debetis post unumquemque terminum pagare de pena cotidie unam libram quounque paguetis terciam de predictis ducentis libris quam tunc debueritis pagare. Et ille qui tenuerit terram debet vos pro dictis libris et pro dicta pena pignorare in quanto vobis invenerit. In cuius rei testimonium do vobis istam meam cartam meo sigillo sigillatam. Data Ulixbona, V.<sup>a</sup> die Februarii, Rege mandante.

Jacobus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> IX.<sup>a</sup>.

77

[482]

*1270 Fevereiro 5, Évora — Doação do direito de padroado da igreja de Santiago de Tavira ao bispo de Silves.*

**Carta episcopi et capituli Silvensi de donatione ecclesie sancti Jacobi de Tavira**

In christi nomine et ejus gratia. Noverint universi presentem litteram inspecturi quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii una cum uxore mea Regina donna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia et filiis et filiabus nostris Infantibus dono Dionisio dono Alfonso donna Branca et donna Sancia cognoscens regem regnum regnare in celis trinum et unum per quem in terris reges regnant et principes dominantur cui servire regnare est et cupiens me ipsius beneplacitis coaptare libenter ea facio per que firmiter credo et spero non solum in presenti imo pocius in futuro ipsius gratiam et gloriam promereri. Hinc est attendens et considerans quod sancti et catholici reges ac principes ut ipsius regis regum gratiam promerentur et gloriam sanctam matrem ecclesiam que summi regis predicti inmaculata describitur studuerunt donis largioribus magnificencia regia honorare et multas erigendo cathedrales ecclesias ampliare ipsas dotibus in numeris magnificando cathedralem meam Silvensem ecclesiam in Algarbio sitam que ab antiquo famosissima et ditissima rutilabat meis temporibus volens reparare magnifice et dotare ad instar sanctorum et catholicorum principum sibi et venerabili in christo priori Magistro Bartholameo ipsius episcopo et ejus capitulo ac successoribus ipsorum canonice intrantibus pro me et heredibus et successoribus meis offero et dono et liberaliter libenter sine revocatione aliqua et diminutione jus patronatus vel quasi ecclesie sancti Jacobi de Tavira quod ibi

habeo jure consuetudine vel scripto. Concedo eciam et confiteor quod si in aliquo tempore repertus fuero ego vel aliquis de successoribus meis in possessione juris patronatus ipsius ecclesie vel quasi, nomine episcopi et capituli ipsius cathedralis ecclesie possidere. Hec autem do vobis et concedo ut habeatis me et parentes meos jugiter in vestris orationibus domino comendatos. Si quis autem de propinquuis meis vel de extraneis hanc donationem irrumpere vel atentare voluerit non sit ei licitum vel concessum et insuper maledictionem meam et iram dei omnipotentis et beate Marie semper virginis et omnium sanctorum habeat in eternum. Et ut ista donatio mea robur obtineat firmitatis presentem inde vobis cartam feci fieri et cum meo sigillo plumbeo communiri. Facta carta donationis apud Elboram, V.<sup>a</sup> die Februarii, Rege mandante.

Johannes Vincentii notarius curie scripsit, Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> VIII.<sup>a</sup>.

Donnus Gonsalvus Garsie alferaz tenens terram de Nevia, donnus Johannes de Avoyno tenens terram de Ultra Tagum, donnus Martinus Alfonsi tenens terram de Vauga, donnus Alfonsus Lupi tenens terram de Ripa Minii, donnus Petrus Johannis tenens terram de Trasserram, donnus Stephanus Johannis de Alegrete tenens terram de Chavyas, donnus Petrus Johannis de Portel tenens Sintriam et Leyrenam et donnus Petrus Poncii confirmant.

Rodericus Garsie de Pavya, Johannis Suerii Conelio, Fernandus Fernandi Cogomino, Petrus Martini Caseval, Stephanus de Ratis, testes.

Donnus Martinus Bracharensis archiepiscopus, donnus Vincencius Portugalensis episcopus, donnus Matheus Ulixbonensis episcopus, donnus Durandus Elborensis episcopus, donnus Valascus Egitaniensis episcopus, donnus Bartholameus Silvensis episcopus, ecclesia Colimbrrie vacat, ecclesia Visensis vacat et donnus Dominicus electus Lamecensis confirmant.

Donnus Stephanus Johannis cancellarius.

[483]

*1271 Abril 28, Lisboa — Aforamento de uma couruela reguenga em Miraz, no lugar de Telhe (fr. Soalhães, c. Marco de Canaveses), aos filhos e filhas de Pedro Mendes, de Pedro Miguéis e de Gonçalo Miguéis.*

### **Carta de foro de quairela de Miravaldos**

In dei nomine amen. Noverint universi presentem litteram inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii una cum uxore mea Regina donna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia et filiis et filiabus nostris Infantibus dono Dionisio dono Alfonso donna Branca et donna Sancia facio cartam de foro vobis filiis Petri Menendi, scilicet Petro Petri et uxori sue Elvire Gonsalvi et Johanni

Petri et Elvire Petri et vobis filiis et filiabus Petri Michaelis videlicet Alfonso Petri et uxori sue Marie Menendi, Marie Petri et marito suo Dominico Alfonsi, Egee Petri et uxori sue Marie Petri, Petro Petri et uxori sue Marie Martini, Dordie Petri et marito suo Egee Petri et vobis filiis Gonsalvi Michaelis, scilicet Marine Gonsalvi et marito suo Dominico Petri, Petro Gonsalvi et uxori sue Marie Alfonsi et Johannii Gonsalvi et uxori sue Marie Egee, de illa mea quayrela regalenga que dicitur Miravaldos in termino de Taenlli *[fl. 109v]* et jacet in parrochia sancti Martini de Suylanes. Tali pacto quod vos laboretis eam illud melius quod potueritis et faciatis illam benefactoriam quam ibi facere potueritis, et detis inde michi et omnibus meis successoribus annuatim quartam partem de omni fructu quem deus ibi dederit et insuper duas quartas de vino pro lagaradiga et unam teeygam de tritico cum uno capone et decem ovis annuatim pro directura, et vocetis meum maiordomum per tres vices perante bonos homines ut veniat recipere inde totos meos directos predictos et portionem, et si meus maiordomus noluerit venire pro dicta portione et pro ipsis meis directis, tunc non respondeatis inde sibi de illis et pectet ipse michi totum de suo. Habeatis vos predictam leyram et omnis posteritas vestra pro ad semper, et faciatis inde michi et omnibus meis successoribus annuatim omnia supradicta et non habeatis potestatem vendendi nec donandi nec testandi nec helemosinandi nec cambiandi nec emplazandi nec pignorandi in toto vel in parte ipsam leyram militibus nec filiis de algo nec filiabis nec clericis nec ordinibus nec ecclesiis nec religiosis nisi talibus hominibus qui sint vestre conditionis et qui michi et successoribus meis faciant omnia que superius sunt divisa. Data Ulixbona, XXVIII die Aprilis, Rege mandante per cancellarium et per Alfonsum Suerii superjudicem.

79

Martinus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> IX.<sup>a</sup>.

[484]

1271 Abril 28, Lisboa — Registo da outorga de três cartas de aforamento de outras tantas courelas reguengas na mesma povoação.

### **Karta de leyra de Sadornyo**

Item eadem die, loco et Era, filii et filie Michaelis Petri et uxoris sue Ouroane, scilicet Petrus Michaelis, Maria Michaelis, Gonsalvus Munionis et Elvira Munionis et filii ejusdem, Fernandus Alfonsi et uxor ejusdem Tarasia Pelagii, Martinus Alfonsi, Maria Alfonsi et maritus ejus Silvestre Garsie, Ouroana Alfonsi et maritus ejus Johannes Gonsalvi et Tarasia Alfonsi habuerunt consimilem cartam de alia leyra que dicitur Sadornynom in termino et parrochia supradictis.

### **Item de leyra de Pomarellos**

Item consimilem cartam de alia leyra que dicitur Pomarellos que jacet in termino et parrochia supradictis de eadem die, loco et Era. Habuerunt Martinus Gonsalvi et uxor ejus Ousenda Gomecii et Lobelinus et uxor ejus Maria Johannis.

### **Item carta de foro de leyra de Chanelo**

Item consimilem cartam de alia quarela que dicitur Chanelo de eadem die, loco et Era, que quayrela est in termino et parrochia supradictis. Habuerunt Dominicus Martini et uxor ejus Maria Pelagii, Johannes Johannis et Martinus Gonsalvi et uxor ejus Ousenda Gomecii.

[485]

*1271 Abril 28 — Apresentação ao Rei pelos homens de Roalde (fr. S. Martinho de Antas, c. Sabrosa) de uma carta que diziam de foro, que em Corte se considerou não válida, e que inseria os termos daquele lugar.*

### **Item de terminis de Ranoaldi**

Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> IX.<sup>a</sup>, IIII.<sup>o</sup> Kalendas Madii. Homines de Ranoaldy venerunt ad domum domini Regis et monstraverunt unam cartam quam dicebant quod erat de foro. Et illi qui erant de consilio domini Regis viderunt ipsam cartam et invenerunt quod nichil deberet<sup>254</sup> valere. In qua carta continebantur quod termini de Ranoaldi dividebantur, videlicet quomodo dividitur cum Palatiis quomodo ex parte cum Fontaneo Seco et cum Fernando Gondisalvi et cum suis germanis in sancto Martino quomodo partit cum Cavaleyros et quo ex parte cum Anta, quomodo partit per Fojo Bobal et cum Vessadio, quomodo ex parte cum Fonsteyra et ferit in a portela de Magaliana, quomodo partit per fontem da Grouvença et intrat per ribeyro de Vermuu et ferit na Caeda, quomodo ex parte pela lonba<sup>255</sup> do muro et ferit in a anta da Cabeza da Loura, quomodo dividit per fonte de Rannaldi et ferit in Travesselo, quomodo ferit in a fonte de Junco Seco per aquam, quomodo parte cum Covas et fer in vena de Dorio, quomodo ex parte per pala de Porto Manso, quomodo exparte com Gouvianes et fer in fonte de Godina.

---

<sup>254</sup> No texto *deberent* com o *n* riscado.

<sup>255</sup> Segue-se *de* sopontado.

1271 Maio 28, Lisboa — Aforamento de quatro casais em Soutelinho (fr. Santa Maria de Souto, c. Guimarães) a cinco foreiros e respectivas mulheres.

### **Carta de foro de quatuor casalibus de Soutilino**

In dei nomine amen. Noverint universi presentem litteram inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii una cum uxore mea Regina donna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia et filiis et filiabus nostris Infantibus donno Dionisio donno Alfonso donna Blanca et donna Sancia facio cartam de foro vobis Petro Durandi et uxori vestre Columbe Petri et vobis Petro Petri et uxori vestre Maiori Johannis et vobis Garsie Fernandi et uxori vestre Stephanie et vobis Michaeli Menendi et uxori vestre Marine Johannis et vobis Menendo Menendi et uxori vestre Marie Pelagii, de illis meis quatuor casalibus que nunc habeo in loco qui dicitur Soutilino cum totis directis et pertinenciis suis, tali pacto quod vos de ipsis quatuor casalibus, faciatis quinque casalia et detis inde mihi et omnibus meis successoribus annuatim de quolibet casali sex quartarios de pane ateeygados et pro festo Nathalis domini singulas spatulas por[cil]nas cum singulas gallinas et cum XX.<sup>i</sup> ovis et cum duobus duobus panibus centenis et si feceritis calumpniam pectetis pro ea et pro voce II marabitinos et pro homicidio et rauso vel stercore in ore decem decem marabitinos et pro mea collecta detis annuatim duos carnarios pro Mayo, et si quis vestrum fecerit furtum, pectet talem qualem fecerit secundum consuetudinem terre, testimonio bonorum hominum et in morte vestra detis luytosam secundum forum vel usum de terra, et vocetis et recipiatis meum maiordomum ad meos directos predictos et non ad alios, quia secundum quod continetur in meo registro de Vimaranis quod super hoc videre feci per judicem et tabellionem de Vimaranis inveni quod de dictis casalibus non debent michi alios foros nisi illos supradictos, sicut dicti judex et tabellio michi dicere mandaverunt. Habeatis vos predicta quinque casalia et omnis posteritas vestra pro ad semper et faciatis inde michi et omnibus meis successoribus omnia supradicta. Et non crieritis ibi filium vel filiam de algo nec habeatis potestatem vendendi nec donandi nec testandi nec helemosinandi nec pignorandi nec cambiandi nec emplazandi nec aliquo alio modo alienandi dicti casalia in parte vel in toto militibus nec dominibus nec ecclesiis nec ordinibus nec aliis *fl. 110* personis potencioribus vobis, nisi talibus personis que sint vestre conditionis et que faciant inde michi et omnibus meis successoribus omnia supradicta. In cuius rei testimonium do inde vobis istam meam cartam apertam. Data Ulixbona, XXVIII die Maii, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum et per Alfonsum Suerii superjudicem.

Martinus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> IX.<sup>a</sup>.

[487]

*1271 Maio 28, Lisboa — Registo da outorga de uma outra carta de aforamento de cinco casais em Fonte da Mulher (fr. Souto, c. Guimarães) a cinco foreiros e respectivas mulheres.*

Item eadem die, loco et Era, Stephanus Petri et uxor sua Marina Petri et Johanninus et uxor sua Elvira Johannis et Menendus Petri et uxor sua Maria Johannis et Petrus Johannis et uxor sua Elvira Menendi et Petrus Gomecii et Marina Petri uxor ejusdem habuerunt consimilem cartam in omnibus de quinque casalibus que sunt in loco qui dicitur Fonte de Muliere, excepto quod non debent dare de quolibet casali annuatim, nisi singulos modios de pane ateeygados.

[488]

*1273 Junho 9, Lisboa — Arrendamento dos direitos e rendas da pôvoa de Montalegre aos seus povoadores, à excepção de hoste, moeda e direitos de padroado.*

### **Carta de foro de Monte Alegre de Barroso**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii una cum uxore mea Regina donna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia, et filiis et filiabus nostris Infantibus donno Dionisio, donno Alfonso, donna Blanca, donna Sancia, do et concedo vobis omnibus populatoribus qui habitaveritis in mea popula de terra de Barroso que vocatur<sup>256</sup> Montealegre, omnes meas rendas et omnes meos directos de terra de Barroso et de suis terminis novis et antiquis, scilicet de illis terminis quos vincere et habere poteritis per directum, tali videlicet pacto quod detis michi et omnibus meis successoribus, in quolibet ano, ad tercias anni, tres mille et quingentos marabitinos, scilicet unam terciam pro prima die Octobris, et aliam terciam pro prima die Februarii, et aliam terciam pro prima die Junii, excepta mea hoste et mea moneta et excepto jure patronatus omnium ecclesiarum de ipsa terra de Barroso et de suis terminis, et de predicta popula, ibidem constructarum et eciam construendarum, quas res retineo michi et omnibus meis successoribus et si vos michi aut cui ego mandavero predictos denarios ad predictos terminos aut in ipsis terminis non pagaveritis, debetis eos michi dare cum decem marabitinos cotidie de pena, et vos populatores debetis michi dare ad placitum meum unum militem filium de algo, meum naturalem, qui vindicet quingentos soldos, qui faciat michi menaginem de meo alcazar, quando ego ibi illud fecero. Et ipse miles debet ibi esse pretor vester, dum

---

<sup>256</sup> Segue-se a, que nos parece desnecessário.

michi placuerit, et ipse pretor debet facere justiciam cum judicibus de ipsa popula, et vos debetis ibi mittere annuatim duos judices naturales de Portugalie. Et si vos ipsum militem cambiare volueritis, ego debo vobis recipere alium, loco sui, quandocumque ipsum cambiare volueritis. Et ipse miles quod michi pro ad istud dederitis, debet esse filius de algo et meus naturalis, qui vindicet quingentos soldos. Et quando meus riquushomo iverit ad terram debet comedere pro suis denariis, et non debet vobis aliquid filiare per forciam nec facere ibi malum nec pausare in aldeis de ipsa terra nec facere ibi forciam, salvo quod si passaverit per terram debet ibi pausare et ubi pausaverit non debet ibi aliquid filiare per forciam nec facere ibi malum, et istud quod ibi riquushomo comedenter, debet illud comparare pro suis denariis, sicut in dicta popula, et homines de terra de Piconia debent morari in suis hereditatibus et debent vobis facere totos foros et totos directos quos michi faciunt, et vos debetis defendere et adjuvare illos, sicut vicinos. Et meyrinus non debet vobis intrare in ipsa terra de Barroso nec in ipsa popula, et insuper vos predicti populatores debetis michi dare ad placitum meum unum militem filium de algo et meum naturalem qui vindicat quingentos soldos, qui faciat michi menaginem de Piconia, et qui teneat eam ad vestram custam. Et si vos ipsum militem cambiare volueritis, ego debo vobis alium recipere loco sui quandocumque ipsum cambiare volueritis, et ipse miles quem michi pro ad istud dederitis, debet esse filius de algo et meus naturalis qui vindicet quingentos soldos. Et mando et concedo quod habeatis feyram et faciatis eam in quolibet mense et incipiatur fieri secunda die post Kalendas mensis et duret per tres dies et nullus sit ausus qui pignoret aliquem qui venerit ad ipsam feyram, ratione vendendi vel emendi pro aliquo debito, in illis octo diebus in quibus venerit et illis octo diebus in quibus recesserit de ipsa feyra. Et quicumque malum fecerit hominibus qui venerint ad ipsam feyram ratione vendendi vel emendi, pectet michi sex mille soldos et duplet illud quod filiaverit domino suo. Et mando et concedo quod non detis portaginem in toto meo Regno nisi in illis locis, in quibus habuerint cartas per quas debeant eam ibi filiare. In cuius rei testimonium dedi vobis istam meam cartam meo sigillo sigillatam. Data Ulixbona, IX.<sup>a</sup> die Junii, Rege mandante, Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XI.<sup>a</sup>.

Donnus Gonsalvus Garsie alferaz tenens Neviam, donnus Johannes de Avoyno maiordomus tenens Ultra Tagum, donnus Alfonsus Lupi tenens Ripam Minii, donnus Didacus Lupi tenens terram de Lameco, donnus Petrus Johannis tenens terram de Trasserra, donnus Petrus Johannis de Portel tenens Leyrenam, donnus Menendus Roderici tenens Mayam, confirming.

Magister Petrus Juliani electus Bracarensis, donnus Vincentius Portugalensis episcopus, donnus Dominicus Lamecensis electus, frater Valascus Egitaliensis episcopus, ecclesia Visensis vaccat, ecclesia Colimbriensis vaccat, donnus Matheus

Ulixbonensis episcopus, donnus Durandus Elborensis episcopus, donnus Bartholameus Silvensis episcopus, confirmant.

Rodericus Garsie de Pavya, Fernandus Fernandi Cogominus, Martinus Johannis de Vinali, Alfonsus Suerii, Rodericus Menendi, Rodericus Gomecii, superjudices, testes.

Donnus Stephanus Johannis [*fl. 110v*] cancellarius curie confirmat, Jacobus Johannis notarius curie notuit.

[489]

*1271 Setembro 25, Lisboa — Sentença sobre contenda entre o chanceler Estêvão Anes e Rodrigo Afonso Ribeiro acerca do casal de Felgoso em Carvoeiro (fr. Macinhata do Vouga, c. Águeda), tendo o Rei, após inquirição, decidido a favor do chanceler.*

### **Carta cancellarii super casali de Felgoso**

Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii universis presentem cartam inspecturis, notum facio quod cum olim esset demanda perante me inter Stephanum Johannis meum cancellarium ex una parte et Rodericum Alfonsi dictum Ribeyram ex altera super eo quod dicebat cancellarius quod casale de Felgoso erat de termino de Vauga, et quod pertinebat ad prestimonium suum de Carbonario quod de me tenet, et dictus Rodericus Alfonsi dicebat quod ipsum casale erat de termino de Sever, quam terram de me tenet ipse, et ad ultimum ad placitum et ad outorgamentum eorum ego mandavi inquirere veritatem de bonis hominibus ad sancta dei evangelia conjuratis per judicem et tabellionem de Vauga, et per judicem de Sever, et mandavi postea per meam cartam citare predictum Rodericum Alfonsi quod veniret audire suum judicium cum dicto meo cancellario super dicta inquisitione et ipse non venit nec pro se misit ad diem assignatam, et transactis octo diebus et magis, et visa predicta inquisitione, et habito consilio super illa, inveni quod predictum casale de Felgoso est de termino de Vauga, et pertinens ad prestimonium de Carbonario, et secundum dictam inquisitionem judicavi quod dictum casale de Felgoso est de termino de Vauga, et quod pertinens ad prestimonium de Carbonario. In cuius rei testimonium dedi dicto meo cancellario istam meam cartam. Data Ulixbona, XXV die Septembbris, Rege mandante per Alfonsum Suerii superjudicem.

Jacobus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> IX.<sup>a</sup>.

1271 Outubro 11, Lisboa — Doação ao infante D. Afonso, seu filho, dos castelos e vilas de Marvão, de Portalegre e de Arronches.

**Karta Infantis donni Alfonsi super castellis de Marvam et de aliis locis**

In nomine de sancta triidade do padre e do filyo e do spiritu sancto amen. Porque os omees sum mortaes e a renembrança dos feytos que fazen nom podem sempre durar nos coroações dos omees que depoys naçen. Porende foy achada a scripture que as cousas traspassadas per firmidoe da escriptura sejam sempre presentes. E porende eu don Affonso pela graça de deus Rey de Portugal e do Algarve en sembra cum mha moler Raya donna Beatriz filla do muy nobre Rey de Castela e de Leon e cum meu fillo don Dinis e cum mhas fillas donna Branca e dona Sancha cum todo meu sen, e cum todo meu entendimento en mha vida, e en mha saude e de mha boa voontade, dou e outorgo a vos don Affonso meu fillo e da sobredicta Raya dona Beatriz mha moler, os meus castelos e as mhas vilas de Marvam e de Portalegre e d' Arronches cum todos seus termynos desses castelos e dessas vilas e cum todas sas rendas e cum todas sas perteenças e cum todos aqueles dereytos reaes que eu hy ey e dev'aaver. Que vos ajades os davanditos castelos e vilas assy como de susedicto por voss'erdamento pera todo sempre, en tal guisa que vos los tenades e ajades en toda vossa vida e a vossa morte fiquem ou vossa fillo mayor que ouverdes leedimo. E se non ouverdes fillo leedimo, fiquem aa vossa mayor filla leedima se a ouverdes. E mando que esta condiçon seja guardada en todos aqueles filyos leedymos ou filyas leedimas que de vos decerem, que sempre esses castelos e essas villas fiquem ou mayor filyo leedimo, e se hy non ouver fillo leedimo, fiquem aa mayor filla leedima se a hy ouver. E esto seja guardado en todos aqueles que de vos decerem leedimos pera todo sempre. E se vos don Affonso meu filyo non ouverdes filyo ou filya leedima, os davanditos castelos e vilas tornesse al Rey de Portugal. E outrossi se vossa filyo, ou vossa filya, ou vosso neto, ou vossa neta, ou os outros que decerem de vossa semen leedimamente<sup>257</sup> non ouveren filyo leedimo, ou filya leedima, ou irmao, ou irmaa, ou tyo, ou tyá, ou outro propinquo que decenda leedimamente de vossa semen e o linagem que decer de vos leedimamente for estinto, os sobredictos castelos e vilas tornesse al Rey de Portugal sen neuia contenda e sen nen uum embargo. E vos nem neuu que de vos decenda non possades doar nem vender nem cambyar nem empenorar e nem emprazar nem alear os davanditos castellos e vilas en guisa que o senorio desses castelos e dessas vilas sempre seja guardado assi

<sup>257</sup> Segue-se *tre* sopontado.

como de suse e dicto. E esses castelos e eessas vilas recebede moeda de Portugal e fazede guerra e paz por Rey de Portugal, vos e todos successores vossos se vos Rey de Portugal non fezer mal ou força ou eixerdamento. E se pela ventura vos ele fezer mal, ou força, ou eixerdamento a vos ou a vossos successores, dizede lyo e frontade lyo ou lyo fazede dizer e frontar per alguem vos ou vossos successores en sa corte conuçudamente ata tres vezes que vos alçe força ou mal ou eyxerdamento que vos fezer. E se o ele quiser fazer recebede ende o corrigimento ou a enmenda e guardade ly todalas condicões de suso dictas. E se ele non quiser alcar a força ou mal ou o eixerdamento se volo fezer depos tal fronta como de susedicta, vos fazede o que virdes e entenderdes que devedes fazer sobre tal feyto. E aquele e aqueles que esta mha doaçon aguardarem assi como de susedicto, aja e ajam a mha beeçon, e a de deus padre poderoso. E se pela ventura algum ou algus contra esta mha doaçon e contra este meu feyto e contra esta mha carta quiser ou quiserem viir ou embargar ou quebrantar en nenhuma maneyra non no possa, nem possam fazer nem hy seja stavil quem quer que contra esto faça ou façam, ou queyra ou queyram fazer, e sobre tod'esto aja e ajam a mha maldiçon e a de deus padre poderoso. E esta mha doaçon e esta mha carta e este meu feyto, e estas condicões de suso dictas sejam firmes pera todo sempre, e que esta mha doaçon e este meu feyto seja mas firme e mas *[fl. 111]* stavil pera sempre, e nunca possa viir en duvyda dou ende a vos don Affonso meu filyo e da sobredicta Raya dona Beatriz mha moler esta mha carta aberta seelada do meu seelo, a qual carta confirmo e revoro cum mhas proprias maos. Dada in Lixboa, XI dias de October, Elrey o mandou en Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> IX.<sup>a</sup>.

Don Gonsalo Garsia alferaz confirma, don Johan Periz de Avoyn mayordomo maior del rey confirma, don Affonso Lopiz teendo Sousa confirma, don Diago Lopiz teendo Lamego confirma, don Meen Rodiguiz teendo a Maya confirma, don Martin Affonso teendo Monte Mayor confirma, Per'Eanes teente Alafone confirma, Pedro Ponço confirma, Pedr'Eanes de Portel teendo Leyrea confirma, Stevam Eanes teendo Chavas confirma, don Roy Garsia de Pavya teente Portalegre e Arronches confirma, Nuno Martinz meyrino mayor confirma, Laurenço Suariz confirma, Joham Rodriguiz de Briteyros confirma, Fernam Periz de Barvusa confirma.

Don Martin arcebispo de Bragaa confirma, don Vicente bispo do Porto confirma, don Matheus bispo de Lixboa confirma, don Duram bispo d'Evora confirma, frey Bartholomeu bispo de Silve [confirma], frey Vaasco bispo da Guarda confirma, Fernan Fernandiz Cogomino testis, Pedro Martinz Petario testis, ffrey Affonso Periz Faria da ordem do Espital testis, ffrey Geral Dominguez da ordem dos Preegadores testis, Affonso Soariz sobrejoyz testis, Roy Menendi

e Roy Gomes sobrejoyzes das alçadas testes, Pedr'Eanes porteyro e reposteyro mayor testis, Nicholao Saraça e Migael Fernandiz ychaes e scançaes testes, Pedro Martinz çaquiteyro, Pedro Fernandiz çevadeyro testis, Domingos Periz copeyro testis.

Don Stevam Eanes chanceler confirma, Domingos Soariz notayro del Rey a escreveu.

87

[491]

*1271 Outubro 16, Lisboa — Doação, em préstamo, a Rodrigo Afonso, bastardo régio, das herdades que tinha dado ao pai em Santarém e em Guimarães e seus termos.*

**Carta de donatione quam fecit Rodericus Alfonsi domino Regi de hiis que habebat in Sanctarena**

Noverint universi presentem cartam inspecturi quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii intendens facere gratiam et mercedem Roderico Alfonsi filio meo mando et concedo quod idem filius meus teneat de me et possideat omnes possessiones et hereditates quas ipse michi dedit in Sanctarena et in suis terminis, et in Vimaranis et in suis terminis et in omnibus aliis partibus Regni Portugalie, cum omnibus juribus et pertinenciis suis, tali videlicet pacto et conditione quod ipse Rodericus Alfonsi teneat et possideat omnes dictas possessiones et hereditates cum omnibus juribus et pertinenciis suis toto tempore vite sue. Ita tamen quod dictas possessiones et hereditates non possit nec debeat ipse Rodericus Alfonsi vendere nec donare nec emplazare nec pignorare nec testari nec aliquo modo alienare nec parte earum in vita nec in morte. Et si aliqua de supradictis idem Rodericus Alfonsi contravenerit mando et volo quod non valeat, sed tantum in vita sua faciat de fructibus et de rendis earumdem voluntatem suam. Et post mortem dicti Roderici Alfonsi dicte possessiones et hereditates cum omnibus juribus et pertinenciis suis integre et sine aliqua diminutione remaneant michi vel cui ego mandavero vel dedero in vita et in morte. In cuius rei testimonium dedi eidem Roderico Alfonsi istam cartam. Data in Ulixbona, XVI die Octobris, Rege mandante.

Johannes Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> IX.<sup>a</sup>.

[492]

1271 Outubro 28, Lisboa — Notícia da entrega dos castelos de Portalegre, Marvão e Arronches ao infante D. Afonso.

88

Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> IX.<sup>a</sup>, XXVIII die Octobris, mandavit dominus Rex integrare dono Alfonso filio suo castella de Portualaci et de Marvam et de Arronches per Martinum Martini vice portarium.

[493]

1271 Outubro 30, Lisboa — Carta ao concelho de Monforte para que deixe os homens de Vide Queimada talhar madeira e apascentar os seus gados, salvo na herdade que o chanceler tem no termo de Monforte (c. Portalegre).

### **Carta Magistri de Avis super talamento de madeyra de Vide Queimada**

Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii vobis alvazilibus et concilio de Monte Forti salutem. Sciatis quod magister de Avis dixit michi pro se et pro suo conventu quod non lexitatis homines de Vidi Queymada talhare madeyram in vestro termino nec pascere ibi suos ganatos sicut ipsi dicunt quod leyxant vos in suo termino. Unde mando vobis quod leyxetis homines de Vidi Queymada tallyare madeyram in vestro termino dum modo non talient maliciose nec pro ad revendendum sed sicut vicinis, et lexitatis eis pascere suos ganatos salvo tamen quod non talient nec pascant in hereditate Stephanni Johannis mei cancellarii de termino de Monte Forti. Et si vos contra illud quod supra dicitur volueritis aliquid dicere, veniatis perante me ab illa die qua videritis istam cartam usque ad novem dies per vos vel per vestros procuratores cum dicto magistro et conventu vel cum suo procuratore et audiam vos et dabo utriusque parti suum directum. Et mando quod tabellio de ipsa villa mittat michi dicere diem quam coram me debueritis comperere. Unde aliter non faciatis, sin autem ego faciam ibi quantum de directo fuerit faciendum. Et mando quod magister et conventus teneant istam cartam. Data Ulixbona, III.<sup>o</sup> Kalendas Novembris, Rege mandante per Alfonsum Suerii superjudicem.

Jacobus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> IX.<sup>a</sup>.

*1271 Dezembro 10, Lisboa — Arrendamento dos direitos e rendas da vila de Monsanto ao respectivo concelho.*

**Carta de renda de Monte Sancto**

Noverint universi presentem cartam inspecturi quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii arrendo vobis concilio de Montesancto omnes meas rendas et omnes meos directos de ipsa villa, et de suo termino, pro trecentis libris quas debetis dare in quolibet anno michi aut cui ego mandavero, ad tercias anni in salvo, scilicet centum libras pro prima die Madii et alias centum libras pro prima die Septembbris, et alias centum libras pro prima die Januarii. Et debetis incipere pagare istos denarios, pro prima die Madii proximo venturi et sic debetis dare in quolibet anno predictas trecentas libras in salvo, michi aut cui ego mandavero ad terminos supradictos. Et insuper debetis michi dare unum militem generosum quandocumque michi placuerit qui faciat michi menagium de meo castello de ipsa villa de Montesancto. Et debetis pagare unum militem de vestra pecunia pro tenencia de ipso castello *[fl. 111v]*. Et riquishomo non debet pausare in ipsa villa nec in suo termino, salvo quod si pausaverit per terminum ipsius ville et voluerit ibi pausare, pauset et comedat de suis denariis et non faciat ibi aliqua mallefactoriam. Et istud facio vobis dum michi placuerit. In cuius rei testimonium do vobis istum meam cartam. Data Ulixbona, X die Decembris, Rege mandante.

Jacobus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> IX.<sup>a</sup>.

*1271 Dezembro 30, Lisboa — Aforamento de um casal no concelho de Torres Vedras a Soeiro Pais Orvalho e sua mulher D. Mor.*

**Carta de foro casalis quod fuit Dominici Nigri**

Noverint universi quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii do vobis Suerio Pelagii dicto Orvalio et vestre donne Maiori et successoribus vestris pro ad semper illud meum casale quod fuit Dominici Nigri sub tali condicione quod vos laboretis eum bene et fideliter annuatim et quod vos et vestri successores debetis inde michi dare et meis successoribus annuatim terciam partem de fructu quod deus ibi dederit in salvo in aera et in lagare scilicet de pane et de vino et de lino et de legumha et de alliis et de cebollis. Et vos et vestri successores debetis inde michi dare et meis successoribus annuatim pro foro unam fogaciam de duobus alqueires de farina triticea peneyrata per medidam de Turribus Veteribus

et III capones bonos fauinatos et XXIII.<sup>or</sup> ova et unum porcum de uno anno et unum carnarium bonum de uno anno. Et mando quod vos Suerius Pelagii dictus Orvalio moretis ipsum casale et quod laboretis eum bene et fideliter et vos solus sitis quitus de oste et de anuduva. Et post mortem vestram remaneat illud casale vestro filio maiori quod habueritis et ille solus sit quitus de hoste et de anuduva. Et si forte non habueritis filium et habueritis filias remaneat illud casale vestre filie maiori quam habueritis et maritus ejus sit quitus de oste et de anuduva dum cum ipsa fuerit casatus. Et hoc sit observatum per totam vestram generationem descendendo per istam lineam sicut de maiori filio vel de maiori filia. Et mando et defendo quod nullus sit ausus quod faciat malum nec forciam vobis, quia quicumque vobis fecerit malum aut forciam tornarem me proinde ad illum et pectaret michi meum encautum sicut de meo regaego. In cuius rei testimonium dedi vobis Suerio Pelagii Orvalio et vestre uxori donne Maiori et vestris successoribus ut supradictum est istam meam cartam. Data Ulixbona, III.<sup>o</sup> Kalendas Januarii, Rege mandante.

Dominicus Suerii notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> IX.<sup>a</sup>.

[496]

*1272 Janeiro 5, Lisboa — Aforamento de um casal em Pedrulhos (fr. Santa Maria do Castelo e S. Miguel, c. Torres Vedras) a Pedro Mouro e sua mulher Maria Mendes.*

#### **Carta de foro casalis quod Pedrulos quod Dominici Didaci fuit**

Noverint universi quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii do vobis Silvestri Petri filio Petri Mauri et uxori vestre Marie Menendi et omnibus successoribus vestris pro ad semper illud meum casale de Pedrulos quod casale fuit Dominici Didaci, sub tali condicione quod vos laboretis eum bene et fideliter annuatim et quod vos et vestri successores detis inde michi et meis successoribus annuatim terciam partem de fructu quem deus ibi dederit in salvo in aera et in lagari scilicet de pane et de vino et de lino et de oleo et de legumina et de alliis et de cepis. Et vos et vestri successores debetis inde michi dare et meis successoribus annuatim pro foro VI alqueires de farina triticea peneyrata per medidam de Turribus Veteribus et tres capones bonos fauinatos et XXXVI ova et III carnarios bonos de singulis annis. Et mando quod vos Silvester Petri moretis ipsum casale et laboretis eum bene et fideliter et quod sitis quitus solus de hoste et de anuduva. Et post mortem vestram remaneat illud casale vestro filio maiori quod habueritis et sit quitus de oste et de anuduva, salvo quod ipse vester filius maior non sit clericus. Et si forte non habueritis filium et habueritis filias remaneat illud casale vestre filie

maiori quam habueritis et maritus ejus sit quitus de hoste et de annuduva, et si non habueritis filios nec filias remaneat illud casale vestro propinquiori maiori de vestro genere et faciat inde michi et meis successoribus istum forum, salvo quod non sit miles nec clericus nec monasterium nec homo ordinis. Et hoc sit observatum per totam vestram generationem descendendo per istam lineam, sicut de maiori filio vel de maiori filia, vel de maiori propinquo, ut supradictum est. Et mando et defendo quod nullus sit ausus quod faciat malum nec forciam vobis, quia quicumque vobis fecerit malum aut forciam tornarem me proinde ad illum et pectaret michi meum encautum, sicut de meo regaego. In cuius rei testimonium dedi vobis Silvestro Petri et uxori vestre Marie Menendi et vestris successoribus ut supradictum est istam meam cartam. Data Ulixbona, V.<sup>a</sup> die Januarii, Rege mandante.

Dominicus Suerii notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> X.<sup>a</sup>.

91

[497]

1272 Janeiro 20 (4<sup>a</sup> feira), Lisboa — Registo do envio de duas cartas para o mosteiro dos Pregadores de Lisboa, uma da doação de Tavira à ordem de Santiago por D. Sancho II e outra da confirmação da mesma pelo Papa Inocêncio IV.

#### **Memoriale de cartis ponitis in domo predicatorum Ulixbone**

Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> X.<sup>a</sup>, feria IIII.<sup>a</sup>, XX.<sup>a</sup> die Januarii, Ulixbona, mandavit dominus Rex ponere in domo fratrum predicatorum Ulixbone duas cartas, scilicet unam de donatione Regis donni Sancii de villa de Tavira et aliam confirmationis ipsius ville domini pape Innocentii.

[498]

1272 Janeiro 25, Lisboa — Aforamento de cinco casais no reguengo de Telões (fr., c. Amarante) a Fernão Peres de Telões e sua mulher Mor Soares.

#### **Carta Fernandi Petri de Teloes de quinque casalibus**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii, una cum uxore mea Regina donna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia, et filiis et filiabus nostris Infantibus dono Dionisio dono Alfonso donna Branca et donna Sancia, do et concedo vobis Fernando Petri et uxori vestre Maiori Suerii et omnibus successoribus vestris illa mea quinque casalia cum totis suis pertinenciis et cum suis quebradis que sunt

in meo regalengo de Toloes quod est apud Amarante tali videlicet pacto et condicione quod vos et successores vestri detis michi et successoribus meis annuatim pro foro et pro directuris de ipsis casalibus septuaginta marabitinos veteres, videlicet ad tercias anni, ita tamen quod vos nec successores vestri non possitis ipsa quinque casalia vel aliquid eorum nec partem eorum vendere nec donare nec apignorare nec elemosinare nec atestare nec cambiare nec emplazare nec aliquo alio modo alienare ordini nec militi nec scutifero *[fl. 112]* nec domine generose prelato nec clerico nec alicui persone religiose, sed si dicta casalia vel partem eorum vendere vel donare volueritis, vendatis vel donetis tali homini laboratori qui det michi et successoribus meis annuatim predictos septuaginta marabitinos ad tercias anni, et vos nec successores vestri non debetis ibi creare filium nec filiam militis nec domine generose nec alicujus potentis. In cuius rei testimonium dedi inde vobis istam meam cartam de meo sigillo sigillatam. Data Ulixbona, XXV die Januarii, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno maiordomum curie et per donnum Stephanum Johannis cancellarium et per Alfonsum Suerii superjudicem.

Johannes Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> decima.

[499]

*1272 Fevereiro 18, Lisboa — Aforamento de um casal na Várzea (fr. Campelo, c. Baião) a João Domingues e sua mulher Maria Martins.*

### **Carta de foro casalis de Varzea de Bayam**

Noverint universi presentem cartam inspecturi quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii, una cum uxore mea Regina donna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia et filiis et filiabus nostris Infantibus donno Dionisio donno Alfonso donna Blanca et donna Sancia, do et concedo vobis Johanni Dominici et uxori vestre Marie Martini illud meum casale quod est in villa de Varzea de termyno de Bayam ad forum, tali pacto quod plantetis et edificetis et moretis ipsum casale et detis michi et successoribus meis annuatim quartam partem de pane et de vino et de lino et de omni fructu quem deus ibi dederit, excepto de oleribus pro ad vestrum comedere, et excepta creancia de vestro ganato et de vestris avibus quas creaveritis. Et debetis dare pro pedida tres solidos et unum porcum de medio marabitino, et medium marabitini pro renda de terra pro calumpniis minutis, videlicet ad tercias anni. Et debetis dare unam freamam et unum carnarium et unum bragale de septem varis et unam spatulam et unum alqueyre de manteyga et quatuor gallinas et viginti ovos et unum cabritum et unum caponem, et omnia ista debetis dare annuatim. Et non debetis

vendere nec donare nec cambiare nec atestare nec helemosinare nec apignorare nec alienare aliquo modo ipsum casale ordini nec militi nec domine generose nec scutifero nec clérigo nec persone alicui religiose, sed si illud volueritis vendere, vendatis vel donetis illud tali homini qui faciat inde michi predictum forum. Et vos et successores vestri habeatis et possideatis ipsum casale in perpetuum et faciatis inde michi et successoribus meis predictum forum annuatim. Data Ulixbona, XVIII die Februarii, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum et per cancellarium et per Alfonsum Suerii superjudicem.

Jacobus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> X.<sup>a</sup>.

[500]

*1272 Fevereiro 19, Lisboa — Carta ao concelho de Beja para que se cumpra, no que diz respeito ao relego, o costume de Santarém.*

### **Forum super relego de Begia**

Don Affonso pela graça de deus Rey de Portugal e do Algarve, a vos alcayde e alvaziis e almoxariffe e tabellion e concello de Beja saude. Sabede que os relegueyros dessa vossa villa mi mandaron dizer que prendiam muitos agravamentos e muitos meos cabos e ca lys paravam mal o meu relego e ca lis vam contra a carta do foro. E sabede que eu espreguntey d'omees boos de como se usava en Santarem, e achey que o usavam assi en como volo mando dizer per esta ma carta. E porem sabede que eu mando aos relegueyros de Beja que cada que acharem aalgem levar o vio de furto que filem aquel vio que leva aquel omem ou aquela moler e que vaam aly hu vendem aquel vio de furto, e se ly quiserem abrir a porta da adega senon mando eu aos relegueyros que li bitem a porta da adega e que nunca la saem, ca assiachei que o usan en Sanctaren, e se ly acharen o torno aa cuba ou ou tonel ou o alcadafe, e se for tal o vio que levar aquel ou aquela ou a quen o acharem co meu da cuba ou do tonel, leve dele a pea assi como e conteudo na carta do foro, e seja pera qui frontado, e quando y for o relegueyro vaa y cum omees boos. Item mando que aquel vino que veer de carroto no relego que o non vendam senon nas trebolas ou nos odres ou en aquelo que o carretar e non no deyte en al, e venda o pela vila uxi quiser, salvo que o non vendam ant'a mha adega. Item mando que todo omem que for vizio da vila e for comprar vio fora da vila ou na vila ou de sa colleita venda y o vio e non pague o foro dos almudes no relego, mas se non for vizio pague o foro dos almudes. Item mando que os judeus que compram as uvas no novo e fazem adegas de vio que o façam, mais no[n] no vendam no relego sen mandado dos relegueyros no relego, ergo se o venderem a seus judeus, e non

no vendam a crischaos, e se lis for provado ca o venden a crischaos e lys acharem o torno aa cuba ou ou tonel e o alcadafe, e se for tal o vio que levar aquel ou aquela a que o acharem co meu da cuba ou do tonel, os relegueyros levem deles a pea assi come conteudo na carta do foro. Dada en Lixbona, XIX dias de Fevereyro, El Rey o mandou per don Johan Periz de Avoyn seu mayordomo, per don Nuno Martinz seu meyrino maior, per Roy Garsia de Pavya, per frey Giral Dominguez e per Joham Soariz Coelo e per Fernan Fernandez Cogomino.

Domingos Soariz a fez. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> X.<sup>a</sup>.

[501]

*1272 Janeiro 14, Lisboa — Aforamento de várias courelas na coutada de Randide (c. Torres Vedras) a vários foreiros.*

#### **Karta de foro de quayrelis de Randidi in termino de Turribus Veteribus**

Noverint universi quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii do vobis Petro Dominici genrro de Sansone primo in principio de fine in mea coutada de Randide in termino de Turribus Veteribus duas queyrelas. Item do vobis Suerio Orvalio duas queyrelas. Item do vobis Laurencio Martini crientulo de Suerio Orvalio duas queyrelas. Item do vobis Michaeli Johannis unam quayrelam et medium. Item do vobis Alfonso Petri filio Petri Martini quandam tabellionis de Turribus Veteribus unam quayrelam et medium. Item do vobis Martino Petri tabellioni de Turribus Veteribus unam quayrelam. Item do vobis Vincentio Petri dicto Reganado unam quayrelam. Item do vobis Martino de Armaz unam quayrela. Item do vobis Francisco Vincentii duas quayrelas. *[fl. 112v]* Item do vobis Gonsalvo Gonsalvi genrro Petri Alfonsi de Obidos duas quayrelas. Item do vobis Johannii Petri de Romeyra unam quayrelam. Item do vobis Michaeli Menendi genrro de Pelagio Alaleyma duas quayrelas. Item do vobis Johannii Pelagii genrro de donno Romeo unam quayrelam. Item do vobis Johannii Suerii de Monte Ferreyro duas quayrelas. Item do vobis Stephano Menendi unam quayrelam. Item do vobis donno Jurdano de Randedi tres quayrelas. Do vobis omnibus supranominatis istas coyrelas supranominatas et omnibus successoribus vestris pro ad semper sub tali condicione: quod vos et vestri successores laboretis eas bene et fideliter, annuatim, et quod vos et vestri successores detis inde michi et meis successoribus annuatim terciam partem de fructu quem deus in eis dederit, scilicet de pane, et de vino, et de lino, et de ol*< i >*o, et de legum*[in]la*, et de alliis, et de cepis, et panis debet colligi per se sicut est forum et mos de terra. Et vos supranominati non debetis colligere panem nec vinum,

nec linum, nec oleum, nec allia, nec cepullas, sine meo maiordomo. Et vos et vestri successores debetis inde michi dare et meis successoribus annuatim pro foro de qualibet quayrela supradictis duos alqueires de farina triticea peneyrata, per medidam de Turribus Veteribus, et singulos capones bonos fauinatos et duodecim ova. Et mando quod vos omnes supranominati laboretis ipsas quayrelas bene et fideliter annuatim, et post mortem uniuscujsque vestri remaneant ipse quayrele de mea cautata de Randedi vestro filio maiori uniuscujsque vestri quod habueritis, salvo quod non sit freyre, nec frater, nec clericus, nec cabalarius fidalgus. Et si forte unusquisque vestri non habuerit filium et habuerit filias remaneant ipse quayrele filie maiori vestre, quam habuerit, unusquisque vestri, salvo quod non sit de ordine, nec filia militis figalgui, nec uxor militis. Et si non habueritis filios nec filias remaneant ipse quayrele maiori propinquo de vestro genere, salvo quod non sit freyre nec frater, nec clericus nec miles fidalgus. Et si non habitus fuerit ibi propinquus, remaneant maiori propinque uniuscujsque vestri, salvo quod non sit fidalga nec de ordine nec uxor militis. Et si forte non habueritis ibi propinquum nec propinquam remaneant ipse quayrele, cui vobis placuerit, salvo quod non sit freyre, nec frater, nec clericus nec caballarius fidalgus, nec mulier de ordine, nec filia militis fidalgui, nec uxor militis, sed remaneant talibus hominibus qui laborent eas bene et fideliter annuatim, et quod dent inde michi et successoribus meis istud forum, et totos meos directos ut superius scriptum est. Et si forte eas vendere volueritis non vendatis eas freyre, nec frater, nec clericus, nec caballario fidalgo, nec filie militis fidalgui nec mulieri de ordine sed vendatis eas talibus hominibus qui laborent eas annuatim bene et fideliter, et quod dent inde michi et meis successoribus totos meos directos ut superius scriptum est. Et hoc sit observatum per totam vestram generationem descendendo per istam lineam, sicut dictum est de maiori filio et de maiori filia et de maiori propinquo et de maiori propinqua. Et mando et defendo quod nullus sit ausus qui faciat malum, nec dampnum in ipsa mea cautata, quia quicumque fecerit, ego tornarem me pro inde ad illum et pectaret michi et meis successoribus meum encautum sicut de meis regalengis de Turribus Veteribus. In cuius rei testimonium dedi vobis et vestris successoribus, ut supradictum est, istam cartam. Data Ulixbona, XIII.<sup>a</sup> die Januarii, Rege mandante.

Dominicus Suerii notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> X.<sup>a</sup>.

1272 Março 2, Lisboa — Aforamento de um herdamento reguengo com vinha em Ponte (c. Marco de Canaveses) a dois casais.

### **Karta de foro herdamenti et cuiusdam vinee de Benviver**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii do et concedo vobis Andree Egee et uxori vestre Marie Suerii, et Johanni Cocheno et uxori vestre Elvire Dominici, illud meum heredamentum regalengum cum vinea que ibi est, quod ego habeo in judicatu de Benviver, in loco qui dicitur Ponte, quomodo dividit de una parte cum casali de sancto Johanne in quo morantur Haspicas, deinde quomodo dividit de alia parte cum alio casali de ipso sancto Johanne quod vocatur Portela, deinde quomodo dividit cum alio casali de ipso sancto Johanne in quo moratur<sup>258</sup> Johannes Moniz de Ponte, tali condicione et pacto quod vos laboretis ipsum heredamentum et vineam bene, et detis inde michi vel successoribus meis annuatim quartam partem de pane et de vino et de omni alio fructu quem ibi deus dederit secundum forum et consuetudinem terre, et pro directura unam gallinam et decem ova, et non faciatis inde michi neque successoribus meis aliud forum, et vos habeatis dictum heredamentum cum dicta vinea in toto tempore vite vestre, sub pactis et conditionibus supradictis, et post mortem vestram remaneat successoribus vestris et habeant illud in perpetuum, et faciant inde michi vel successoribus meis illud forum quod supradicitur et non magis. Et vos non debetis ipsum heredamentum nec vineam vendere nec donare nec elemosinare nec cambiare nec aliquo alio modo alienare, militi nec scutifero filio de algo nec ordini nec domine generose nec clero, nisi tali homini qui faciat inde michi vel successoribus meis annuatim supradictum forum. In cuius rei testimonium dedi eisdem istam cartam. Data Ulixbona, II.<sup>a</sup> die Marcii, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno maiordomum curie et per cancellarium et per Johannem Suerii Conelium et per Petrum Martini Petarinum et per Alfonsum Suerii superjudicem.

Martinus Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> decima.

---

<sup>258</sup> No texto *morantur* com o *n* sopontado.

1272 Março 2, Lisboa — Aforamento de um herdamento reguengo em Arrifana (fr. Sande, c. Marco de Canaveses) a João Afonso e sua mulher Teresa Anes e a Maria Esteves e seus filhos.

### **Karta de foro cuiusdam herdamenti et vinee de Arrifana**

Noverint universi presentem cartam inspecturi quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii do et concedo vobis Johanni Alfonsi et uxori vestre Tarasie Johannis, et Marie Stephani quondam uxori Michaelis Alfonsi, et suis filiis, illum meum heredamentum regalengum quod est in judicatu de Benviver in loco qui vocatur Arrifana cum vinea que ibi est, quomodo dividit de una parte cum vinea Johannis Moniz de Ponte, deinde quomodo dividit de alia parte per rivulum maiorem, deinde quomodo dividit cum casale de devesis et de fl. 113<sup>l</sup> inde quomodo dividit per locum qui vocatur Pradus, tali condicione et pacto quod vos laboretis ipsum heredamentum et vineam bene, et detis inde michi vel successoribus meis annuatim quartam partem de pane et de vino et de omni alio fructu quem ibi deus dederit secundum forum et consuetudinem terre, et pro directuris unum quarazil de porco et unum caponem et decem ova et unum almude de tritico, et non faciat inde michi nec successoribus meis aliud forum, et vos habeatis dictum heredamentum cum dicta vinea, in toto tempore vite vestre, sub pactis et conditionibus supradictis, et post mortem vestram remaneat successoribus vestris et habeant illud in perpetuum et faciant inde michi vel successoribus meis illud forum, quod supradicitur et non magis. Et vos non debetis ipsum heredamentum neque vineam vendere nec donare nec elemosinare nec cambiare nec aliquo modo alienare, militi nec scutifero filio de algo nec ordini nec domine generose nec clero, nisi tali homini qui faciat inde michi vel successoribus meis annuatim supradictum forum. In cuius rei testimonium dedi inde eisdem istam cartam. Data Ulixbona, II.<sup>a</sup> die Marcii, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno maiordomum curie et per cancellarium et per Johannem Suerii Conelium et per Petrum Martini Petarinum et per Alfonsum Suerii superjudicem.

Martinus Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> X.<sup>a</sup>.

1272 Março 7, Lisboa — Aforamento da lezíria de Benavente (c. Benavente), que foi de Martim Anes, porteiro-mor do Rei e irmão do chanceler, ao mercador de Lisboa Domingos Martins de D. Clara e sua mulher Maria Mendes.

**Karta de foro de lizira de Benavente que fuit Martini Johannis germani cancellarii**

Noverint universi presentem cartam inspecturi quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii una cum uxore mea donna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia, et filiis et filiabus nostris Infantibus donno Dionisio, donno Alfonso, donna Blanca, donna Sancia, do et concedo vobis Dominico Martini dicto de donna Clara mercatori Ulixbone et uxori vestre Marie Menendi et cunctis successoribus vestris illam liziram de termino de Benavente, que fuit Martini Johannis quondam mei portarii maioris, tali pacto quod valletis eam et laboreatis et fructificetis eam et detis inde michi et omnibus meis successoribus annuatim quartam partem de pane et de lino et de legumine ferragine et de alliis et de cebolis, scilicet panem et leguminem in aera, et linum siccum in tendali. Habeatis vos et omnes successores vestri in perpetuum ab hac die in antea predictam liziram per predictum forum. Et tamen non debetis eam nec partem illius vendere nec donare nec cambiare nec apignorare nec atestare nec helemosinare nec aliquo alio modo alienare, ordini nec militi nec domine generose nec scutifero nec clero nec prelato nec alicui persone religiose, sed si eam vel partem illius vendere vel donare volueritis, vendatis vel donetis eam tali homini qui faciat michi et omnibus meis successoribus annuatim predictum forum complete. In cuius rei testimonium do vobis istam cartam meo sigillo sigillatam. Data Ulixbona, VII die Marcii, Rege mandante.

Jacobus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> X.<sup>a</sup>.

[505]

*1272 Março 10, Lisboa — Aforamento de um casal em Nogueira (fr. Medrões, c. Santa Marta de Penaguião) a Gonçalo Peres e sua mulher Ausenda Gomes.*

**Karta de foro casalis de Nogaria in judicatu de Penaguyam**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii, do et concedo vobis Gonsalvo Petri et uxori vestre Ousende Gomeci, et omnibus vestris successoribus ad forum illud meum casale quod jacet in Nogaria in judicatu de Penaguyam apud casale Petri Alfonsi de Nogaria, tali pacto quod detis inde michi et omnibus meis successoribus annuatim quartam partem panis de terrenis que sunt erupta et sextam partem de illis que ruperitis et quod detis michi medietatem vini de vineis que sunt facte, et de aliis vineis quas feceritis detis sextam partem, et ponatis pedem de uvis per tres vices derectamente, et non magis, et detis in mense Madii unum bragale

de septem varis, et unam spatulam de porco, et una teeygam de tritico, in die sancti Stephani sequenti post Natale domini, et in ipsa die detis medium marabitinum pro ramada, et pro entorviscada et pro aliis calumpniis minutis et detis maiordomo vitam per tres vices in anno ita quod qualibet vice<sup>259</sup> detis ei unam gallinam et tres panes centenos et unum alqueire de vino et pro directura unam gallinam et decem ova, et pro pedida de maiordomo unam cestam plenam de ceraseis, et aliam de fabis, et detis maiordomo pro promissa quatuor soldos, si fecerit vobis amorem maiordomus, et si feceritis rausum vel homicidium, vel miseritis stercus in ore, pectetis michi pro qualibet illorum triginta et tres marabitinos, et si feceritis furtum pectetis pro uno novem, et intregetis dominum furti, et si illud pectare non potueritis, faciant de vobis justiciam, et istud forum faciat et non magis, et habeatis vos et omnis vestra posteritas dictum casale per istud forum in perpetuum, et non passet ibi vobis maiordomus nec prestamarius, nec riquoshomo. In cuius rei testimonio do vobis istam cartam. Data Ulixbona, X.<sup>em</sup> die Marcii, Rege mandante per cancellarium et per Alfonsum Suerii superjudicem.

Jacobus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> X.<sup>a</sup>.

[506]

*1272 Março 17, Lisboa — Aforamento do reguengo de Mania Cabedal no termo de Elvas a Domingos Viegas e sua mulher Onega Gonçalves.*

### **Karta de foro regalengi de Mania Cabedal de Elvis**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii, do et concedo vobis Dominico Egee et uxori vestre Onegue Gonsalvi ad forum illud meum regalengum quod vocatur Mania Cabedal, quod jacet apud turrem que vocatur Manta Cabedal quod est in termino de Elvis. Do et concedo illud vobis et successoribus vestris ad forum tali pacto: quod detis inde michi et omnibus meis successoribus annuatim quintam partem de pane et de lino et de vino, si ibi vineam feceritis, et de toto alio fructu quod deus ibi dederit in ipso regalengo. Et tamen non debetis illud vendere nec donare nec nec atestare nec cambiare nec apignorare nec emplazare nec alienare aliquo alio modo, ordini nec militi nec domine generose nec clero nec prelato nec scutifero nec alicui persone religiose, sed si illud vel partem illius vendere vel donare volueritis vendatis vel donetis illud tali<sup>260</sup> homini qui *fl. 113v*] faciat

---

<sup>259</sup> Segue-se *in anno* riscado e sopontado.

<sup>260</sup> Segue-se *homini* riscado

michi et meis successoribus complete predictum forum. In cuius rei testimonium do vobis istam cartam. Data Ulixbona, XVII.<sup>a</sup> die Marcii, Rege mandante per cancellarium.

100

Jacobus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> X.<sup>a</sup>.

[507]

*1272 Março 23, Lisboa — Aforamento de casais em Lagoa, em Outeiro e em Bobadela de Basto (c. Boticas) a quatro foreiros e respectivas mulheres.*

**Karta de foro casalium de Lagoa et de Outeyro et de aliis locis**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii do et concedo vobis Martino Stephani et uxori vestre Marie Petri et successoribus vestris illud meum casale de Lagona, et vobis Martino Petri et uxori vestre Marie Garsie et successoribus vestris meum casale de Outeyro et vobis Petro Petri et uxori vestre Marine Petri et successoribus vestris meum casale de fundo de villa de Bovadela de Basto, et vobis Stephano Johannis et uxori vestre Orrace Johannis et successoribus vestris meum casale de cima de villa supradicta, ad forum tali pacto quod laboretis et populetis et plantetis ipsa casalia et detis inde michi et successoribus meis annuatim de vineis quas feceritis, quartam partem vini, et quinque quartas vini per quayram pro eyradiga, et quinque teeygas de pane per quintam, et unusquisque vestrum filiet unum quartarium de pane annuatim pro ad sementem, et post mortem vestram successores vestri dent michi et successoribus meis annuatim medietatem de vino, et debetis dare annuatim quintam partem de pane de hereditatibus quas arrumperaveritis, et quartam partem de hereditate arruta, et unusquisque vestrum debet dare michi et successoribus meis pro directuris singulas spatulas de porco de XII costis et duas gallinas et quindecim ova, et singulas teeygas de pane per quintam, et singulos cabritos et undecim varas de bragali et singulas quartas de marabitino, scilicet VI soldos et novem denarios pro offrecione. Item debetis dare pro pedida maiordomi, scilicet unusquisque vestrum annuatim duas queyjadas, et duos cabritos, et debetis eos dare in simul, et debet dare unusquisque vestrum pro luytosa melius signum quod habuerit ad suam mortem, et non debetis vendere nec emplazare nec atestare nec alienare nec cambiare nec helemosinare dicta casalia militi nec ordini, nec domine generose nec scutifero, nec alicui alii persone religiose, sed si ea vendere volueritis, vendatis ea tali homini qui faciat michi et successoribus meis predictos foros complete, et non debetis ibi creare filium nec filiam militis nec domine generose, nec scutifero nec alicujus potentis.

In cuius rei testimonium dedi inde vobis istam cartam. Data Ulixbona, XXIII  
<die> Marcii, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno maiordomum  
curie, et per cancellarium et per Alfonsum Suerii superjudicem

Johannes Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> X.<sup>a</sup>.

101

[508]

*1272 Abril 13, Lisboa — Aforamento de um casal em Bragada, no julgado de  
Guimarães, a Pedro Fernandes e sua mulher Fruilhe Gomes.*

### **Karta de foro casalis de Bragada in judicatu Vimaranis**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia  
Rex Portugalie et Algarbii do et concedo ad forum pro ad semper vobis Petro  
Fernandi et uxori vestre Froyli Gomecii et omnibus vestris successoribus unum  
meum casale quod est de novo factum de quebradis in Bragada de judicatu  
Vimaranis, tali pacto quod populetis et laboretis illud, et detis inde michi et meis  
successoribus annuatim, medietatem de vino, et terciam partem de pane. Et pro  
directura pro festo sancti Johannis tres soldos pro pedida, et unam teeygam de  
tritico pro fugacia. Et pro meytega septem soldos. Et pro festo sancti Michaelis,  
quatuor bragalia et duos capones cum viginti ovis et unam spadoam cum una  
teeyga de tritico et unum almude de castaneis et unum almude de vino. Et pro  
Entruydo unum cordarium album. Et pro Pasca pro caseo et pro manteyga tres  
soldos. Et pro leytiga tres soldos. Et pro servitio duodecim panos brancos et  
unum alqueyre de vino et unam gallinam, scilicet annuatim. Et quando  
decesseritis debetis dare luytosam. Et non debetis illud vendere nec donare nec  
cambiare nec helemosinare nec atestare nec emplazare nec aliquo modo  
alienare, ordini nec militi nec clero nec prelato nec domine generose nec  
scutifero nec alicui persone religiose, sed si ipsum casale vendere vel donare  
volueritis, vendatis vel donetis illud tali homini qui faciat inde michi complete et  
successoribus meis supradictum forum. In cuius rei testimonium do vobis istam  
cartam. Data Ulixbona, XIII die Aprilis, Rege mandante per donnum Johannem  
de Avoyno suum maiordomum et per cancellarium.

Jacobus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> X.<sup>a</sup>.

*1272 Abril 13, Lisboa — Registo da outorga dos aforamentos de dois outros casais em Bragada a dois foreiros e respectivas mulheres.*

102

### **Memoriale de cartis de foro**

Item eadem die et Era, consimilis littera de consimili foro data fuit Nicholao Johannis et uxori sue Marie Laurencii de uno casali de quebradis de predicto loco.

Item eadem die et Era, consimilis littera de consimili foro data fuit Durando Petri et uxori sue de uno casali de quebradis de predicto loco, sicut est in littera dicti Petri Fernandi.

*1272 Abril 13, Lisboa — Aforamento de um casal em Bragada, no julgado de Guimarães, a Gonçalo Gomes e sua mulher Maria Viegas.*

### **Carta de foro casalis facti de quebradis in predicto loco de Bragada**

Noverint universi presentem cartam inspecturi quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbi do et concedo ad forum Gonsalvo Gomeci et uxori vestre Marie Egee et omnibus successoribus vestris illud meum casale quod factum est de quebradis in Bragada de judicatu Vimaranis, tali pacto quod populetis et laboretis et edificetis et plantetis illud, et detis inde michi et omnibus meis successoribus annuatim, medietatem de vino et terciam partem de pane, et pro pedida decem et octo denarios et unam teeygam de tritico et unum bragale et duos capones et viginti ovos et unam spatulam et unum cabritum. Et pro servicio decem et octo denarios annuatim, et luytosam quando decesseritis secundum consuetudinem terre. Et non debetis ipsum casale vendere nec donare nec emplazare nec cambiare nec helemosinare nec atestare nec alio modo alienare, ordini nec militi nec clero nec prelato nec domine generose nec scutifero nec alicui persone religiose, sed si illud vendere vel donare vol/*fl. 114*ueritis, vendatis vel donetis illud tali homini qui faciat michi et meis successoribus annuatim istud forum complete. Et vos et omnes successores vestri, habeatis in perpetuum dictum casale, et faciatis michi et successoribus meis inde predictum forum, ut superius est expressum. In cuius rei testimonium do vobis istam cartam. Data Ulixbona, XIII die Aprilis, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum et per cancellarium.

Jacobus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> X.<sup>a</sup>.

1272 Maio 7, Lisboa — Aforamento de um casal em Douvinas a Domingos Anes.

**Carta de foro casalis quod dicitur Douvyas**

103

Noverint universi presentem cartam inspecturi quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii, do et concedo vobis Dominico Johannis filio Johannis Pelagii illud meum casale quod habeo in loco qui dicitur Douvinas ad forum videlicet quod faciatis ibi vineam, et laboreatis et fructificetis bene ipsum casale, et vos et successores vestri debetis inde michi dare et successoribus meis annuatim terciam partem de toto pane quem deus ibi dederit, et de vino in vita vestra terciam partem, et post mortem vestram successores vestri debent michi dare quolibet anno, et successoribus meis medietatem de vino, et vos et successores vestri debetis michi dare et successoribus meis pro foris de ipso casali quolibet anno unam spatulam de duodecim costis, et duos capones et quindecim ova, et unum cabritum, et unam fogaciam centenam qualem dederint vestri vicini, et unum bragale de septem varis, et vos et successores vestri debetis pectare calumpniam si eam feceritis, videlicet furtum, homicidium, rausum, et merdam in boca, et debetis dare luctosam, et vocare meum maiordomum, sicut vocant eum homines de meo regalengo, et non faciant vobis aliam forciam, et vos nec successores vestri non debetis ipsum casale vendere nec donare nec helemosinare nec atestare nec cambiare militi nec scutifero nec domine generose nec monasterio nec ecclesie nec alicui persone religiose, sed si illud vendere vel donare volueritis, vendatis vel donetis illud tali homini laboratori qui michi et successoribus meis faciant predictum forum complete. Et non debetis ibi creare filium nec filiam militis nec scutiferi nec domine generose nec alicujus potentis. In cuius rei testimonium dedi inde vobis istam cartam. Data Ulixbona, VII.<sup>a</sup> die Madii, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno maiordomum curie et per cancellarium et per Alfonsum Suerii superjudicem.

Johannes Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> X.<sup>a</sup>.

1272 Maio 6, Lisboa — Aforamento de um quarto de casal que tem com a ordem do Hospital e com o mosteiro de Refóios de Basto em Lobela (c. Cabeceiras de Basto), e metade de um souto em Britelo, a João Pais.

**Carta de foro casalis de Lobela et de sauto de Britelo**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii, do et concedo vobis Johanni Pelagii quartam partem

meam de illo casali, quod ego habeo cum Hospitali, et cum Refloriis in Lobela, et medium de quodam sapto quod habeo in loco qui dicitur Britello, quod vos faciatis inde unum casale integrum videlicet ad tale forum quod vos faciatis ibi vineam et laboreis et fructificetis bene ipsum casale, et vos et successores vestri debetis<sup>261</sup> inde michi dare et successoribus meis annuatim terciam partem de toto pane quem deus ibi dederit, et de vino in vita vestra terciam partem, et post mortem successores vestri debent michi dare quolibet anno et successoribus meis medietatem de vino et vos et successores vestri debetis michi dare et successoribus meis pro foris de ipso casali quolibet anno unam spatulam de duodecim costis, et duos capones et quindecim ova, et unum bragale de septem varis, et vos et successores vestri debetis pectare calumpniam si eam feceritis, videlicet furtum, homicidium, raussum et merda in boca, et debetis dare luytosam, et vocare meum maiordomum sicut vocant eum homines <de> regalengis meis, et non faciant vobis aliam forciam, et vos nec successores vestri non debetis ipsum casale vendere nec donare nec helemosinare nec atestare nec cambiare militi nec scutifero nec domine generose nec monasterio nec ecclesie nec alicui alii persone religiose, sed si illud vendere vel donare volueritis, vendatis vel donetis eum tali homini laboratori qui michi et successoribus meis faciat predictum complete forum, nec debetis ibi creare filium nec filiam militis nec scutiferi nec domine generose nec alic[ui]lus potentis. In cuius rei testimonium dedi inde vobis istam cartam. Data Ulixbona, VI.<sup>a</sup> die Madii, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno maiordomum curie et per cancellarium et per Alfonsum Suerii superjudicem.

Johannes Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> X.<sup>a</sup>.

[513]

*1272 Maio 6, Lisboa — Carta de legitimação de João de Lobeira, filho de Pedro Soares Alvim.*

### **Karta de legitimatione de Johanne Lobeyra**

Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii universis presentem cartam inspecturis notum facio, quod Petrus Suerii miles dictus Alvym venit perante me, et dixit quod volebat Johannem Lupariam filium suum naturalem, esse in omnibus bonis suis legittimum successorem, et peciit a me cum instancia, ut eumdem Johannem Lupariam facerem legittimum successorem <et ipsum decernerem suum legittimum successorem><sup>262</sup>. Et ego ejusdem Petri Suerii et prefati Johannis

<sup>261</sup> Entre a sílaba *de* e a sílaba *be* há um buraco no pergaminho.

<sup>262</sup> A expressão entre <> encontra-se escrita na margem direita, com chamada para o texto.

Luparie precibus inclinatus, attendens tibi et ejusdem Johannis Luparie merita probitatis et quod longis retro actis temporibus in curia mea michi et filiis meis fideliter deservivit, eumdem Johannem Lupariam in curia mea regali ac principali auctoritate ipsum natalibus restituo et ad omnes actos legitimos et ad successionem paternam una cum aliis filiis legitimis et heredibus prefati Petri Suerii, non obstante defectu natalium ad ejusdem Petri Suerii et de speciali gracia, in perpetuum censeo admittendum. Quoniam legitimationem et cessionem sepedictus Petrus Suerii laudans in perpetuum ac concedens, eumdem Johannem Lupariam auctoritate mea statim coram me in curia mea recepit in suum filium legitimum et heredem. In cuius rei testimonio dedi eidem Johanni Luparie istam cartam meo sigillo sigillatam. Data Ulixbona, VI.<sup>a</sup> die Madi, Rege mandante per Magistrum Petrum phisicum.

Jacobus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> X.<sup>a</sup>.

[514]

*1272 Maio 12, Lisboa — Carta de doação a Martim Afonso, bastardo régio, de bens em Santarém, que haviam sido de Rodrigo Afonso, também bastardo régio.*

**[fl. 114v] Carta Martini Alfonsi de donatione sibi facta de bonis que fuerunt Roderici <Alfonsi>**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii una cum uxore mea Regina donna Beatrice, Illustris Regis Castelle et Legionis filia, et filiis et filiabus nostris Infantibus dono Dionisio dono Alfonso donna Blanca et donna Sancia, do et concedo jure hereditario in perpetuum Martino Alfonsi filio meo filiis ac filiabus suis ab eo legitime descendantibus, omnes hereditates et possessiones quas ego habeo in Sanctarena et in suis terminis cum omnibus juribus et pertinenciis suis, quas ego habeo de Roderico Alfonsi meo filio qui mortuus est, que pertinebant ad ipsum Rodericum Alfonsi, tam ex successione quam ex emptione ac donatione seu quocumque alio titulo, tali videlicet condicione quod si dictus Martinus Alfonsi mortuus fuerit, vel filii sui aut nepotes sui mortui fuerunt sine prole legitima ad me vel ad successorem meum, predicte hereditates et possessiones libere ac integre revertantur. Si quis igitur hanc meam donationem et concessionem integre observaverit sit benedictus a deo amen. Qui vero illam fregerit, maledicionem dei et mei habeat in eternum. In cuius rei testimonium do inde istam cartam dicto Martino Alfonsi meo sigillo plumbeo sigillatam. Data Ulixbona, XII die Madii, Rege mandante, Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> X.<sup>a</sup>.

Donnus Gonsalvus Garsie alferaz, donnus Johannes de Avoyno maiordomus, donnus Martinus Alfonsi tenens rippam de Vauga, donnus Alfonsus Lupi tenens Sausam, donnus Didacus Lupi tenens Lamecum, donnus Menendus Roderici tenens Mayam, donnus Petrus Johannis de Portel tenens Leyrenam, donnus Petrus Johannis tenens Trasserram, donnus Stephanus Johannis tenens Chaves, donnus Petrus Poncii, confirmant.

Rodericus Garsie de Pavya, Fernandus Fernandi Cogomino, Alfonsus Petri Farina, Martinus Johannis de Vinali, Petrus Martini Petarinus, testes.

Magister Petrus Juliani electus Bracarensis, donnus Vincentius Portugalensis episcopus, frater Valascus Egitaniensis episcopus, donnus Dominicus electus Lamecensis, ecclesia Visensis vacat, ecclesia Colimbriensis vacat, donnus Matheus episcopus Ulixbonensis, donnus Durandus Elborensis episcopus, frater Bartholameus Silvensis episcopus, confirmant.

Alfonsus Suerii, Rodericus Gomeci, Rodericus Menendi, superjudices, confirmant.

Magister Petrus phisicus, Dominicus Johannis clericus, Magister Bolonil, testes.

Donnus Stephanus Johannis cancellarius curie confirmat, Jacobus Johannis notarius cancellarie notuit.

[515]

*1272 Maio 18, Lisboa — Aforamento de um casal reguengo em Cepões (fr., c. Ponte de Lima) a Nuno Pais e sua mulher Mor Anes.*

### **Carta de foro casalis de Cepones**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii, do et concedo vobis Nuno Pelagii et Maiori Johannis uxor vestre et successoribus vestris illud meum casale regalengo de Cepoes quod dividit cum illo meo casale regalengo quod tenet Johannes Menendi tali pacto quod vos populetis et laboretis ipsum casale, et detis inde michi et omnibus meis successoribus annuatim medietatem panis et vini et lini et leguminum, et unum marabitinum et medium veterem et duos capones et viginti ova, pro directura, pro festo sancti Michaelis. Et vos non debetis vendere nec donare nec helemosinare, nec cambiare nec apignorare nec emprazare, nec aliquo alio modo alienare, ordini nec militi nec domine generose nec scutifero nec clero nec alicui persone religiose, casale supradictum, sed si illud vendere vel donare volueritis, vendatis vel donetis illud tali homini qui faciat inde michi et omnibus meis successoribus predictum forum complete. In cuius rei testimonium do vobis istam cartam. Data Ulixbona, XVIII die Madii, Rege mandante per donnum

Johannem de Avoyno suum maiordomum et per Rodericum Garsie de Pavya et per Alfonsum Suerii superjudicem.

Jacobus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> X.<sup>a</sup>.

107

[516]

*1272 Maio 20, Lisboa — Aforamento de uma vinha em Sande (fr., c. Marco de Canaveses) a João Afonso e sua mulher; e a Maria Esteves, viúva, e seus filhos.*

**Carta de foro de vinea de Benviver quam tenebat ecclesia de Sandi**

Noverint universi presentem cartam inspecturi quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii do et concedo vobis Johanni Alfonsi et uxori vestre Tarasie Johannis et Marie Stephani quondam uxori Michaelis Alfonsi et filiis ipsius Marie Stephani et omnibus vestris successoribus ad forum illam meam vineam quam solebat tenere ecclesia sancti Martini de Sandi de judicatu de Benviver, que vinea dividit cum illo meo herdamento regalengo quod vocatur Arrifana quod vobis dedi ad forum per aliam meam cartam. Do et concedo vobis dictam vineam ad forum tali pacto quod laboretis eam bene, et detis inde michi et meis successoribus annuatim terciam partem de vino in salvo, et in lagari, et quod detis pro directuris unum carazil de porco, et unum caponem et X ova, et unum almude de tritico. Et vos habeatis eam pro ad semper per istud forum supradictum, et si eam volueritis vendere vel donare, vendatis vel donetis eam tali homini qui faciat michi et meis successoribus de illa predictum forum complete, sed non debetis eam vendere nec donare nec cambiare nec emplazare nec atestare nec apignorare nec<sup>263</sup> elemosinare, nec aliquo alio modo alienare, ordini nec militi nec domine generose nec clero nec prelato nec scutifero nec alicui alii persone religiose. In cuius rei testimonium, do vobis istam meam cartam. Data Ulixbona, XX.<sup>a</sup> die Madii, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum et per cancellarium et per Alfonsum Suerii superjudicem, et per alios de consilio suo.

Jacobus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> X.<sup>a</sup>.

---

<sup>263</sup> No texto: *b*nec, com o *b* sopontado.

1272 Maio 12, Lisboa — Doação de vinte mil libras ao infante D. Afonso, que ficarão sob custódia da Rainha até à sua morte.

108

### **Carta Infantis donni Alfonsi super donatione viginti milia librarum**

Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii universis presentem litteram inspecturi, notum facio quod ego cum consensu et voluntate Regine donne Beatricis uxoris mee, filii filiarumque mearum, donni Dionisii, donne Brance, donne Sancie, do et concedo donno Alfonso<sup>264</sup> meo filio, viginti milia librarum [fl.115] de denariis veteribus monete Portugalie, tali condicione quod si ipse donnus Alfonsus mortuus fuerit prius quam ego, vel donnus Dionisius mortuus fuerit antequam donnus Alfonsus, ad me dicta pecunia integre ac libere revertatur. Et ista pecunia supradicta debet esse in custodia penes Reginam memoratam. Et ipsa Regina post mortem meam debet statim dare memorato donno Alfonso filio meo, aut cui ipse mandaverit, pecuniam supradictam, libere et in loco in quo sit salvum ipsius donni Alfonsi, si ego ante mortuus fuero quam donnus Alfonsus. Si vero dicta Regina mortua fuerit antequam dicta pecunia dicto donno Alfonso reddatur, ipsa Regina debet mandare aut facere dictam pecuniam ponere, in aliquo loco seculo unde donnus Alfonsus eam possit habere libere et ad salvum ipsius donni Alfonsi. Et ego dicta Regina supradictam pecuniam recipio sub condicionibus memoratis, et ad eas me obligo observandas et eas juro et promitto bona fide observare. Et ut hec in dubium non vertatur, nos predicti Rex et Regina facimus inde fieri tres cartas consimiles et eas nostris sigillis sigillari, in testimonium huius rei, quarum una remaneat penes me supradictum Regem, et alia penes me supradictam Reginam, et alia penes predictum donnum Alfonsum. Data Ulixbona, XII die Madii, Rege mandante per Fernandum Fernandi Cogomino et per Dominicum Johannis clericum dictum Jardum.

Jacobus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> X.<sup>a</sup>.

1272 Maio 29, Lisboa — Aforamento de um reguengo em Valugas (fr. *Bornes de Aguiar, c. Vila Pouca de Aguiar*) a seis foreiros.

### **Carta de foro regalensi de Balugas in termino de Aguyar**

Noverint universi presentem cartam inspecturi quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii do et concedo ad forum vobis Johanni Menendi et uxori

<sup>264</sup> Tal como já assinalámos para o rosto desta folha, há um buraco no pergaminhos que faz separar, aqui, a última sílaba de *Afonso* do resto da palavra.

vestre Marie Gomecii, et Dominico Menendi et uxori vestre Marie Gonsalvi, et Michaeli Petri et uxori vestre Marie Martini, et Martino Menendi et uxori vestre Maiori Garsie, et Martino Menendi et matri vestre Marie Menendi, et Dominico Petri et matri vestre Marie Johannis et omnibus vestris successribus, illud meum regalengum quod est in loco qui dicitur Balugas, de termino de Aguiar sicut dividit per portum sancti Martini et vadit ad portelam de Balugas et deinde ad fundum de Milera de Saxo et vadit per lumbum ad infestum per cimam de Castelares, et quomodo dividit cum Lagua, et deinde cum ambabus Barvadaes et deinde com Eyris et vadit ad cimam de infestis et vadit ubi termini dividi inceperunt. Do et concedo vobis dictum regalengum ad forum tali pacto, quod populetis et laboreatis et fructificetis illud, et detis inde michi et meis successoribus omnibus annuatim quintam partem de pane et de lino et de legumine, videlicet tam de arupto quam de non arupto, et detis terciam partem de vino, si ibi vineas habueritis. Et ad istas res supradictas, debetis vocare meum maiordomum, et metiri cum eo, et debetis illum vocare per duas vel tres vices, et si noluerit ire testimoniate cum bonis hominibus, et maliate et metite coram bonis hominibus, et custodite meum directum usque ad festum sancti Michaelis de Septembro, et ex tunc non respondeatis inde de illo in ipso anno. Et detis pro eyradiga singulas teeygas de pane mediato. Et detis pro Natale, in loco qui dicitur Condado singulas spadoas de porco cum singulis galinis et com decem decem ovis et cum duobus duobus panibus de centeno quales eos feceritis in vestris casis. Et detis annuatim singulos medios marabitinos ad tercias anni, secundum consuetudinem terre. Et quando aliquis vestrum obierit, dent pro luytosa illius, unum marabitinum, et istud forum faciatis semel in anno et non magis. Et meus riqushomo nec suus prestamarius non intrent nec pausent in vestra villa, et non eatis ad castellum, nec ad intorviscadam, nec filient vobis ibi conduytum, nec detis ofrecio nem, nec respondeatis de achaque, nec pectetis nisi quatuor calumpnias, scilicet furtum, rausum, homicidium et stercus in ore, et detis pro homicidio et pro rausso et pro stercore in ore decem marabitinos, et sit testimonio bonorum hominum, de vestra porochia. Furtum quale feceritis tale pectetis, et non debetis vendere nec donare, nec cambiare nec helemosinare nec atestare nec apignorare nec emplazare nec alienare aliquo modo ipsum regalengum nec partem illius militi, nec ordini nec domine nec clero nec prelato nec scutifero nec alicui persone religiose. Sed si illud vendere vel donare volueritis, vendatis vel donetis illud talibus hominibus qui faciant inde michi et meis successoribus annuatim complete supradictum forum. In cuius rei testimonium do vobis istam cartam. Data Ulixbona, XXIX die Madii, Rege mandante per cancellarium et per Alfonsum Suerii superjudicem.

Jacobus Johannisi notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> X.<sup>a</sup>.

1272 Junho 12, Lisboa — Aforamento de um casal em Cepões, na terra de S. Martinho (c. Ponte de Lima), a João Mendes e a Pedro Afonso e respectivas 110 mulheres.

### **Carta de foro casalis de Cepones in terra sancti Martini**

Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii, universis presentem cartam inspecturis notum facio, quod ego do et concedo vobis Johanni Menendi et uxori vestre Marie Martini, et Petro Alfonsi et uxori vestre Marine Salvatoris et omnibus vestris successoribus ad forum illud meum casale quod est in Cepoes in terra de sancto Martino, tali pacto quod vos populetis et laboreatis et fructificetis ipsum casale, et detis inde michi et meis successoribus omnibus annuatim medietatem de pane et de vino et de lino et de leguminibus, et pro directuris in festo sancti Michaelis unum marabitinum et medium veterem, et duos capones et viginti ova. Et vos non debetis vendere nec donare nec helemosinare nec cambiare nec apignorare nec enprazare nec atestare nec aliquo alio modo alienare predictum casale ordini nec clerico nec militi nec domine nec scutifero nec prelato nec alicui persone religiose, sed si illud vendere vel donare volueritis vendatis vel donetis illud tali homini qui faciat inde michi et omnibus meis successoribus annuatim complete predictum forum. In cuius rei testimonium do vobis istam mean cartam. Data Ulixbona, XII.<sup>a</sup> die Junii, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno [fl. 115v] suum maiordomum et per cancellarium et per Alfonsum Suerii superjudicem.

Jacobus Johannisi notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> X.<sup>a</sup>.

1272 Março 5, Lisboa — Carta de feira de Bragança.

### **Carta de feyra<sup>265</sup> de Bragancia**

Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii universis presentem cartam inspecturis notum facio, quod ego mando facere feyram in Braganciam et quod incipiatur annuatim fieri, quindecim diebus transactis de mense Julii, et duret per XV.<sup>cim</sup> dies completos. Et omnes illi qui venerint ad ipsam feriam ratione vendendi vel comparandi sint securi de ida et de viida quod non pignorentur in meo regno pro aliquo debito, videlicet in illis octo diebus que venerint antequam feria incipiatur, et in illis quindecim diebus in quibus duraverit ipsa feyra, et in illis octo diebus qui primo venerint postquam exiverit ipsa feyra, nisi pro debito quod factum fuerit in ipsa feyra. Et ut nullus timeat venire ad ipsam feyram, propter hoc

---

<sup>265</sup> No texto: *feyris*.

do istam meam cartam meo sigillo sigillatam quam teneant judices de Bragancia in testimonium. Et pono tale cautum super hoc, quod quicumque malum fecerit hominibus qui venerint ad ipsam feyram pectet michi sex mil soldos et duplet illud quod filiaverit domino suo. Et omnes illi qui venerint ad ipsam feyram cum suis merchandiis solvant michi meam portaginem et omnia jura mea que de ipsa feyra solvere debuerint. Et homines de foris tam venditores quam comparatores solvant in ipsa feyra meam portaginem et jura mea que de ipsa feyra solvere debuerint. Data Ulixbona, V.<sup>a</sup> die Marcii, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum et per cancellarium.

Jacobus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> X.<sup>a</sup>.

[521]

*1272 Julho 1, Lisboa — Aforamento de três quartos de um casal em Marachães, no julgado de Aguiar.*

### **Karta de foro casalis de Marachaes in Aguyar**

Noverint universi presentem cartam inspecturi quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii do et concedo vobis Suerio Petri ad forum illas meas tres partes de illo casali quod est in Marachanes de judicatu de Aguyar, tali pacto quod vos populetis, laboreatis et fructificetis illas tres partes predicti casalis, et detis inde michi et meis successoribus annuatim terciam partem panis, et medietatem de vino, et pro directura quinque soldos et unum franganum et decem ova, et non debetis vendere nec donare nec cambiare nec atestare nec aliquo modo alienare ipsas tres partes ipsius casalis, nec partem earum, ordini nec militi nec domine generose nec alicui potenti, nec prelato nec scutifero nec aliter persone religiose, sed si eas vendere vel donare volueritis, vendatis vel donetis illas tali homini qui faciat michi et successoribus meis complete predictum forum. In cuius rei testimonium dedi inde vobis istam meam cartam. Data Ulixbona, prima die Julii, Rege mandante per cancellarium et per Alfonsum Suerii superjudicem.

Johannes Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> X.<sup>a</sup>.

[522]

*1272 Julho 2, Lisboa — Aforamento de um reguengo em Cidadelha (fr. Vila Pouca de Aguiar, c. Vila Pouca de Aguiar) aos povoadores dessa vila.*

### **Carta de foro de regalengo de Cividadelia**

Noverint universi quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii una cum uxore mea Regina donna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia et

filiis et filiabus nostris Infantibus dono Dionisio dono Alfonso donna Branca et donna Sancia, facio cartam de foro perpetue firmitudinis vobis populatoribus de Cividadelia de toto meo regalengo quod habeo in ipsa villa et in suis terminis, quomodo dividitur de una parte cum termino de Jugal, deinde com Calvos, deinde cum Nuzedo per Fouchom quomodo vertitur aqua contra Petram Acutam, deinde ad foz de Matados et vadit ad Penetum de Armada, et vadit directe donec ferit in Penetum de Cima de Rabo de Bove et quomodo partitur cum Cabanis, et tornat se ad illum locum ubi fuit primitus inchoatum. Do et concedo vobis et omnibus successoribus vestris predictum regalengum de Cividadelia quod ibi habeo infra terminos predictos cum omnibus juribus et pertinenciis suis, cum omnibus ingressibus et regressibus, pascuis, montibus, fontibus et aliis aquis suis, salvo jure alieno si quod est infra terminos supradictos talibus condicionibus et pactis, videlicet quod vos et successores vestri recipiatis annuatim meum maiordomum qui recipiat omnia jura mea, et faciatis ibi duodecim casalia, et detis inde michi et omnibus successoribus meis annuatim de illis hereditatibus que modo sunt rupte, quartam partem de pane, de vino, de lino, de leguminibus, de alliis et de cepis. Et de arboribus quas de cetero contingerit vos vel successores vestri plantare in aliquo loco rupto predicte hereditatis unde consueverit michi dari porcio panis vel vini, vel lini, vel leguminum, vel alliorum, vel ceparum. Item detis michi et successoribus meis de illis hereditatibus quas de novo de cetero rupperitis sextam partem in salvo, et de quolibet casali singulos sextarios de pane pro eyradiga, et singulas spatulas de porco cum singulis galini<s>, cum decem decem ovis, et cum duobus duobus panibus centenis quales eos feceritis in domibus vestris in condado, et in mense Maii duos carnarios de singulis annis cum duodecim panibus centenis quales eos feceritis in domibus vestris. Detis eciam michi vel successoribus meis duodecim marabitinos annuati[m] ad tercias anni, et detis pro luytosa quando decesseritis in aliquo dictorum casalium, unum marabitinum tantum videlicet quilibet vestrum vel successorum vestrorum pro se quando decesserit. Item pectetis michi et successoribus meis tres calumpnias tantum scilicet homicidium, rausum, et stercus in ore, si eas feceritis, dum modo aliqua istarum fuerit probata per testimonium bonorum hominum, et pro qualibet dictarum calumpniarum pectetis decem marabitinos tantum, de quibus ego vel successores mei debemus habere medietatem et vos populatores aliam medietatem. Et si quis vestrum vel successorum vestrorum furtum fecerit, componat novies ipsum furtum, et non respondeatis unquam de achaque, nec detis offrecionem nec conduyutum nec eatis ad castellum, nec ad exercitum, nec ad torviscadam, nec ad fossadum nisi cum corpore Regis dum fuerit inter Dorium et Minium. Et ricushomo nec prestamarius de ipsa terra non *fl. 116* pauset in dicto meo regalengo, nec eciam maiordomus qui faciat vobis forciam, nec tortum. Et mando quod meus

maiordomus qui andaverit in ipsa terra saquet vobis illum panem meum de casis vestris quem ibi tenueritis, a festo sancte Marie de Agusto, usque ad festum sancti Michaelis de Septembrio. Et si maiordomus non tiraverit illum panem vobis ut dictum est, perdat illum et pectet eum de suo, et vos non detis nec faciat michi vel successoribus meis aliud forum nisi ut superius anotatur, et non habeatis potestatem vendendi, donandi, pignorandi, cambiandi, implazandi nec helemosinandi, nec aliquo alio modo alienandi, predictum meum regalengum vel aliquam partem ipsius, cum aliqua persona nobili religiosa vel ecclesiastica nisi cum tali persona que sit talis condicionis qualis vos estis, que compleat et faciat michi et omnibus meis successoribus omnia supradicta. Habeatis igitur vos et omnes successores vestri predictum regalengum de Cividadelia cum omnibus juribus terminis et pertinenciis suis, ut supradictum est in perpetuum sub conditionibus supra scriptis. In cuius rei testimonium dedi istam cartam eisdem populatoribus de Cividadelia. Data Ulixbona, II.<sup>a</sup> die Julii, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum et per donnum Stephanum Johannis cancellarium et per Alfonsum Suerii superjudicem.

Franciscus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> X.<sup>a</sup>.

[523]

*1272 Agosto 15, Lisboa — Demarcação dos termos do castelo de Guimarães, na sequência de inquirição para esse efeito e para averiguação de foros e direitos.*

#### **Carta de terminis de castello de Vimaranis**

Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii vobis almoxyxariffo et judici et maiordomo Vimaranis qui modo estis et qui de cetero pro tempore fueritis, salutem. Sciatis quod ego mandavi per meam cartam priori monasterii sancti Torquati et priori claustrali monasterii de Costa, et Gonsalvo Menendi meo judici qui ambulat cum donno Nuno Martini meo meyrino maior et Vincentio Johannis tabellioni Vimaranis quod ipsi bene et fideliter inquirerent de bonis hominibus ad sancta dei evangelia conjuratis per ubi erant termini de castello Vimaranis; et si homines de ipso castello debebant pectare vocem et calumpniam.; et quantas calumpnias debebant pectare; et si debebat maiordomus Vimaranis intrare predictum castellum Vimaranis; et pro quantis rebus ipse maiordomus debebat illuc intrare; et si debebat relegarius intrare predictum castellum, et in quomodo illuc debebat intrare; et quos usos et custumes habuerunt et habebant predicti homines de castello supradicto; et quis dederat eos illis. Et ipsi miserunt michi inquisitionem quam inde receperunt clausam sub suis sigillis. Et ego visa ipsa inquisitione et habitu diligenter consilio super ea, inveni quod termini supradicti

castelli Vimaranis sunt: a Veela de Pelagio Vermudii que consuevit dici de Tuyrigo, deinde ad Savugal, deinde ad Corredeyram ubi habitat Petrus Garsie petrarius, deinde ad petram de Menendo Mao, deinde per sub locum ubi inforcant homines, deinde ad palatum de Menendo Mao, deinde ad devesam que erat de Pee quam taliaverunt homines de Bragaa, deinde ad supradictam Veelam. Et inveni quod predicti homines debent pectare tres calumpnias tantum, scilicet merdam in bucam et rausum et hominem mortuum. Et quod maiordomus Vimaranis non debet intrare castellum Vimaranis, nisi pro portagio de hominibus de fora. Et si aliquis homo de castello supradicto fecerit aliquam de supradictis tribus calumpniis, dictus maiordomus debet eundem hominem petere ad directum alcaldibus de predicto castello. Et si eum non dederint maiordomo ad directum, tunc maiordomus debet ipsum hominem pignorare extra castellum et terminos supradictos, si ei invenerit per quod possit habere de illo calumpnia quam fecerit. Et si ei maiordomus extra castellum et terminos supradictos non invenerit per quod possit habere calumpniam, maiordomus debet pignorare homines de predicto castello in illis que eis invenerit extra castellum et terminos supradictos, quousque dent ei ad directum, illum qui fecerit calumpniam. Et inveni quod relegarius debet intrare supradictum castellum, et custodire suum relegum, et dare ibi dictis hominibus unam tabernam de bono vino, aut duas. Et inveni quod homines supradicti habent istos usos et custumes, scilicet debent custodire supradictum castellum, et ire ad velam de ipso castello, et debent mittere per se alcaldes et andatorem et non debent ire ad hoste, nec ad anuduvam, nec ad fossatum. Et inveni quod Rex donnus Alfonsus vetus meus bisavus dedit eis istos usos et istos custumes. Unde judicando mandavi et mando quod homines de castello supradicto, teneantur ad foros, et ad usos et ad custumes superius nominatos. Et mando vobis almoxariffo et judici et maiordomo qui modo estis et qui de cetero fueritis, quod teneatis et faciatis tenere homines de predicto castello, ad predictos foros et usos et custumes supradictos, et quod agardetis eos illis. Et ipsi homines faciant et compleant michi et successoribus meis quos inde michi et successoribus meis tenentur facere et complere. In cuius rei testimonium dedi supradictis hominibus istam cartam. Data Ulixbona, XV.<sup>a</sup> die Agusti, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum et per cancellarium et per Rodericum Garsie de Pavia et per Johannem Suerii Conelium et per Fernandum Fernandi Cogomino et per Martinum Johannis de Vinali et per Alfonsum Petri Farina et per fratrem Geraldum Dominici et per Magistrum Petrum phisicum et per Petrum Johannis decanum Silvensem et per Dominicum Johannis dictum Jardum et per Magistrum Bolonil.

Jacobus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> X.<sup>a</sup>.

1272 Agosto 27, Lisboa — Carta para que os povoadores de Tavira tenham seus herdamentos e seus termos estabelecidos a partir do S. Miguel.

**Carta de herdamentis vingadis de Tavira et de suis terminis**

Sabam todos aqueles que esta carta virem e ouvirem que eu don Alfonso pela graça de deus Rey de Portugal e do Algarve mando e outorgo que os pobradores de Tavira e de seus termhos ajam seus herdamentos e seus termhos vingados des San Migueel adeante. E no testemuyo da qual cousa dou ende a esses pobradores de Tavira e de seus termhos esta mha carta aberta. [fl.116v] Dada em Lixbona, XXVII dias d' Agosto, El Rey o mandou.

Pedro Periz a fez. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> X.<sup>a</sup>.

1272 Agosto 27, Lisboa — Registo da outorga do documento anterior aos povoadores de Silves, Loulé, Faro e Aljezur.

Item in eadem die concilia de Silve et de Loule et de sancta Maria de Faaron et de Aljazur habuerunt tales consimiles cartas de vingamento de suis herdamentis.

1272 Setembro 9, Lisboa — Adjudicação ao Rei dos castros de Mogadouro e de Penas Róias (fr., c. Mogadouro) com todos os direitos e pertenças que a ordem do Templo reivindicava.

**Karta de contendā inter dominum Regem et magistrum et fratres de Templo super castellis et villis et terra plana**

Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii, universis presentem cartam inspecturis notum facio quod cum ego intellexisse quod magister et fratres de Templo tenebant michi filiatam multa de mea terra tam in castris quam in villis quam in alia terra plana, et ego vellem super hoc esse certus curia mea fecit quod magister et fratres de Templo ostenderent perante se privilegia sua quod habent super castris et possessionibus que habent in meo Regno, et ipsi hostenderunt in judicio coram mea curia privilegia sua inter que privilegia ostenderunt quoddam privilegium in quo continebatur quod antecessor meus dederat eis Egitaniam Veterem in concanbium pro Mugadoyro et pro Penas Royas, et tunc magister et

fratres dixerunt quod de predictis duobus castris, scilicet, de Mugadoyro et de Penas Royas credebant quod habebant privilegia donationis, et pecierunt curie mee quod eis terminum assignaret infra quem ostenderent ipsa privilegia si ea habebant, alias quod possent se defendere cum suis rationibus, et curia mea ut sibi facere justicie complementum, assignavit eis terminum tantum in quo possent ire et redire comode pro dictis privilegiis ad partes ultra marinas vel ad curiam romanam vel ad alias partes, ad quem terminum venerunt coram mea curia. Verumtamen nulla duxerunt privilegia super predictis castris. Et pecierunt terminum in quo possent habere advocationem de meo Regno vel de extra meum Regnum, super defensionibus predictorum castrorum. Et curia mea assignavit eis terminum peremptorium nonaginta dierum super defensionibus predictorum castrorum, ad quem terminum dicti magister et fratres nec aliquis pro eis non venerunt, et curia mea expectavit predictum magistrum et fratres per tres dies secundum consuetudinem curie mee et magister, et tunc procurator meus pecuit curie mee super dictis castris michi justiciam fieri. Curia vero mea requisivit commendatorem baylie Ulixbone si volebat dictos magistrum et fratres supradictis castris defendere. Respondit quod non habebat mandatum nec defendere volebat. Requisivit eciam et preconizari fecit juxta consuetudinem curie mee si aliquis erat qui vellet defendere magistrum et fratres superdictis castris memoratis. Et nullus venit qui eos superdictis castris defendere voluisse. Item fecit preconizari si aliquis erat qui vellet audire sentenciam pro dictis magistro et fratribus et nullus venit pro eisdem. Tunc procurator meus cum instancia pecuit curie mee michi fieri justiciam super castris memoratis, scilicet ut michi dicta castra per sentenciam adjudicarent. Et curia mea viso processu et habitu consilio et plena deliberatione super predictis adjudicavit michi predicta castra de Mungadoyro et de Pena Royas cum omnibus juribus et pertinenciis suis, et dederunt michi donum Nunum Martini meyrinum maiorem executorem judicij supradicti qui me cum Stephano Petri portario latore presencium integraret. In cuius rei testimonium dederunt michi inde istam cartam. Data Ulixbona, nona die Septembris, Rege mandante per donum Johannem de Avoyno suum maiordomum et per Stephanum Johannis cancellarium et per Rodericum Garsie de Pavya et per Johannem Suerii Conelium et per Fernandum Fernandi Cogominum et per Martinum Johannis de Vinali et per Alfonsum Petri Farinam et per Alfonsum Suerii superjudicem et per Rodericum Gomecii superjudicem et per Rodericum Menendi superjudicem et per Petrum Alfonsi de Çamora et per Petrum Johannis decanum Silvensem et per Magistrum Petrum phisicum et per Magistrum Bolonil et per Martinum Petri et Dominicum Vincentii et Alfonsum Garsie clericos suos.

Jacobus Johannisi notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> X.<sup>a</sup>.

1272 Setembro 17, Lisboa — Aforamento do casal de Covas (fr. Silvares, c. Lousada) a Pedro Peres e sua mulher Maria Miguéis.

**Carta de foro casalis de Covis in judicatu de Lousada**

Noverint universi presentem litteram inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii do et concedo vobis Petro Petri et Marie Michaelis uxori vestre et omnibus successoribus vestris ad forum illud meum casale de Covis de parrochia sancti Michaelis de Silvares de judicatu de Lausada, cum omnibus hereditatibus suis ruptis et non ruptis et cum omnibus ingressibus et egressibus suis, tali videlicet pacto, quod vos habeatis in ipso casali in tota vita vestra et faciat ibi casas et vineas, et plantetis et edificetis bene ipsum casale, et detis inde michi et omnibus successoribus meis annuatim terciam partem panis et vini et lini et leguminum, et vadat meus maiordomus pro ipsa tercia de supradictis rebus ad vestram casam, et similiter detis michi inde et omnibus successoribus meis pro directuris pro festo sancti Johannis Baptiste unam teeygam de centeno et unam galinam pro petita maiordomi, et duas patas et duas galinas et unam escaa de manteyga de duodecim in quarta si vaccam tenrrariam habueritis. Et pro festo sancti Michaelis de Septembrio detis inde michi et omnibus successoribus meis, duo bragalia et duos capones et decem ova. Et pro festo sancti Stephani unam spatulam de porco de duodecim costis et unam teeygam de centeno, et pro dominica die de ante Entruydo unum cordarium si oves habueritis, et si non habueritis oves detis michi et omnibus successoribus meis unum cabritum. Et non vendatis ipsum casale nec partem illius, nec donetis nec testetis nec helemosinetis nec cambietis nec alienetis aliquo modo, sed sit integrum, et post mortem vestram moret in illo filius vel filia vestra vel aliquis de genere vestro, et ille qui in eo non moraverit laboret eum, et faciat inde michi et omnibus successoribus meis forum supradictum, et habeat ipsum casale in perpetuum. Et si ipsum casale vendere volueritis vel donare, vendatis vel donetis eum tali homini qui faciat inde michi et omnibus successoribus meis plene et in pace supradictum forum. Sed non ven*fl. 117*datis nec donetis eum nec partem illius militi nec domine generose nec ordini nec clero nec alicui religiose persone. Et mando et defendo quod prestamarius meus non pauset in vestris casis, nec filiet vobis conductum. Et mando quod mensuret vobiscum panem sicut alii semper consueverunt mensurare, et sit modium de decem et sex teeygas et non magis. In cuius rei testimonium, dedi inde vobis Petro Petri et uxori vestre Marie Michaelis istam meam cartam meo sigillo pendentem sigillatam. Data Ulixbona, XVII die Septembris, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno maiordomum suum et per Alfonsum Suerii superjudicem.

Franciscus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> X.<sup>a</sup>.

[528]

*1272 Setembro 17, Lisboa — Registo da outorga do aforamento de metade de um casal em Bairro (fr. Alvarengas, c. Lousada) com as condições do documento anterior.*

### **Memoriale de carta data super casali de Barro**

Item in eodem die mense et Era, dederunt unam cartam Michaeli Petri et uxori sue Marie Egee de medietate unius casalis quod est in Baro in parrochia sancte Marie de Alvarenga de judicatu de Lausada de foro supradicte carte, et de medietate de directuris supradicte carte casalis de Covis de parrochia sancti Michaelis de Silvares quod tenet Petrus Petri et Maria Michaelis.

[529]

*1272 Outubro 10, Lisboa — Aforamento do casal de Rodalbo (fr. Cendufe, c. Arcos de Valdevez) a Domingos Martins e sua mulher Domingas Fernandes.*

### **Carta de foro casalis de Fonte in Rodalyo**

Noverint universi presentem litteram inspecturi, quod ego, Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii do et concedo vobis Dominico Martini et uxori vestre Dominice Fernandi et omnibus successoribus vestris ad forum illud meum casale de Rodalio quod vocatur de Fonte. Videlicet quod vos et successores vestri detis inde michi et omnibus meis successoribus medietatem de pane et de vino et de lino et de fabis, et debetis facere stivadam de messe et dare inde terciam partem, videlicet a Lamela contra villam et de alia medietatem. Et a Lamela contra veygam, debetis dare de stivada terciam partem, et de presa que venit de Lagenis usque ad presam de sancto Jacob, debetis dare terciam partem. Et de presa de sancto Jacobo contra montem debetis dare quartam partem. Et vos et successores vestri debetis michi dare et omnibus successoribus meis, annuatim pro festo sancti Johannis Babtiste pro directuris unam teygam de tritico per reegam pro fogacia et sex denarios et unum franganum, et pro festo sancti Cipriani unum porcum de medio marabitino. Et pro festo sancti Michaelis unum sextarium de feyjonibus, per regalengam, et octo capones et unum pallarium de palea quantum unus homo potuerit levare in suo collo. Et pro festo Natalis domini unam spadoam de novem costis, et unum franganum et medietatem de una carrada de lenham. Et pro die de Entruydo unum cabritum. Et pro festo Pascatis unum unum queyjum et pro prima die Madii unum bragal de medio marabitino. Et debetis pectare tres calumpnias, videlicet raussum et homicidium et merda in

buca, et debetis dare michi et omnibus meis successoribus annuatim unum medium marabitinum veterem de magis de ipso casali, et pro luytosa duos marabitinos et particionem per medium. Et non debetis ipsum casale nec partem eorum vendere nec donare nec alienare nec testare, ordini nec militi nec scutifero nec domine generose nec alicui alii persone religiose, sed si illud vendere vel donare volueritis vendatis illud tali homini qui michi et omnibus successoribus meis faciat omnia supradicta. Et non debetis ibi creare filium nec filiam militis nec scutiferi nec domine generose nec alicujus potentis, et vos et omnes successores vestri debetis ipsum casale habere pro ad semper, et dare michi et omnibus meis successoribus annuatim omnia supradicta. In cuius rei testimonium dedi inde vobis istam meam cartam. Data Ulixbona, X die Octobris, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno maiordomum curie et per cancellarium et per Alfonsum Suerii superjudicem.

Johannes Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> X.<sup>a</sup>.

[530]

*1272 Outubro 14, Lisboa — Aforamento de três casais em Vale (c. Santa Marta de Penaguião) a Martim Martins*

### **Carta de foro trium casalium de Valle in termino de Penaguyam**

Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii universis presentem cartam inspecturis, notum facio quod ego do et concedo dum michi placuerit Martino Martini latori presente illa mea tria casalia que sunt in Valle in termino de Penaguyam ad forum, videlicet quod det inde michi pro foro annuatim tres modios panis quartados per almude de Meyjon Frio, et tres modios de vino per quartam de Meyjon Frio, et novem afuzaes de lino et tres marabitinos pro directuris, et tres soldos pro calumpniis minutis, et debet pectare omicidium et rausum et stercus in buca, qui ibi illud fecerit, per forum de Penaguyam, et non debet dare luytosam, nec debet ibi pausare ricushomo nec prestamarius nec maiordomus. Et maiordomus qui ambulaverit in ipsa terra, debet ire in die sancti Michaelis de Septembro pro pane, vino et lino, ad castinarium quod vocatur de Prado, et pro denariis in die Paschatis. In cuius rei testimonium dedi illi, scilicet Martino Martini istam cartam. Data Ulixbona, XIII.<sup>a</sup> die Octobris, Rege mandante.

Jacobus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> X.<sup>a</sup>.

1272 Outubro 9, Mosteiro de Lorvão — Doação do castelo de Alegrete ao Rei por D. Teresa Mendes, abadessa do mosteiro de Lorvão.

120

### **Carta donationis facte domino Regi super castro de Alegrete**

Noverint universi hanc litteram inspecturi<sup>266</sup>, quod nos donna Tarasia Menendi abbatissa monasterii de Lorbano Colimbriensis diocesis, et conventus ejusdem, de spontanea et libera nostra voluntate, damus et concedimus Illustrissimo domino donno Alfonsus dei gratia Regi Portugalie et Algarbii si quid juris habemus et habere debemus in castro de Alegrete et in terminis suis, et hoc damus et concedimus eidem Regi pro multo bono et multa mercede quam nobis fecit et monasterio nostro. In cuius rei testimonium fecimus inde fieri istam cartam sigilli mei predicte abbatisse munimine consignatam. Et quia nos predictus conventus sigillum proprium non habemus, appositionem sigilli predicte nostre abbatisse aponi fecimus. Data apud predictum monasterium, IX.<sup>a</sup> die Octobris, Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> X.<sup>a</sup>.

1272 Outubro 16, Lisboa — Arrendamento ao concelho da Guarda de todos os direitos que o rico-homem devia ter nessa vila.

### **Carta de renda de Gardia**

Noverint universi presentem litteram inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii, *[fl. 117v]* arrendo vobis concilio de Gardia dum michi placuerit omnes directos quos meus ricushomo debet habere in ipsa villa de Gardia pro mille libris quas michi debetis dare in quolibet anno. Videlicet debetis michi dare trecentas et triginta et tres libras et terciam prima die Novenbris proximo venienti, et alias trecentas et triginta et tres libras et terciam prima die Madii proximo sequenti, et alias trecentas et triginta et tres libras et terciam prima die Julii proximo sequenti, et sic in quolibet anno debetis michi dare predictas mille libras in terminis supradictis, sicut superius est expressum. Et vos debetis michi dare militem generosum quandocumque michi placuerit qui michi faciat menagium de ipso meo castello de Gardia. Et vos debetis ipsum militem pagare pro tenencia de ipso castello. In cuius rei testimonium do vobis istam meam cartam cum meo sigillo sigillatam. Data Ulixbona, XVI.<sup>a</sup> die Octobris, Rege mandante.

Dominicus Vincentii scripsit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> X.<sup>a</sup>.

---

<sup>266</sup> Segue-se, riscado e sopontado, *hanc litteram inspecturi*.

1272 Outubro 23, Lisboa — Proibição a qualquer cavaleiro, ordem religiosa, ou outro homem, de comprar herdamentos ou possessões em Albada e Santa Eulália (c. Figueira da Foz).

### **Carta monasterii sancte Crucis de Colimbra**

Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii universis presentem cartam inspecturis notum facio quod ego mando firmiter et defendo, quod nullus miles nec ordo nec aliquis alius homo sit ausus comparare in Aliata, nec in sancta Eolalia, nec in terminis suis, nec gaaniare ibi aliqua herdamenta, nec aliquas possessiones, salvo si placuerit priori et conventui monasterii Sancte Crucis Colimbrie. Et si in predictis locis aliquis comparaverit aut gaanaverit, sit ad placitum predictorum prioris et conventus, et sit talis homo qui sit vassallus ejusdem prioris et conventus, sicut sunt alii de predictis locis, et qui faciat ipsis priori et conventui suos foros, sicut faciunt eis alii homines qui morantur in predictis locis. Et quicumque <alius> comparaverit aut gaaniaverit in dictis locis sine voluntate prioris et conventus monasterii supradicti, perdet herdamentum et possessiones quod vel quas in dictis locis comparaverit aut gaaniaverit. Et insuper pectabit michi<sup>267</sup> meum incautum. In cuius rei testimonium dedi dictis priori et conventui istam cartam. Data Ulixbona, XXIII die Octobris, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum et per donnum Martinum Alfonsi et per Rodericum de Pavya et per Johannem Suerii Conelium et per Fernandum Fernandi Cogomino et per Martinum Johannis de Vinali et per Alfonsum Petri Farinam et per Petrum Martini Petarino et per fratrem Geraldum Dominici de ordine Predicotorum et per Magistrum Petrum phisicum et per Dominicum Johannis clericum suum.

Jacobus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> X.<sup>a</sup>.

1272 Dezembro 1, Santarém — Aforamento do prado de Queirã (fr. c. Vouzela).

### **Carta de prado de Queyraa de Alafoes**

Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii, vobis judici et tabellioni de Alafoes salutem. Sciatis quod recepi vestram cartam per quam michi misistis dicere quod vos filiastis pro ad me illud pratum quod est in Queyraa et quod dant michi annuatim inde pro foro quintam partem de illo quod ibi laboraverint, et unum quarteyrum de pane pro eyradiga, scilicet medium de milio et medium de centeno,

<sup>267</sup> Segue-se um *j.* cortado, sem qualquer significado.

per mensuram per quam dant michi jugadam, et unum corazil pro festo Natalis domini. Unde mando vobis quod vos leyxetis ipsum pratum illis qui michi illud tragunt. Et ego do illud sibi ad predictum forum sub tali condicione quod laborent illud et faciant inde michi predictum forum, et non dent nec donent nec atestent nec elemosinent nec canbient nec alienent illud aliquo modo ordini, nec militi nec clerico nec domine nec scutifero nec alicui persone religiose. Unde aliter non faciatis. Et mando quod ipsi qui modo tragunt ipsum pratum teneant istam cartam. Data Sanctarene, prima die Decembris, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum et per Rodericum Garsie de Pavya et per Fernandum Fernandi Cogomino et per Alfonsum Petri Farinam et per Alfonsum Suerii superjudicem.

Jacobus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> X.<sup>a</sup>.

[535]

*1272 Dezembro 7, Santarém — Arrendamento dos direitos e rendas de Vila Real aos seus povoadores, à excepção da hoste, moeda e direito de padroado das igrejas construídas e a construir.*

### **Carta de foro de popula que vocatur Villa Real de terra de Panoyas**

Noverint universi presentem cartam inspecturi quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbi una cum uxore mea Regina donna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia et filiis et filiabus nostris Infantibus donno Dionisio donno Alfonso donna Blanca donna Sancia, do et concedo vobis hominibus populatoribus qui habitaveritis in mea popula de terra de Panoyas que vocatur Villa Real omnes meas rendas et omnes meos directos de terra de Panoyas, et de suis terminis novis et antiquis, scilicet de illis terminis quos vincere et habere poteritis per directum, tali videlicet pacto quod detis michi et omnibus successoribus meis annuatim ad tercias anni, quatuor mille marabitinos, scilicet unam terciam pro prima die Madii, et aliam terciam pro prima die Septembris, et aliam terciam pro prima die Januarii, excepta mea hoste et mea moneta, et excepto jure patronatus omnium ecclesiarum de ipsa terra de Panoyas et de suis terminis, et de predicta popula ibidem constructarum et eciam construendarum, quas res retinno michi et omnibus meis successoribus. Et si vos michi aut cui ego mandavero predictos denarios ad predictos terminos aut in ipsis terminis non persolveritis, debetis eos michi dare cum decem marabitinos cotidie de pena. Et vos populatores debetis michi dare unum militem filium de algo meum naturalem ad placitum meum qui vendicet quingentos soldos, qui faciat michi menagium de meo alcaçar quando illud ibi fecero. Et ipse miles debet ibi esse pretor vester dum

michi placuerit. Et ipse pretor debet facere justiciam cum judicibus de ipsa popula. Et vos debetis ibi mittere annuatim duos judices naturales de Portugalia. Et si vos ipsum militem cambiare volueritis, ego debeo vobis pro ipso recipere alium loco sui quandocumque ipsum cambiare volueritis. Et ipse miles quod michi pro ad istud dederitis debet esse filius de algo et meus naturalis qui vindicet quingentos soldos. Et quando meus riqushomo iverit ad terram, debet comedere pro suis denariis et non debet vobis aliquid filiare per forciam, nec facere ibi malum, nec pausare in aldeys *[fl. 118]* de ipsa terra nec facere ibi forciam, salvo quod si pausaverit per terram, debet ibi pausare, et ubi pausaverit non debet ibi aliquid filiare per forciam nec facere ibi malum. Et illud quod ibi ricushomo comederit, debet illud comparare pro suis denariis sicut in dicta popula. Et meyrinus non debet vobis intrare in ipsa popula de Panoyas, nec in ipsa terra de Panoyas. Et mando et concedo quod habeatis feyram et faciat eam quolibet mense, et incipiatur fieri X.<sup>o</sup> Kalendas cujuslibet mensis et duret per tres dies. Et nullus sit ausus qui pignoret aliquem qui venerit ad ipsam feyram ratione vendendi vel emendi pro aliquo debito, in illis octo diebus in quibus venerit et in illis octo diebus in quibus recesserit de ipsa feyra. Et quicumque malum fecerit hominibus qui venerint ad ipsam feyram ratione vendendi vel emendi, pectet michi sex mille soldos et duplet illud quod filiaverit domino suo. Et mando et concedo quod non detis portaginem in toto meo regno, nisi in illis locis in quibus habuerint cartas per quas debeat eam sibi filiare. In cuius rei testimonium do vobis istam meam cartam meo sigillo sigillatam. Data Sanctarene, VII.<sup>a</sup> die Decembris. Rege mandante. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> X.<sup>a</sup>.

Donnus Gonsalvus Garsie alferaz, donnus Johannes de Avoyno maiordomus, donnus Martinus Alfonsi tenens Chaves, donnus Alfonsus Lupi tenens Ripam Minii, donnus Didacus Lupi tenens Lamecum, donnus Petrus Johannis tenens Trasserram, donnus Petrus Johannis de Portelo tenens Leyrenam, donnus Menendus Roderici tenens Mayam, confirmant.

Rodericus Garsie de Pavea, Johannes Suerii Conellius, Fernandus Fernandi Cogomino, Alfonsus Petri Farinam, testes.

Magister Petrus Juliani electus Bracharensis, donnus Vincentius episcopus Portugalensis, donnus Dominicus electus Lamecensis, frater Valascus episcopus Egitaniensis, ecclesia Visensis vacat, ecclesia Colimbria vacat, donnus Matheus Ulixbonensis episcopus, donnus Durandus Elboensis episcopus, donnus Bartholameus Silvensis episcopus, [confirmant].

Alfonsus Suerii, Rodericus Menendi, superjudices, confirmant. Magister Petrus fisicus, Dominicus Johannis Jardus clericus, donnus Stephanus Johannis cancellarius, confirmant.

Jacobus Johannis notarius curie notuit.

*1272 Dezembro 28, Santarém — Aforamento de um reguengo na Ribeira de Chinchas, em Elvas, a Miguel Domingues e sua mulher Maria Martins.*

124

**Carta de foro casalis in termino de Elvis**

Noverint universi presentem cartam inspecturi quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii do et concedo vobis Michaeli Dominici et uxori vestre Marie Martini et successoribus vestris ad forum illud meum regalengum quod habeo in termino de Elvis cuius isti sunt termini: in aquilone Rypariam de Chinchis; in oriente vinea mea; in africo carraria publica; in ouidente vinee mee. Videlicet quod vos faciatis ibi vineam, et detis inde michi et successoribus meis annuatim pro foro quartam partem de toto vino quod deus ibi dederit, in lagari, et quartam partem de alio fructu quem deus ibi dederit in vinea. Et vos non debetis vendere nec donare nec cambiare nec testare nec helemosinare nec implazare ipsam vineam nec partem ejus ordini nec ecclesie, nec militi nec scutifero nec domine generose, nec alicui potenti, sed si eam vel partem ejus vendere vel donare volueritis, vendatis vel donetis eam tali homini qui michi et successoribus meis faciat annuatim complete supradictum forum. In cuius rei testimonium dedi inde vobis istam cartam. Data Sanctarene, V.<sup>o</sup> kalendas Januarii, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno maiordomum suum et per donnum Stephanum Johannis cancellarium et per Alfonsum Suerii superjudicem.

Johannes Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> X.<sup>a</sup>.

*1272 Dezembro 28, Santarém — Aforamento de uma peça reguenga na Ribeira de Cancan, em Elvas, a Mateus Gonçalves e sua mulher Aldonça Peres.*

**Carta de una pecia regalengi in termino de Elvis in loco qui vocatur Ripariam de Camcam**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii do et concedo vobis Matheo Gonsalvi et uxori vestre Aldoncie Petri unam peciam de meo regalengo quod habeo in termino de Elvis in loco qui vocatur Riparia de Camcam, ad forum, cuius isti sunt termini: in aquilone Riparia de Camcam; in affrico herdamentum meum; in oriente Vincentium Martini, in occidente herdamentum meum. Videlicet quod vos faciatis ibi vineam et detis inde michi et omnibus successoribus meis annuatim pro foro quartam partem de toto vino quod deus ibi dederit in lagari, et quartam partem de alio fructu quem deus ibi dederit in vinea. Et vos et successores vestri debetis habere dictam vineam

in perpetuum et debetis inde dare michi et successoribus meis annuatim predictum forum complete. Et non debetis ipsam vineam nec partem ejus vendere nec donare nec cambiare nec testare nec implazare nec helemosinare ordini nec ecclesie nec militi nec scutifero nec domine generose nec alicui potenti, sed si eam vel partem ejus vendere vel donare volueritis, vendatis eam vel donetis tali homini qui michi et successoribus meis faciat complete predictum forum. In cuius rei testimonium dedi et do inde vobis istam cartam meam. Data Sanctarene, V.<sup>o</sup> kalendas Januarii, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno maiordomum suum et per cancellarium et per Alfonsum Suerii superjudicem.

Johannes Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> decima.

[538]

*1272 Dezembro 27, Santarém — Foral de Mogadouro, segundo o modelo de Zamora.*

### **Carta de foro de Mugadouro**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii una cum uxore mea Regina donna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia et filii et filiabus nostris Infantibus dono Dionisio dono Alfonso donna Blanca et donna Sancia, do et concedo vobis populatoribus de Mugadouro et de suis terminis presentibus et futuris, forum de Çamora, tali pacto quod vos faciatis michi et omnibus meis successoribus quantas et quales foros et custumes moratores de Çamora faciunt Regi Castelle tam in pedidis quam in martinega quam in moneta quam in omnibus aliis foris. Et quantum est o pedido si Rex donnus Fernandus illud levavit de Castella aut de Legione, *fl.118v*/in usibus aut in custumes, ego et successores mei debemus illud de vobis levare. Et super hoc salvo et retineo michi et omnibus meis successoribus quantum freyres de Templo tenebant ad suam manum in Mugadouro et in terminis suis. In cuius rei testimonium do vobis istam meam cartam meo sigillo sigillatam. Data Sanctarene, VI.<sup>o</sup> Kalendas Januarii, Rege mandante.

Jacobus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> X.<sup>a</sup>.

Donnus Johannes de Avoyno maiordomus confirmat, donnus Stephanus Johannis cancellarius confirmat, donnus Martinus Alfonsi confirmat, donnus Petrus Poncii confirmat.

Testes: Rodericus Garsie de Pavya, Martinus Dade pretor Sanctarene, Alfonsus Suerii superjudex, Rodericus Menendi superjudex. Frater Geraldus Dominici, Petrus Martini Caseval, Dominicus Johannis Jardus clericus, testes.

*1272 Dezembro 27, Santarém — Registo da outorga do foral anterior a Penas Róias.*

126

### **Memoriale de carta de foro de Pena Royas**

Item eadem die et Era dedit dominus Rex consimilem cartam de foro populatoribus de Pena Royas et de terminis suis.

*1272 Dezembro 30 — Demarcação do reguengo de Beja por Pedro Mendes de Vila Viçosa e Martim Mendes Maça de Santarém.*

### **Demarcatio de reguengo de Begia**

Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> X.<sup>a</sup>, III.<sup>o</sup> kalendas Januarii, Pedro Meendiz de Villa Viçosa et Martim Meendiz Maça de Santaren poseron marcos e devisões per u fosse o termho do reguengo de Beja, e poseron logo primeyramente huma devison pela cabeça azambujosa da alen da fonte da arena que e contra o Azambujal, e des i poseron huum marco en a carreyra que vay pera Moura en dereyto da lagona grande, e des i como vay dereytamente ao cume da herdade de Carne Crua, e poseron y outro marco a par da carreyra que vay pera Pumares aaquen do Azambujal de cotado a sobre la casa de Martim Queyxada, de contra a villa e des i dereytamente como se vay a casa de Johan Dominguez Faleyro, e des i como se vay dereytamente a carreyra que vay pera San Cocovado, e poseron y marco a sobre la aldeya que chamam do Çafaryio contra a villa, e des y como se vay a carreyra que vay de Beja pera aldeya da Cuba, e poseron hy huum marco a par da lagona segunda que esta aaquem da Eyxara, e des y indo dereytamente a fonte que chamam da Touguya e des i como se vay dereytamente aa fonte do Alamo u sum os fornos da cal, e dessa fonte como vay dereytamente aa fonte que foy de don Egas Laurenço, e dessa fonte como vay dereytamente ao paredeeyro da casa que foy de Gil Martiiz que veo do Crato, pelo cume do carrascal, e desse paredeeyro como se vay dereytamente aos fornos telleiros, e des i como se vay dereytamente aa fonte que chamam de Joham Males que esta na carreyra que vay de Beja pera Mertola, e des i como se vay dereytamente ao cume de sobre las casas de Monio Veegas, e des i ao regueengo del Rey a sobrela carreyra que vay a Serpa, e como parte esse regueengo e se vay dereytamente a Cardeyra, e des i como se vay dereytamente aa fonte da almuya dos frades d'Alcobaça, e dessa fonte como se vay dereytamente aa cabeça azambujosa u começaron a primeyra devison, e assi se saram os termhos do reguengo de Beja.

1272 Dezembro 6, Braga — O Cabido de Braga constituiu Mestre João, chantre de Braga, como procurador para receber Martim Anes e Domingos Anes Jardo, apresentados pelo Rei, para as igrejas de Mogadouro e Penas Róias (c. Mogadouro) respectivamente.

127

### **Procuratio capituli Bracharensis super ecclesiis de Mugadoiro**

Noverint universi quod in presencia mei Johannis Fortes publici tabellionis Bracarensis et testium subscriptorum, capitulum Bracarensis suum constituit vicarium venerabilem virum magistrum Johannem cantorem Bracarensis et eidem suam contulit potestatem, super comedis faciendis hac vice de ecclesiis de Magadoyro et de Pennas Royas in terra de Miranda ad quas dominus Rex Portugalie et Algarbi Martinum Johannis nepotem donni Johannis de Avoyno et Dominicum Johannis dictum Jardum canonicum Elborensem ejusdem domini Regis per suas litteras presentabat, qui cantor recepta vicaria hujusmodi et eciam potestatem ad presentationes predicti domini Regis examinatione pro ut moris est ecclesie Bracarensis perhabita diligenter, Dominico Johannis ecclesiam de Magadoyro et Martino Johannis ecclesiam de Penas Royas in pleno capitulo comendavit. In cuius rei testimonium ego Johannes Fortes tabellio memoratus ad hoc adhibitus et rogatus hiis omnibus interfui, et ad instantiam magistri Petri Vincentii canonici Bracarensis ejusdem domini Regis procuratoris de premissis confeci hoc publicum instrumentum et signum meum infra scriptum eidem apposui in testimonium premissorum.

Qui presentes fuerunt: Magister Stephanus et donnus Geraldus archidiaconi, Magister Tomas thesaurarius, donnus Pelagius Menendi, donnus Johannes Roderici, donnus Stephanus Pelagii canonici Bracarensis, et quam plures alii de capitulo Bracarensis.

Acta sunt hec Bracare, VIII.<sup>o</sup> Idus Decembris, Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> X.<sup>a</sup>.

Petrus, Johannes et Menendus, testes.

[1272 Dezembro 27 – 1273 Janeiro 20]<sup>268</sup> — O concelho de Freixo de Espada à Cinta envia seus procuradores ao Rei, a solicitar carta de foral igual à de Mogadouro.

---

<sup>268</sup> Esta datação remete para o período situado entre a concessão da carta de foral de Mogadouro e a concessão da carta de foral de Freixo de Espada à Cinta.

## **Karta concilii de Freixeo de recipiendo forum**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod concilium de Freyxeo misit suam cartam apertam de suo sigillo sigillatam domino Regi cuius tenor talis est:

128

“Alfonso dei gratia Rex Portugalie et Algarbe. Nos concelo e juyzes de Freyxeo beyjamos vossos pees e vossas mahoos e ha terra ante vos come a senor de mercee. Senor sabhades que nos enviamos a vos Salvador Domingo e Martim Paez portadores desta carta pera receber o foro que nos mandastes qual dades a hos do Mogadouro. Estes son outorgados ambos pera receber a mercee que ly vos fezerdes, ou concelo, e por tanto ly damos nossa carta seelada de nosso seelo pendente que sejam creudos”.

[543]

1273 Janeiro 2, Santarém — *Carta de feira de Torres Novas.*

## **Carta de feyra de Turribus Novis**

Noverint universi presentem cartam inspecturi quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii, mando facere feyram in Turribus Novis in quolibet mense anni, et quod incipiatur fieri in prima die cujuslibet mensis, et duret per tres dies scilicet per primam diem cujuslibet mensis, et per primos alios duos dies sequentes, et omnes illi qui venerint ad ipsam feyram ratione vendendi vel emendi sint securi de ida et de viinda *[fl. 119]* in illis tribus diebus quibus ad ipsam feyram venerint antequam incipiatur fieri et in illis tribus diebus quibus ipsa feyra duraverit, et in illis tribus diebus qui postea primo venerint postquam feyra exiverit, quod non pignorent in meo regno pro aliquo debito nisi pro debito facto in ipsa feyra. Et pono tale cautum super hoc quod quicumque malum fecerit hominibus qui venerint ad ipsam feyram, pectet michi sex mille soldos et duplet illud quod filiaverit domino suo. Et omnes illi qui venerint ad ipsam feyram cum suis merchandiis solvant michi meam portaginem et omnia jura mea que de ipsa feyra solvere debuerint, et homines de foris tam venditores quam comparatores solvant in ipsa feyra meam portaginem et alia jura mea que de ipsa feyra solvere debuerint. Et ut nullus timeat venire ad ipsam feyram propter hoc, do istam meam cartam meo sigillo sigillatam, quam judex teneat in testimonium. Data Sanctarene, II.<sup>a</sup> die Januarii, Rege mandante.

Jacobus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XI.<sup>a</sup>.

1273 Janeiro 12, Santarém — Aforamento de um pardieiro em Elvas ao seu clérigo João Martins, para aí fazer casas.

### **Karta Johannis Martini super uno paredenario in Elvis**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii, do et concedo vobis Johanni Martini clerico illum meum paredenarium quem habeo in villa de Elvis in atrio sancti Salvatoris ad forum pro ad semper quod vos faciatis ibi casam vel casas, de quo paredenario isti sunt termini: in oriente casa de Martino Aprilis; in occidente casa de donno Ade; in africo casa de Thoma Johannis; in aquilone casa de donno Alfonso çapatario. Et vos et successores vestri debetis michi dare et omnibus successoribus meis annuatim pro foro de dicta casa triginta soldos et non debetis ipsam casam nec partem ejus vendere nec donare nec helemosinare nec emplazare nec testare nec aliquo modo alienare ordini nec clerico nec ecclesie nec militi nec scutifero nec domine generose nec alicui potenti. Sed si eam vendere vel donare volueritis vendatis vel donetis eam tali homini qui michi et successoribus meis faciat complete annuatim predictum forum. In cujus rei testimonium do inde vobis istam meam cartam. Data Sanctarene, XII.<sup>a</sup> die Januarii, Rege mandante per Stephanum Johannis cancellarium suum.

Johannes Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XI.<sup>a</sup>.

1273 Janeiro 20, Santarém — Foral de Freixo de Espada à Cinta segundo o modelo de Zamora, satisfazendo petição do concelho apresentada por procuradores.

### **Procurationis concilii de Freixo de recipiendo forum**

Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii universis presentem cartam inspecturis notum facio quod ego recipi unam procurationem sigillo concilii de Freyxeo sigillatam per quam judices et concilium de Freyxeo fecerunt Salvatorem Dominici et Michaelem Pelagii suos procuratores ad recipiendum forum quod ego dedi concilio de Mogadouro, et isti procuratores nomine suo et eorum quorum procuratores erant pecierunt michi predictum forum et receperunt et ideo ego predictus Rex una cum uxore mea Regina donna Beatrice, Illustris Regis Castelle et Legionis filia, et filiis et filiabus nostris<sup>269</sup> Infantibus donno Dionisio donno Alfonso donna Blanca donna Sancia, do et concedo populatoribus de Freyxeo et

---

<sup>269</sup> Segue-se *do* (por certo ínficio da palavra *donno*) riscado.

de suis terminis presentibus et futuris forum de Çamora quod dedi concilio de Mogadouro, tali pacto quod ipsi faciant michi et omnibus successoribus meis quantas et quales foros et custumes moratores de Çamora faciunt Regi Castelle tam in pedidis quam in martinega quam in moneta quam in omnibus aliis foris. Et quantum est o pedido si Rex donnus Fernandus illud levavit de Castella aut de Legione in usibus aut in custumis, ego et successores mei debemus illud levare de populatoribus de Freyxeo et de suis terminis. In cuius rei testimonium do populatoribus de Freyxeo et de suis terminis istam cartam. Data Sanctarene, XX.<sup>a</sup> die Januarii, Rege mandante.

Jacobus Johannis notavit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XI.<sup>a</sup>.

Rodericus Garsie de Pavya, Johannes Suerii Conelius, Martinus Johannis de Vinali, Fernandus Fernandi Cogomino et Dominicus Johannis Jardus clericus, testes.

[546]

*1273 Fevereiro 8, Santarém — Carta de composição entre os concelhos de Numão (fr., c. Vila Nova de Foz Côa) e Santa Cruz de Valariça sobre a veiga de Santa Maria.*

### **Carta de adveniencia facta inter concilium de Nomam et concilium de Valariça**

Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii universis presentem cartam inspecturis notum facio quod cum contenda esset perante me inter concilium de Nomam per Egeam Johannis procuratorem suum sufficientem ad hoc ex una parte et concilium sancte Crucis de Valariça per Durandum Martini procuratorem suum sufficientem ad hoc ex altera super parte de veiga de sancta Maria citra Dorium contra Colimbriam secundum quod fuit apeegada per concilium de Numam videlicet de<sup>270</sup> foz Fontaas deinde ad Toucam deinde ad armatam Fernandi Menendi deinde ad Palam d'Ezam et deinde quomodo vadit per venam de Dorio quomodo revertetur ad focem de Foutanea, ad talem compositionem devenerunt, videlicet quod concilium de Nomam et concilium sancte Crucis faciant populare vel laborare ipsum locum et quisquid inde exierit quod pertineat ad dictos concilios, dividatur per medium inter ipsos et si alterum dictorum conciliorum noluerit vel non potuerit cum alio concilio facere laborare vel populare dictum locum, alterum concilium faciat laborare et populare ipsum locum ita tamen quod quicquid in ipsum concilium habuerit dividat totum per medium cum altero concilio. Et predicti concilii debent pascere, montare et talliare simul in ipsum

---

<sup>270</sup> No texto: *do.*

locum quando ipse locus non fuerit laboratus salvo tamen portu in quo portat barcha et salva tota ipsa barca et juribus et pertinenciis omnibus tam ipsius barce quam ipsius portus, et salvis carrariis ipsius portus in quibus omnibus nichil habet concilium de Numam, et remanent libera concilio sancte Crucis quam compositionem ego eis judicando confirmo. Et addo judicando de consensu partium quod si alterum conciliorum contra supradicta vel contra aliquam rem de supradictis venerit pectet mille libras usualis monete veteris Portugalie, de quibus mille libras *[fl. 119v]* alterum concilium habeat quingentas libras et dominus terre alias quingentas et omnia supradicta et singula remaneant firma et stabilia pro ad semper, salvo toto jure meo si quod habeo tam in dicta barca quam eciam in supradicto loco. In cuius rei testimonium dedi inde concilio sancte Crucis istam cartam et aliam consimilem concilio de Numam. Data Santarena, VIII.<sup>o</sup> die Februarii, Rege mandante per Alfonsum Suerii superjudicem.

Martinus Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XI.<sup>a</sup>.

[547]

*1273 Fevereiro 7, Santarém — Renovação da carta de couto da ermida de S. Vicente de Fragoso (fr., c. Barcelos).*

### **Karta de cauto heremitagii sancti Vincentii de Fragoso**

Noverint universi presentem cartam inspecturi quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii vidi et diligenter inspexi unam cartam, cuius tenor talis est:

In nomine patris et filii et spirictus sancti, amen. Ego Adefonsus infans filius Anrici et de matre Regina Tarasia placuit michi ut facerem sicut et facio cautum sicut et terminum ad ipsam heremitam sancti Vincentii de Fragoso, pro remedio anime mee et avunculis meis, et facio illum cautum et terminum pro amore domini nostri Jhesu Christi et ut mercedem habeam, inde ante deum omnipotentem in die judicii, et ut servi dei qui ibi habitant vel habitaverint memoriam mei habeant in missis et in psalmis et in tota opera que ad deum pertinent. Et ego facio per terminum quo michi placet, et directum quomodo dividet de Cardos et deinde per terminum de Arosy et deinde per terminum de Quintianes et deinde per terminum de Feroçam et deinde quomodo dividet per illum terminum de Palatu et fer inter ambas foces et vadit per tras flumen ad Rivulo Sicco, et per terminum antiquum quem vocitant Carraria, et venit ad Cardos. Hec est terminatio de sancti Vincentii de Fragoso quam facio ego Adefonsus infans. Ita de hodie die vel tempore sedeat ipsum terminum sive cautum de jure meo abraso et in vestro jure vel dominio ad illa heremita traditum. Si quis de hodie die et tempore aliquo homo, rex aut regine vel comes aut potestas vel non potestas hunc factum meum infringere voluerit in primis sit excommunicatus et anathematizatus et cum Juda traditore habeat participium et pariat post parte ipsa heremita

aut qui vocem ejus tenuerit XII mille solidos et quinque milia auri talenta et hunc factum meum firmiter permaneat. Facta est divisio et augmento atque inventario pridie Nonas Decembris, Era M.<sup>a</sup> C.<sup>a</sup> LX.<sup>a</sup> V.<sup>a</sup>. Ego Adefonsus infans manus meas confirmo atque roboro, sub christi nomine.

132

Vermudus hermitanus quos vidi confirmat, Egeas Menendi comes Nevya quos vidi confirmat, Sarrazinus comes Aguylar quos vidi confirmat, Ermig[ilo] Moniz continens sancti Stephani confirmat, Nunus Suariz continens Nevya quos vidi confirmat, Adefonsus comes confirmat, Laurencius confirmat, Nuno Gomeci confirmat.

Pro testes: Gonsalvus testis, Pelagius testis, Vermudus testis.

Petrus presbiter qui notavit. (*Sinal*) Adefonsus.

Et quia dicta carta per vetustatem dampnabatur, Martinus Pelagii quem ego presentavi jam priorem ad heremitam supradictam, pecuit michi pro gratia et mercede ut predictam cartam facerem renovari et meo sigillo sigillari et per meam cartam eam confirmarem. Et ego predictus Rex ad honorem dei et matris ejus et beati Vincentii martiris, et in remissione peccatorum meorum et parentum meorum supradictam cartam in hac presenti carta feci transcribi et meo sigillo sigillari, et eam per supradictum tenorem approbo et confirmo. Data Sanctarene, VII.<sup>a</sup> die Februarii, Rege mandante per Stephanum Johannis suum cancellarium.

Jacobus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XI.<sup>a</sup>.

[548]

1273 Março 5, Santarém — Aforamento de uma herdade reguenga em Sedielos (c. Peso da Régua) a Domingos Peres e sua mulher Florêncio Miguéis.

### **Carta de foro hereditatis de Penaguyam in parrochia de Seedelos**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego, Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii, do et concedo vobis Dominico Petri et uxori vestre Florencie Michaelis et successoribus vestris ad forum illam meam hereditatem regalengam que est in termino de Penagoyam in parrochia de Sedeelos ubi vocatur Purgazal et dividit cum Tavoado, et in alia parte cum Matis et in aliis partibus cum City, tali pacto quod vos et omnes successores vestri detis inde michi et omnibus successoribus meis annuatim quartam partem de toto pane et de vino, et de lino, et de omni fructu quem deus ibi dederit, salvo de oleribus pro ad vestrum comedere. Et debetis dare annuatim unam quartam de marabitini pro aliis foris et vos et successores vestri debetis habere dictam hereditatem pro ad semper et vos nec successores vestri non debetis vendere ipsam hereditatem nec partem ejus<sup>271</sup> nec donare nec emplazare nec atestare, nec cambiare, nec

---

<sup>271</sup> Segue-se *vendere* riscado e sopontado.

elemosinare ordini nec ecclesie nec prelato, nec militi, nec scutifero nec domine generose, nec alii alicui potenti, sed si eam vendere vel donare volueritis, vendatis vel donetis eam tali homini laboratori qui michi et successoribus meis faciat complete dictum forum, nec debetis ibi creare filium nec filiam militis nec scutiferi nec domine generose. In cuius rei testimonium dedi inde vobis istam cartam meam. Data Sanctarene, V.<sup>a</sup> die Marcii, Rege mandante per cancellarium et per Alfonsum Suerii superjudicem.

Johannes Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XI.<sup>a</sup>.

[549]

*1273 Março 4, Santarém — Sentença contra Martim Pereira que fazia, indevidamente, casa de morada e de honra em herdade foreira do Rei em Requião (fr., c. Vila Nova de Famalicão).*

#### **Carta de judicio dato contra Martinum Pereyra super casam de Requiam**

Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii, universis presentem cartam inspecturis notum facio quod ego feci citare perante meam curiam Martinum Pereyra militem super eo quod dictum fuerat michi quod ipse faciebat casam de morada et de onrra in quadam mea hereditate foraria que est in loco qui dicitur Requiam, in tali loco quod non debebat eam facere de directo, et ipse Martinus Pereyra venit perante meum superjudicem per Geraldum Petri procuratorem suum sufficientem ad hoc, et secundum rationes que dicte fuerunt a parte mea et dicti procuratoris ipse meus superjudex judicando mandavit quod dictus Martinus Pereyra non faceret predictam casam in supradicto loco. In cuius rei testimonium ipse meus superjudex dedit inde modo istam cartam. Data Sanctarene, IIII.<sup>a</sup> die Martii, Rege mandante per Alfonsum Suerii predictum superjudicem suum.

Martinus [fl. 120] Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XI.<sup>a</sup>

[550]

*1272 Dezembro 11, Santarém — Carta de foral de Castro Rey em Tarouca.*

#### **Carta de foro de Castro Rey de Taraúca**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego, Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii una cum uxore mea Regina donna Beatrice, Illustris Regis Castelle et Legionis filia, et filiis et filiabus nostris, Infantibus donno Dionisio, donno Alfonso, donna Branca et donna Sancia, do et concedo vobis populatoribus de mea popula de terra de Taraúca que vocatur Castro Rey quam

modo populo de foco mortuo, tam presentibus quam futuris, omnes meos foros et directos, de ipsa terra de Tarauba, tali pacto quod vos populetis in dicto castro, et detis michi et omnibus meis successoribus annuatim pro omnibus meis foris et directis de dicta terra ad tercias anni, quatuorcentos morabitinos veteres, scilicet unam terciam prima die Januarii, et aliam terciam prima die Madii, et aliam terciam pro prima die Septembris. Et meus ricushomo non debet ibi pausare, salvo quod si passaverit<sup>272</sup> per ipsam populam et ibi pausare voluerit pauset ibi et comedat ibi pro suis denariis, et non faciat ibi aliquam forciam, nec malefactoriam. Et vos debetis ire in mea oste. Insuper ego retineo michi et omnibus meis successoribus jura patronatus omnium ecclesiarum factarum et faciendarum in dicta popula sive castro et in ipsa terra de Tarauba. In cuius rei testimonium dedi vobis populatoribus istam cartam meo sigillo sigillatam. Data Sanctarene, XI.<sup>a</sup> die Decembris, Rege mandante.

Jacobus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XI.<sup>a</sup>.

[551]

*1273 Março 15, Santarém — Aforamento colectivo de uma vinha em Arraiolos e de uma herdade em Brea de Mola.*

### **Carta de foro vinee de Arroyolos**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego, Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii, do et concedo vobis Johanni Petri et uxori vestre Sancie Stephani et Dominico Fernandi et uxori vestre Marie Martini et Martino Petri et uxori vestre Dominice Johannis et Dominico Fernandi Cabeça et uxori vestre Tarasie Martini et Petro Facundi et uxori vestre Marie Petri et donno Egidio et uxori vestre Guntine Suarii et Gonsalvo Martini et Marie Petri uxori vestre et Dominico Martini et uxori vestre Marie Gunsalvi et Michaeli Suerii et uxori vestre Tarasie Dominici et Jurdano Martini et uxori vestre Orrace Johannis et Suerio Petri et uxori vestre Marie Martini et Johannii Suerii et uxori vestre Dominice Andree et Petro Menendi et uxori vestre Marie Johannis et Bartholameo Suerii et uxori vestre Margarete Petri et Dominico Petri et uxori vestre donne Guntine et Johannii Sarro et uxori vestre Dominice Suerii et Petro Johannis et uxori vestre Dominice Nicholay et Johannii Dominici et uxori vestre Maiori Petri et Dominico Benedicti et uxori vestre Dominice Johannis et omnibus vestris successoribus ad forum pro ad semper vineam meam de Arroyolos et hereditatem meam que jacet in Cima de Vraea de Molla, tali pacto quod vos laboretis et fructificetis ipsam vineam et

---

<sup>272</sup> Corrigido de *pausaverit*.

hereditatem et detis inde michi et omnibus successoribus meis annuatim de vinea quartam partem de vino in lagari et similiter quartam partem de tinta. Et detis de hereditate quartam partem de pane et de omnibus aliis rebus quas deus ibi dederit. Et vos non debetis ipsam vineam nec hereditatem vendere ordini nec militi nec clero nec domine generose nec scutifero nec alicui persone religiose, sed si eam vel eas vendere vel donare volueritis, vendatis vel donetis eas vel eam talibus hominibus qui faciat michi et omnibus meis successoribus annuatim supradictum forum completum. In cuius rei testimonium do vobis istam cartam, meo sigillo sigillatam. Data Sanctarene, XV.<sup>a</sup> die Marcii, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum.

Jacobus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XI.<sup>a</sup>.

[552]

*1273 Março 16, Santarém — Aforamento da herdade de Curvos (fr., c. Esposende) a Pedro Peres e sua mulher Domingas Peres.*

### **Carta de foro hereditatis de Curvus in judicatu de Nevia**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego, Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii, do et concedo vobis Petro Petri et uxori vestre Dominice Petri et omnibus successoribus vestris ad forum pro ad semper illam meam hereditatem regalengam quam ego habeo in judicatu de Nevia, in loco qui vocatur Curvus, que hereditas vocatur Bouça Rotunda. Videlicet tali pacto quod vos laboretis et fructificetis eam bene, et detis inde michi et omnibus meis successoribus in quolibet anno terciam partem de omni fructu quem deus ibi dederit, et pro directuris unum alqueire tritici per mensuram de Barcelis et unum caponem et decem ova. Et vos non debetis ibi creare filium nec filiam militis nec domine generose nec scutiferi filio de algo. Et vos non debetis ipsam hereditatem vendere nec donare nec cambiare nec emplazare nec aliquo modo alienare ordini nec militi nec domine generose nec scutifero filio de algo nec eciam alicui potenti sed si eam vendere vel donare volueritis, vendatis vel donetis eam tali homini laboratori qui michi et successoribus meis faciat complete forum supradictum. In cuius rei testimonium dedi inde istam meam cartam eisdem Petro Petri et uxori sue. Data Santarene, XVI die Marcii, Rege mandante per Stephanum Johannis cancellarium et per Alfonsum Suerii superjudicem.

Martinus Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XI.<sup>a</sup>.

[553]

*1261 Abril 19, Santarém — Contenda com Paio Anes de Loures sobre moinhos e outros bens que haviam sido de Ourigo Rodrigues, criado e mordomo de Martim Anes, irmão do chanceler Estêvão Anes.*

**Karta de contenda que fuit inter dominum Regem et Pelagium Johannis de Loyras super molendinis et aliis que fuerunt de Urigo Roderici**

Don Alfonso pela graça de deus Rey de Portugal e do Algarve, a vos alcayde e alvaziis de Lixbona, saude. Sabede que eu fiz chamar per mha carta Paay Anes de Loyras e sa moller que mim vehessem fazer dereyto perante mha corte duum muhino de pedra e de duas coyrelas d'erdade que e cabo desse muyno, que forom de Ourigo Rodriguez que foy criado e mayordomo de Martim Anes o irmão que foy do chanceler, o qual muyno e as ditas coyrelas son en Loyras e esses veerom perante mha corte, e a mha corte ouvyyo mim e eles sobr'esse<sup>273</sup> muyo e sobr'essas coyrelas. E eles disserom ca compararam esse muyno e essas coyrelas e chamarom perende ao outor. E a mha corte deu llis prazo a que o adussesse e a o dia que llis foy posto non no adusserom nem ao segundo dia nem ao terceyro dia nem se defenderom assi como e [fl.120v] uso et custume de mha corte, e a mha corte per tal razon juygarom mi o dicto muyno connas ditas coyrelas. En testemuyo desta cousa deron mi esta carta aberta seelada de meu seelo. Dada en Sanctarem, VI dias de Abril, El Rey o mandou per Roy Gomez e per Roy Meendiz sobrejuyzes.

Stevan Pasqual a fez. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XI.<sup>a</sup>.

[554]

*1273 Maio 11, Santarém — Doação de Santo Estêvão (c. Ponte de Lima) a D. Gonçalo Garcia [de Sousal], alferes do Rei, e a sua mulher D. Leonor Afonso, bastarda régia, a título de dote de casamento.*

**Karta donationis facte donno Gonsalvo de sancto Stephano**

In dei nomine et ejus gratia amen. Noverint universi presentem cartam inspecturi quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii, una cum uxore mea Regina donna Beatrice, Illustris Regis Castelle et Legionis filia, et filiis et filiabus nostris Infantibus donno Dionisio, donno Alfonso, donna Blanca et donna Sancia, do et concedo donno Gonsalvo Garsie meo alferax et filie mee uxori ejusdem donne Aleanor herdamentum meum de sancto Stephano cum omnibus terminis juribus et pertinenciis suis, jure hereditario habendum ac in

---

<sup>273</sup> No texto: *sobr'esses*.

perpetuo possidendum, tali videlicet condicione quod si forsitan donna Aleonor ante decesserit quam donnus Gonsalvus, ipse donnus Gonsalvus debet habere et tenere toto tempore vite predictum herdamentum de sancto Stephano, cum omnibus terminis, juribus et pertinenciis suis. Et post mortem ipsius donni Gonsalvi debet reverti ad coronam regni. Si vero filium vel filiam vel filios vel filias ipsi donnus Gonsalvus et donna Aleonor habuerint, et ipsa donna Aleonor decesserit ante quam donnus Gonsalvus, filius vel filia vel filii vel filie eorumdem, habeat vel habeant medietatem de predicto herdamento, et aliam medietatem habeat donnus Gonsalvus in vita sua. Et post mortem ipsius donni Gonsalvi, filius vel filia vel filii vel filie eorumdem habeat vel habeant medietatem ipsam quam donnus Gonsalvus tenebat cum alia medietate quam jam ante habebat vel habebant. Si vero donnus Gonsalvus et donna Aleonor non habuerint filium nec filiam nec filios nec filias, predictum herdamentum de sancto Stephano devolvatur integre ad coronam regni, post mortem amborum. Et si donna Aleonor deceserit, et ex ea et donno Gonsalvo filius vel filia vel filii vel filie remanserit vel remanserint, et ipse filius vel filia vel filii vel filie decesserit vel decesserint sine prole legittima, antequam donnus Gonsalvus, medietas quam ipse filius vel filia, vel filii vel filie, predictorum donni Gonsalvi et donne Aleonor debebat vel debebant habere de predicto herdamento, devolvatur ad donnum Gonsalvum, et ipse donnus Gonsalvus teneat ipsam medietatem in vita sua. Et post mortem ipsius donni Gonsalvi revertatur ad coronam regni. Et <si> filius vel filia vel filii vel filie eorumdem decesserit vel decesserint sine prole legittima dictum herdamentum revertatur ad coronam regni. Et donnus Gonsalvus et donna Aleonor nec eorum non debet vendere nec donare nec alienare aliquo modo predictum herdamentum. Et si donnus Gonsalvus donnam Aleonor dimisserit aut matrimonium separatum fuerit ad petitionem ejusdem donni Gonsalvi, ipse donnus Gonsalvus non debet aliquid habere de predicto herdamento. In cuius rei testimonium dedi inde eidem donno Gonsalvo et uxori ejusdem donne Aleonor istam cartam meo sigillo sigillatam. Data Sanctarene, XI.<sup>a</sup> die Madii, Rege mandante, Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XI.<sup>a</sup>.

Donnus Johannes de Avoyno maiordomus curie, donnus Martinus Alfonsi tenens Elvas, donnus Alfonsus Lupi tenens Ripam Minii, donnus Didacus Lupi tenens Lamecum, donnus Petrus Johannis tenens Trasserram, donnus Menendus Roderici tenens Mayam, donnus Petrus Johannis de Portel tenens Leyrenam, donnus Nunus meyrinus maior, Fernandus Fernandi Cogominum, confirmant. Petrus Martini Petarinus, Petrus Martini Caseval, Dominicus Johannis<sup>274</sup> clericus domini Regis, testes.

---

<sup>274</sup> Segue-se *donni* riscado e sopontado.

Donnus Petrus Juliani electus Bracarensis, donnus Vincentius episcopus Portugalensis, donnus Dominicus electus Lamecensis, frater Valascus episcopus Egitaliensis, ecclesia Visensis vaccat, donnus Matheus Ulixbonensis episcopus, donnus Durandus Elborensis episcopus, frater Bartholomeus Silvensis episcopus, donnus Stephanus Johannis cancellarius, confirmant.

Jacobus Johannis notarius curie notuit.

[555]

*1273 Maio 11, Santarém — Composição com D. Gonçalo Garcia de Sousa sobre as arras de D. Leonor Afonso.*

**Karta compositionis facte inter dominum Regem et donnum Gonsalvum  
Garsie super arris filie sue donne Alleonor**

Noverint universi presentem cartam inspecturi quod in presencia mei Salvatoris Didaci publici tabellionis Sanctarene et testium subscriptorum inter donum Alfonsum Illustrissimum Regem Portugalie et Algarbii nomine donne Aleonor filie sue ex una parte, et donnum Gonsalvum Garsie alferaz ejusdem domini Regis ex altera, talis compositio intervenit, scilicet donnus Gonsalus dat donne Aleonor, pro compara sui corporis, medietatem omnium suorum herdamentorum cum omnibus juribus terminis et pertinenciis suis, ubicumque ea habet habendum perpetuo et jure hereditario possidendam, tali videlicet conditione quod si super matrimonio contracto inter eos, dominus Rex dispensationem inpetrare potuerit, ipse donnus Gonsalus debet eidem donne Aleonor dare suas arras, scilicet sex quintanas et sexaginta casalia sicut est consuetudo inter Dorium et Minium. Et dicta medietate predictorum herdamentorum debet reverti ad eundem domnum Gonsalvum. Si vero acciderit quod dictum matrimonium ad petitionem donni Gonsalvi separatum fuerit aut donnus Gonsalus eam dimiserit, donna Aleonor debet habere dictam medietatem predictorum herdamentorum jure hereditario perpetuo habendum et possidendam pro compara sui corporis. Si autem contingerit dictum matrimonium separari per ecclesiam ex officio suo vel ad petitionem domini Regis vel memorare donne Aleonor, ipsa donna Aleonor debet habere duo milia librarum monete veteris Portugalie pro compara sui corporis. Et hec duo milia librarum debet habere per supradictam medietatem dictorum herdamentorum et tenere ipsam medietatem herdamentorum quousque *fl. 121*/ei dicta pecunia integre persolvatur. Et debet habere inde fructus et rendas et ipsi fructus et re[n]dde non debent computari in supradictis quousque ei dicta pecunia integre persolvatur. Additum fuit eciam super hoc quod predictus dominus Rex dat donno Gonsalvo et donne Aleonor uxori sue filie domini Regis, herdamentum de sancto Stephano cum

omnibus terminis juribus et pertinenciis suis, talibus videlicet condicionibus quod si donna Aleonor ante decesserit quam donnus Gonslvus ipse donnus Gonsalvus debet habere et tenere toto tempore jure sue predictum herdamentum de sancto Stephano cum omnibus terminis juribus et pertinenciis suis. Et post mortem ipsius donni Gonsalvi debet reverti ad coronam Regni. Si vero ipsi donnus Gonsalvus et donna Aleonor habuerint filium vel filiam vel filios vel filias, et decesserit ipsa donna Aleonor antequam donnus Gonsalvus, filius vel filia, vel filii vel filie eorumdem habeat vel habeant medietatem de predicto herdamento, et donnus Gonsalvus habeat vel habeant aliam medietatem, in vita sua. Et post mortem ipsius donni Gonsalvi filius vel filia, vel filii vel filie eorum habeat vel habeant medietatem ipsam quam donnus Gonsalvus tenebat cum alia medietate qum jam habebat vel habebant. Si vero donnus Gonsalvus et donna Leonor non habuerint filium nec filiam nec filios nec filias predictum herdamentum de sancto Stephano devolvatur integre ad coronam regni post mortem amborum. Et si donna Aleonor decesserit et ex ea donno Gonsalvo filius vel filia vel filii vel filie remanserit vel remanserint, et ipse filius vel filia vel filii vel filie predictorum donni Gonsalvi et donne Aleonor debebat vel debebant habere de predicto herdamento, devolvatur ad donnum Gonsalvum, et ipse donnus Gonsalvus teneat ipsam medietatem in vita sua. Et post mortem ipsius donni Gonsalvi devolvatur ad coronam regni. Et si filius vel filia, vel filii vel filie decesserit <vel decesserint<sup>275</sup> sine prole legitima dictum herdamentum revertatur ad coronam regni, et donnus Gonsalvus et donna Aleonor, nec aliquis eorum non debet vendere nec donare nec alienare aliquo modo predictum herdamentum. Et si donnus Gonsalvus donnam Aleonor dimiserit aut matrimonium separatum fuerit ad petitionem ejusdem donni Gonsalvi, donnus Gonsalvus non debet aliquid habere de predicto herdamento. In cuius rei testimonium supradicti dominus Rex et donnus Gonsalvus mandaverint inde duas cartas consimiles fieri per manum dicti mei tabellionis et suis sigillis sigillati quarum unam dominus Rex debet tenere et aliam donnus Gonsalvus. Actum fuit hoc Sanctarene, XI.<sup>a</sup> die Maii, Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XI.<sup>a</sup>.

Qui presentes fuerunt: donnus Johannes de Avoyno maiordomus predicti domini Regis, donnus Nunus Martini meyrinus maior, Fernandus Fernandi Cogominum, Petrus Martini Petaryno, Petrus Martini Caseval, Dominicus Johannis Jardus clericus.

Jacobus Johannis scribanus domini Regis. Et ego Salvator Didaci publicus tabellio supradictus ad instanciam predictorum domini Regis et donni Gonsalvi predictas cartas propria manu scripsi et signum meum apposui in testimonium predictorum.

---

<sup>275</sup> A expressão entre <> encontra-se escrita na margem esquerda, com chamada para o texto.

*1273 Maio 25, Lisboa — Doação de Castelo de Vide, com seus termos e direitos, a seu filho, o infante D. Afonso.*

140

**Karta de donatione de Vide quam dominus Rex dedit filio suo Infanti donno Alfonso**

Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii, universis presentem cartam inspecturis notum facio quod ego vidi unam cartam de foro de Marvam in qua continebatur termini ipsius ville de Marvam et inveni per ipsam cartam quod Vide cum omnibus terminis suis jacebat in termino de Marvam et meus filius Infans dominus Alfonsus dominus de Marvam peciit michi pro mercede quod placeat michi quod leixarem illum ire filiare ipsum Vide que jacebat in termino de Marvam quia recipiebat de illa magnum tortum. Et ego concessi eidem et cum ipse filiasset eam et ego invenirem quod jacebat in termino de Marvam ut superius est expressum. Ego una cum uxore mea Regina donna Beatrice, Illustris Regis Castelle et Legionis filia, et filio et filiabus meis Infante donno Dionisio donna Blanca et donna Sancia, do et concedo eidem donno Alfonso meo filio predictam Vide cum omnibus terminis pascuis montibus fontibus ingressibus et regressibus et pertinenciis suis, et si ibi aliquid directum abeo vel habere debeo do et concedo illud eidem donno Alfonso meo filio secundum conditiones que continetur in privilegio quod dedi ei de castello et terminis de Marvam. In cuius rei testimonium dedi eidem donno Alfonso istam meam cartam apertam meo sigilli sigillatam. Data Ulixbona, VIII.<sup>vo</sup> Kalendas Junii, Rege mandante.

Jacobus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XI.<sup>a</sup>.

Qui presentes fuerunt: donnus Johannes de Avoym maiordomus, Menendus Roderici, donnus Stephanus Johannis cancellarius, Rodericus Garsie de Pavya, Martinus Johannis de Vinali, Dominicus Johannis clericus domini Regis.

*1273 Maio 27, Lisboa — Carta ao juiz Gonçalo Mendes, que acompanhava o meirinho mor, informando-o sobre a contendida com o mosteiro de Pombeiro sobre Roalde (fr. S. Martinho de Antas, c. Sabrosa) e respectiva sentença.*

**Karta de judicio dato inter dominum Regem et abbatem et conventum de Palumbario super Ranaldi**

Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii vobis Gonsalvo Menendi meo judici qui andatis cum meyrino maiori salutem. Sciatis quod feci citare abbatem et conventum de Palumbario perante meam curiam super Ranaldi et terminis suis

que michi dicebant quod ipsi tenebant ut non debebant. Et procurator eorum venit perante meum superjudicem ad diem assignatam et com meus superjudex audiret ambas partes procurator predictorum abbatis et conventus dixit quod predicti abbas et conventus non habebant aliquid in Ranaldi nec in termino suo et quod si ibi aliquid habebant, quod parciunt se inde, et dixit quod totum erat meum. Et tunc meus superjudex habitu super hoc consilio, judicavit michi Ranaldi et terminos suos pro meis<sup>276</sup> quantum est contra dictos abbatem et conventum et mandavit quod ego essem inde integratus. Unde mando vobis quod vos integretis Ranaldi et terminos suos Martino Johannis de Vinali aut illi qui steterit in terra de Panoyas loco sui, nomine et loco mei. Unde aliter non faciatis. Data Ulixbona, XXVII die Madii, Rege mandante per Alfonsum Suerii superjudicem.

Jacobus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XI.<sup>a</sup>.

[558]

*1273 Maio 31, Lisboa — Aforamento de um casal em Rio Mai (fr. Fareja, c. Fafe)  
a Pedro Martins e sua mulher Maria Domingues.*

### Karta de foro de uno casali de Rivulo Malo

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii do et concedo vobis Petro<sup>277</sup> Martini et uxori vestre Marie Dominici et successoribus vestris ad forum pro ad semper illud meum casale quod habeo in *fl. 121v*] Rivulo Malo in collatione sancti Martini de Farragia. Videlicet quod vos fructificetis et plantetis ipsum casale et detis inde michi et successoribus meis annuatim pro foro terciam partem de pane et de vino et de lino et de leguminibus et omni fructu quem deus ibi dederit, salvo quod successores vestri debent michi dare et successoribus meis annuatim post mortem vestram medietatem de vino de vinea quam ibi feceritis et debetis michi dare et successoribus meis annuatim pro directuris unum bragale de septem varis et unum caponem et decem ova et unum franganum et unum almude de castaneis et unum cabritum et unum leytom si eum habueritis et unam spatulam de porco de duodecim costis et unum quarazil et unum caseum et vos nec successores vestri non debetis ipsum casale nec partem ejus vendere nec donare nec emplazare nec testate nec helemosinare nec atestare ordini nec militi nec scutifero nec domine generose nec ecclesie nec alicui potenti, sed si eum vendere vel donare volueritis vendatis vel donetis illud tali homini qui michi et successoribus meis faciat complete predictum forum. In cuius rei testimonium dedi inde vobis istam meam

<sup>276</sup> Segue-se, repetido, mas sopontado, *pro meis*.

<sup>277</sup> As palavras *vobis* *Petro* encontram-se escritas na margem direita.

cartam. Data Ulixbona pridie Kalendas Junii, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum et per cancellarium et per Alfonsum Suerii superjudicem.

142

Johannes Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XI.<sup>a</sup>.

[559]

1273 Junho 14, Lisboa — Aforamento de nove casais em Motoque (Botocais?, fr. Rio de Mel, c. Trancoso) a nove foreiros e repectivas mulheres.

### **Carta de novem casalibus de Motoque**

Noverint universi presentem cartam inspecturi quod ego, Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii, una cum uxore mea Regina donna Beatrice, Illustris Regis Castelle et Legionis filia, et filiis et filiabus nostris Infantibus dono Dionisio, dono Alfonso, donna Blanca et donna Sancia, do et concedo vobis Dominico Petri et Petro magistro et Petro Petri Rubeo et Suerio Suerii et Martino Johannis et Dominico Laurencii et Martino Stephani et Johanni Johannis et Petro Mauro et uxoribus vestris et omnibus vestris successoribus ad forum pro ad semper illa mea novem casalia que sunt in illo loco qui vocatur Motoque cum quairelis et cum sauto meo de apre Trancosum, tali pacto quod detis michi et omnibus meis successoribus annuatim sextam partem de pane de lino de leguminibus et de toto fructu quod deus vobis ibi dederit exceptis de almuniis quas feceritis de oleribus et de porris et de alliis et de cepis pro ad vestrum comedere tantum et si plures vel maiores al moyas feceritis pro ad vendendum detis inde michi et meis successoribus sextam partem et similiter detis michi et omnibus meis successoribus sextam partem de molendinis si eos ibi feceritis et detis michi annuatim de foro singulas taleigas de bono tritico et singulas teygas de bono ordeo et singulas bonas gallinas cum decem X ovis et omnes populatores detis michi in simul anuatim viginti solidos pro pedida de maiordomo et pectetis vocem et calumpniam per forum de Trancoso et si seminareritis singulos almudes de centeno vel de ordeo pro ad vestros boves vel pro ad vestras bestias non detis inde portionem et si ipsa casalia cum ipsis quairelis et cum dicto meo sauto fuerint tanta quod possint ibi populare plures hominibus quam vos novem populatores supradicti, volo et mando quod populent et morentur ibi vobiscum et solvant michi supradictum forum. Et non vendatis nec donetis nec testetis nec elemosinetis ipsa casalia nec ipsis quairelas nec predictum sautum nec partem eorum nec alio aliquomodo alienetis militi nec ordini nec ecclesiis nec dominabus nec alicui persone religiose nec scutifero nisi talibus hominibus villanis qui michi et successoribus meis faciant supradictum forum. In cuius rei testimonium do vobis istam cartam meo sigillo

sigillatam. Data Ulixbona, XIII die Junii, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum.

Jacobus Johannis notavit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XI.<sup>a</sup>.

143

[560]

*1273 Junho 15, Lisboa — Carta de quitação a Pedro Martins e Afonso Martins Rial, filhos de Martim Rial, outrora almoxarife de Guimarães, após deles ter recebido contas de dízimas, colheitas e outros direitos do almoxarifado de Guimarães e de várias terras e julgados de Entre-Douro-e-Minho.*

### **Carta quitationis Petri Martini Rial quondam almoxarifi Vimaranis**

Noverint universi presentem cartam inspecturi quod ego, Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii, recepi conpotum et recabedum de Petro Martini filio de Martini Ryal quondam mei almoxariffi Vimaranis pro se et pro Alfonso Martini germano suo, perante donnum Johannem de Avoyno meum maiordomum et donnum Stephanum Johannis meum cancellarium et Valascum Menendi vice maiordomum et Martinum Petri, Dominicum Petri et Dominicum Vincentii clericos meos, et Johannem Vincentii meum notarium de cancellaria, et perante Pelagium Johannis scribanum meum, de predicto almoxariffatu quem tenuit a tercia decima die Julii de Era M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> LX<sup>v</sup>.<sup>a</sup> VI.<sup>a</sup> usque ad primam diem Aprilis de Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> I.<sup>a</sup>, et de terras de Celorico de Basto et de Monte Longo, a XXIII.<sup>a</sup> die Agusti de Era M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> LX<sup>v</sup>.<sup>a</sup> VII.<sup>a</sup> usque ad XXIII.<sup>a</sup> diem Martii de Era M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> LX<sup>v</sup>.<sup>a</sup> IX.<sup>a</sup>, et de terra de Sausa quam tenuit a secunda die Marcii de Era M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> LX<sup>v</sup>.<sup>a</sup> IX.<sup>a</sup> usque ad Kalendas Octobris de eadem Era, et de terra de Penafideli quam tenuit ab undecima die Novembbris de Era LX<sup>v</sup>.<sup>a</sup> IX.<sup>a</sup> usque ad XX diem Novembbris de eadem Era, et de pannis quos recepit de decimis in Viana, quando erat almoxarifus, et de aliis pannis quos recepit in Valencia postquam non erat jam almoxarifus, et de aliis rebus de quibus Pelagius Johannis meus scribanus Vimaranis fuit scriptor ejusdem Martini Rial sicut per partes in libro ipsius Pelagii Johannis continetur. Et computatis omnibus supradictis predicti filii Martini Ryal remanserunt michi pro debitoribus de novingentis et quinquaginta tribus libris et duodecim solidis et septem denariis et de uno modio et quindecim alqueires de tritico per quayram Vimaranis et de sexaginta et tribus modiis et decem teeygas de secunda et de uno medio alqueire per eandem mensuram et de uno calavre et duabus marris et octo cuniis et decem maleis de ferro. Item predictus Petrus Martini pro se et pro dicto germano suo recabedavit coram predictis computatoribus de terra de Aquilary de Sausa quam tenuit a Kalendis Septembbris de Era M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> LX<sup>v</sup>.<sup>a</sup> [fl. 122] usque ad Martium mediatum

de Era LX<sup>c</sup>.<sup>a</sup> prima et de ipso Martio mediato usque ad unum annum. Et de judicatu de Felgueyras quem tenuit a mense Septembris de Era LX<sup>c</sup>.<sup>a</sup> usque ad octavam decimam diem de Era LX<sup>c</sup>.<sup>a</sup> prima. Et de judicatu de Lausada quem tenuit a Kalendas Septembris de Era LX<sup>c</sup>.<sup>a</sup> usque ad Martium mediatum de Era LX<sup>c</sup>.<sup>a</sup> prima. Item recabedavit de ipso judicatu quem tenuit a Martio mediato usque ad Kalendas Junii de predicta Era. Item de terra de Benviver quam tenuit a III.<sup>o</sup> Kalendas Septembris de Era LX<sup>c</sup>.<sup>a</sup> usque ad quintam diem Decembris de eadem Era. Item de terra de Penafideli cum Ruyli et cum Palatiis quam tenuit a III.<sup>o</sup> Kalendas Septembris de Era LX<sup>c</sup>.<sup>a</sup> usque ad quintam diem Decembris de eadem Era et de terra de Vermui quam tenuit a Kalendas Septembris de Era LX<sup>c</sup>.<sup>a</sup> usque ad XXII die Marcii de Era LX<sup>c</sup>.<sup>a</sup> prima et de terra de Gondemar quam tenuit a Kalendas Septembris de Era LX<sup>c</sup>.<sup>a</sup> usque ad III.<sup>o</sup> Kalendas Februarii de Era LX<sup>c</sup>.<sup>a</sup> prima. Item de terris de Maya et de Cornado quas tenuit a Kalendas Septembris de Era LX<sup>c</sup>.<sup>a</sup> usque ad Kalendas Januarii de eadem Era et de terra de Nevya quam tenuit ab ultima die Aprilis de Era LX<sup>c</sup>.<sup>a</sup> prima usque ad festum sancti Johannis Babtiste de eadem Era. Et de terra de Prado quam tenuit a Kalendas Septembris de Era LX<sup>c</sup>.<sup>a</sup> usque ad Kalendas Aprilis de Era LX<sup>c</sup>.<sup>a</sup> prima. Item de terra de Penafideli de Bastuzo et de Palaciis quam filiavit et tenuit in Era LX<sup>c</sup>.<sup>a</sup> IX.<sup>a</sup> ab illa die qua mortuus fuit Egeas Laurencii de Cunya qui ipsam terram tenebat usque ad festum sancti Johannis Babtiste de eadem Era. Et de terra sancti Martini de Ripa<sup>278</sup> Limie quam tenuit a XXIII.<sup>a</sup> die Junii de Era LX<sup>c</sup>.<sup>a</sup> VIII.<sup>a</sup> usque ad primam diem Martii de Era LX<sup>c</sup>.<sup>a</sup> IX.<sup>a</sup>. Et de Villa Plana quam tenuit in predicto tempore. Item de terra de Panoyas quam tenuit in Era M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> LX<sup>c</sup>.<sup>a</sup> IX.<sup>a</sup>. Et computatis prenominatis terris, remanserunt michi pro debitoribus de trecentis et nonaginta et una libris et duodecim solidis et quatuor denariis. Item recabedavit michi coram supradictis computatoribus de meis collectis quas sacavit inter Dorium et Minium pater suus Martinus Ryal cum Petro Suerii et de Pedroso et de Eclesiola et de Oya in Era M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> LXXX.<sup>a</sup> IX.<sup>a</sup>. Et predictis collectis computatis, remanserunt michi pro debitoribus de quatuorcentis et octuaginta et tribus libris et tribus soldis. Item recabedavit michi coram supradictis de meis collectis quas sacavit inter Dorium et Minium cum Dominico Pelagii de Barca in Era M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> LX<sup>c</sup>.<sup>a</sup> V.<sup>a</sup> et remanserunt inde michi pro debitoribus de centum et nonaginta et septem libris et terdecim solidis. Item remanserunt michi pro debitoribus de quatuordecim libris de contis de supradictis collectis quas Martinus Ryal sacaverat cum Petro Suerii et iste quatuordecim libras sunt jam computatae in predicta summa de collectis supradictis quas saccavit cum Petro Suerii. Et ita computatis omnibus supradictis tam receptis quam expensis, tam de

---

<sup>278</sup> No texto: *Reripa*.

almoxarifatu quam de terris quam de collectis quam de aliis rebus supradictis de quibus partes in rotulo sue recapitulationis plenius continetur remanserunt michi pro debitoribus de duabus mille et viginti et sex libris et undecim denariis et <de> uno modio et quindecim alqueires de tritico per quayram Vimaranis et de sexaginta et tribus modiis et decem taeigas et medio alqueire de secunda per eandem quayram Vimaranis et de uno calavre et duabus marris et octo cuniis et decem malleis de ferro supradictis de quibus omnibus et singulis suprascriptis michi dedit bonum computum et recabedum et recognosco inde me pacatum. Et do et concedo predictos Alfonsum Martini et Petrum Martini filios Martini Ryal et heredes eorum pro quitis de omnibus et singulis suprascriptis. In cuius rei testimonium dedi <predicto> Petro Martini istam meam cartam. Data Ulixbona XV die Junii, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno maiordomum suum et per cancellarium.

Johannes Vincentii notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XI.<sup>a</sup>.

[561]

*1273 Junho 23, Lisboa — Aforamento de uma tenda em Elvas a Mafomade e seus sucessores.*

#### **Karta de foro de una tenda de Elbis de Maffomade**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego, Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii, do et concedo vobis Maffomade et successoribus vestris ad forum illam meam tendam quam habeo in Elbis. Videlicet quod vos et successores vestri detis inde michi et successoribus meis annuatim decem marabitinos de quindecim solidis pro marabitino, de qua tenda isti sunt termini: in oriente tenda mea; in occidente atrium sancte Marie; in affrico via publica; in aquilone domus Dominice Petri. Et vos nec successores vestri non debetis ipsam tendam vendere nec donare nec alienare nec emplazare nec attestare nec alio modo alienare militi nec scutifero nec domine generose nec ecclesie nec monasterio nec alicui alii potenti, sed si eam vendere vel donare volueritis vendatis vel donetis eam tali homini qui michi et successoribus meis faciat complete dictum forum. In cuius rei testimonium dedi inde vobis istam cartam. Data Ulixbona XXIII die Junii, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum et per cancellarium.

Rodericus Martini notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XI.<sup>a</sup>.

*1273 Julho 2, Lisboa — Demarcação e couto da herdade de Santo Estêvão (c. Ponte de Lima) a D. Gonçalo Garcia de Sousa e sua mulher D. Leonor Afonso, bastarda régia.*

**Carta donationis et cauti<sup>279</sup> herdamenti sancti Stephani donno Gonsalvo Garsie et uxori sue**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego, Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii, una cum uxore mea Regina donna Beatrice, Illustris Regis Castelle et Legionis filia, et filiis et filiabus nostris Infantibus donno Dionisio, donno Alfonso et donna Blanca et donna Sancia, dedi et concessi donno Gonsalvo Garsie meo alferaz et donne Aleonor Alfonsi mee filie uxori ejusdem domini Gonsalvi herdamentum meum de sancto Stephano sicut in littera donationis quam sibi inde dedi plenius contine[tur]. Et mandavi per meam cartam judici et tabellioni de Ponte Limie et Dominico Pelagii de Barca quod irent et inquirerent bene et fideliter per ubi dividebatur predictum herdamentum in circuitu per omnes partes et quod facerent per ibi plantare marcos et facere divisiones cum Johanne Pelagii meo portario. Et mandavi quod ipse meus portarius cautaret eisdem donno Gonsalvo et donne Aleonor predictum herdamentum in circuitu per omnes partes et per predictos marcos. Et [fl. 122v] supradicti judex et tabellio de Ponte Limie et Dominicus Pelagii miserunt michi dicere quod ipsi et meus portarius predictus iverunt ad predictum herdamentum cum judicibus de Aguyar et de sancto Stephano et de Jaras et de Cornelaa et inquisierunt per bonos homines conjuratos ad sancta dei evangelia per ubi erant termini et circuitos et divisiones predicti herdamenti et invenerunt quod erant per ista loca que hic nominantur et fecerunt plantare unum marcum in Lausis de Barrio Malo in ripa de Limia, et deinde quomodo se vadit per lombum de inter Villam Novam et Barrium Malum deinde ad cimam de ipso lombo ubi chantaverunt unum cautum in Mamoa et deinde quomodo se vadit ad petram de Incruziladis, que stat in camino quod vadit de Voytorio pro ad Jaras, et deinde quomodo se vadit ad petram passareyram, et deinde ad petram de Vidreyros, et deinde ad portelam de Carvalio, et deinde per cimam de Castello de Aguyar, et deinde ad Outeyrum de Pelagio Goestes, et deinde ad Outeyrum de Porqueyra, et deinde ad cabeçam de Outeyro Raso, et deinde ad Poços et deinde ad Outeyrum de Cortina, et deinde per cornum de Pousada et deinde ad cautum quod chantaverunt in portela de Paramo, et deinde quomodo vadit ad Outeyrum de Pausafoles, et deinde ad Petram de Andorina et deinde ad Petram Redondam, et deinde ad Coronam de

<sup>279</sup> As palavras *et cauti* encontram-se escritas na margem direita.

Cidade, et deinde ad Outeyrum de Runa, et deinde ad Outeyrum de Fonte de Spinario, et deinde ad caput de Planis Maioribus, et deinde per Outeyrum Medianum et deinde ad Petram de Fogo<sup>280</sup> de Rede et deinde ad Penam de Noor et deinde ad Seebosum, et deinde ad Outeyrum de Mormoymraes, et deinde ad Outeyrum de Silvares et deinde ad Outeyrum de Valle de Porta et deinde ad caustum de Eyra de Casali de Neyro, et deinde vadit ad caustum quod chantaverunt in Fonte de Pereyrus et deinde ad Outeyrum de Selas et deinde ad caustum de portu de Abeleyra, et deinde ad caustum de Outeyro de Abeleyra, et deinde ad caustum quod chantaverunt in Sanguynali, et deinde ad caustum de Citofacta, et deinde ad caustum de Chao et deinde ad caustum de Mouridos Steyrus, et deinde ad portum de Rivulo Tincto quomodo vadit per venam de Rivulo Tincto intrare in Limya et quomodo vadit per venam de Limia, et vadit ad Lausas de Barrio Malo ubi primitus incepert. Unde ego cauto supradictis donno Gonsalvo Garsie et donne Aleonor Alfonsi uxori sue, filiis et filiabus quos et quas habuerint ut in littera donationis de predicto herdamento continetur, predictum herdamentum de sancto Stephano per loca superius nominata. Et pono tale incautum quod quicumque in dicto cauto illis malum vel dampnum fecerit, quod pectet michi vel successoribus meis trecentas libras eisdem donno Gonsalvo et donna<sup>281</sup> Aleonor et filiis et filiabus quos vel quas habuerint ut in littera donationis predicti herdamenti plenius continetur, dampnum vel malum quod eis in dicto cauto fecerit, in duplum corrigat et emendet. In cuius rei testimonium do eisdem donno Gonsalvo et donne Aleonor Alfonsi istam cartam meo sigillo sigillatam. Data Ulixbona, II.<sup>a</sup> die Julii, Rege mandante.

Jacobus Johannisi notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XI.<sup>a</sup>.

[563]

*1273 Maio 12, Santarém — Carta aos pretores de Mogadouro e de Penas Róias (c. Mogadouro), informando sobre a sentença dada pela curia sobre os castros das referidas localidades e das aldeias circum-adjacentes.*

### **Karta de judicio dato super Mugadoiro et Penaroyas**

Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii, vobis pretoribus de Mogadoyer et de Penaroyas, salutem. Cum sexta die Madii curie mee magister et fratres Templi dedissent quandam petitionem per quam petebant a curia mea sibi fieri justiciam de castris de Mogadoyer et de Penaroyas, et de quibusdam aldeys

---

<sup>280</sup> No texto *Fogio*, com o *i* sopontado.

<sup>281</sup> No texto: *donno*.

circumjacentibus ipsis castris, curia mea cognita veritate et meritis ipsius facti, approbavit et confirmavit judicium quod dederat pro me super ipsis castris cum suis terminis et omnibus pertinenciis que infra terminos ipsorum castrorum continebantur. Et mandavit et adjudicavit quod alia loca que extra terminos predictos continebantur occasione dicte sententie per me ipsis Templariis non impedirenturi. Unde mando vobis quod vos dicta loca que extra terminos predictos continentur, non impediatis occasione sententie supradicte, et dimitatis ea sibi. Unde aliter non faciatis. Data Sanctarene, XII die Madii, Rege mandante per donnum Gonsalvum Garsie, per donnum Martinum Alfonsi, per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum, per donnum Menendum Roderici, per donnum Nunum Martini meyrinum maiorem, per cancellarium, per Rodericum Garcie de Pavya, per Johannem Suerii Conelium, per Fernandum Fernandi Cogominum, per Martinum Johannis de Vinali, per Alfonsum Petri Farinam, per Martinum Dade pretorem Sanctarene, per Petrum Alfonsi de Çamora, per Petrum Martini Caseval, per Petrum Martini Petarinum, per fratrem Geraldum Dominici de ordine predicatorum, per Magistrum Petrum phisicum et per Magistrum Thomam thesaurarium Bracharensem.

Johannes Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XI.<sup>a</sup>.

[564]

*1273 Julho 15, Jales — O juiz e concelho de Jales nomeiam procuradores para pedir e receber do Rei o foro, a carta de foro ou o arrendamento da terra de Jales.*

### **Carta procuracyonis de Jales**

Noverint universi quod nos judex et concilium de terra de Jales facimus Dominicum Menendi et Petrum Fernandi latores presencium procuratores nostros ad petendum et ad recipiendum a domino Alfonso dei gratia Rex Portugalie et Algarbii forum et cartam de foro et terram de Jales ad rendam in denariis si necesse fuerit, et obligamus nos et omnia bona nostra habita et habenda ad persolvendum eidem domino Regi vel cui ipse mandaverit ipsos denarios ad terminos assignatos. Et quicquid predicti procuratores cum eodem domino Rege super istis et quolibet eorumdem posuerint et fecerint ratum et firmum nos promittimus habituros. In cuius rei testimonium dedimus eis istam cartam nostro sigillo sigillatam. Data in Jales, XV dies Julii, Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XI.<sup>a</sup>.

*1273 Julho 15, Jales — Arrendamento de todas as rendas e direitos régios da terra de Jales ao juiz e concelho de Jales (antigo c. de Alfarela de Jales, actualmente integrado no c. de Vila Pouca de Aguiar).*

### **Karta de foro et de renda de terra de Jales**

Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii universis presentem cartam inspecturis, notum facio quod cum judex et concilium de Jalles per Dominicum Menendi et per Petrum Petri suos procuratores sufficientes ad petendum michi forum et ad recipiendum illud peterent michi nomine judicis et concilii de Jalles et quod ego darem illis forum. Ego predictus Rex una cum *[fl. 123]* uxore mea Regina donna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia, et filiis et filiabus nostris Infantibus donno Dionisio donno Alfonso donna Blanca et donna Sancia, de voluntate predictorum procuratorum, do et concedo eidem judici et concilio de Jales omnes meas rendas et omnes meos directos de terra de Jalles et de suis terminis novis et antiquis quos vincere et habere potuerint per directum tali pacto quod dent michi et omnibus meis successoribus annuatim ad tercias anni trecentos et triginta marabitinos veteres, scilicet primam terciam pro prima die Septembbris et aliam terciam pro prima die Januarii et aliam terciam pro prima die Madii, et si ipsi judex et concilium michi vel cui ego mandavero istos denarios ad predictos terminos non dederint debent eos ex tunc dare michi vel cui ego mandavero cotidie cum quinque marabitinos de pena. Et meus riquoshomo nec prestamarius non pauset illis in dicta terra de Jalles nec in suis terminis nec filiet illis ibi aliquid per forciam. Et similiter meus meyrinus non pauset nec intret illis in dicta terra de Jalles nec in suis terminis nisi ipsi eum vocaverint ad justiam faciendam vel per eos defecerit, quod non faciant justiam in predicta terra. Insuper quito predictis judici et concilio anuduvam et retineo, pro ad me et pro ad omnes meos successores, meam oste et meam monetam et jus patronatus omnium ecclesiarum in dicta terra de Jalles et in suis terminis constructarum et construendarum, et supradicti procuratores nomine suo et judicis et concilii predictorum presentem cartam cum predicto foro receperunt et ad persolvendum denarios supradictos se nomine suo et predictorum judicis et concilii obligarunt. In cuius rei testimonium do inde predictis judici et concilio de Jalles istam cartam meo sigillo plumbeo sigillatam. Data Ulixbona, XV die Julii, Rege mandante.

Jacobus Johannisi notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XI.<sup>a</sup>.

*1273 Julho 22, Sabrosa — Os homens de Sabrosa nomeiam seus procuradores para acordarem com o Rei sobre foros e outros assuntos relativos ao concelho.*

150

### **Carta procriptionis de Soverosa in terra Panoyas**

Ao muito alto e muy nobre señor don Alfonso pela graça de deus Rey de Portugal e do Algarve. Nos os vosos homees de Soverosa de terra de Panoyas muy humildosamente enviamos bejar a terra dant'os vossos pees, assi como a Rey e a Senor unde attendemos ben e mercee. Señor enviamos a vossa mercee e enviamos a vos Martim Dominguez e Pedro Fernandiz nossos vizinos e portadores das presentes, que eles s'avenam cumvosco por nos assi en foros como en carta como en todalas outras cousas que a vos mover quiserdes contra nos, ou eles contra vos por nos, todo o nos avemos por firme e por estavil outrossi come se o nos fezessemos estando presentes per nossos corpos meesmos. E que isto seja firme, estavil e non venam en duvida, rogamos Domingos Nuniz nosso taballion en Panoyas que esta carta cum sa mao escrevesse. Feyta a carta en Soverosa, XXII dias andados de Julio, Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XI.<sup>a</sup>.

Presentes Joham Sobrino, Petrus Fraide, Martim Periz e outros muitos.

E eu sobredicto Domingos Nuniz taballion esta carta cum mha mão screvi e meu sinal pusi en testemoyo de verdade que e atal.

*1273 Julho 5, Sabrosa — Arrendamento aos povoadores de Sabrosa das rendas e direitos da referida terra.*

### **Karta de foro e de renda de Soverosa**

Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii, universis presentem cartam inspecturis notum facio quod cum populatores de Soverosa per Martinum Dominici et per Petrum Fernandi suos procuratores sufficientes ad petendum michi forum et ad recipiendum illud peterent michi nomine eorumdem, quod ego darem eis forum. Ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii una cum uxore mea Regina donna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia et filiis et filiabus nostris Infantibus donno Dyonisio et donno Alfonso donna Blanca et donna Sancia, de voluntate predictorum populatorum et ad petitionem eorumdem, do et concedo predictis populatoribus de Soverosa presentibus et futuris, omnes meas rendas et omnes meos directos de ipsa terra de Soverosa et de suis terminis sicut dividit cum Vilaryno et deinde cum Palaciis et cum sancto

Martino et cum Sauto Maiori et deinde per Pinhon a sopee tali pacto quod ipsi populatores de Soverosa et de suis terminis dent michi et omnibus meis successoribus annuatim ad tercias anni quinquaginta marabitinos veteres scilicet primam terciam pro prima die Septembbris et aliam terciam pro prima die Januarii, et aliam terciam pro prima die Madii, et si predicti popula~~to~~res michi vel cui ego mandavero predictos denarios ad predictos terminos non dederint debent eos ex tunc dare michi vel cui ego mandavero cum duobus marabitinis cotidie de pena. Et meus ricushomo nec prestamarius non pauset illis in ipsa terra nec filiet eis ibi aliquid per forciam, et similiter meus meyrinus non intret eis in ipsa terra nisi ipsi populatores vocaverint eum ad justiciam faciendam vel per eos defecerit quod non facient justiciam in ipsa terra. Insuper quito predictis populatoribus anuduvam et retineo pro ad me et pro ad omnes successores meos meam hoste et meam monetam et jus patronatus omnium ecclesiarum in ipsa terra et in suis terminis constructarum et construendarum, et supradicti procuratores nomine suo et predictorum populatorum istam cartam cum isto foro supradicto receperunt. In cuius rei testimonium do predictis populatoribus de Soverosa istam cartam meo sigillo sigillatam. Data Ulixbone, V die Julii, Rege mandante.

Jacobus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XI.<sup>a</sup>.

[568]

*1273 Julho 15, Lisboa — Arrendamento das rendas e foros de Roalde (fr. S. Martinho de Antas, c. Sabrosa) aos respectivos povoadores.*

### **Carta de foro et de renda de Ranaldi**

Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii, universis presentem cartam inspecturis notum facio, quod cum populatores de Ronaldi per Michaelem Menendi et per Vivacem Petri suos sufficientes procuratores ad petendum michi forum et ad recipiendum illud, peterent michi nomine predictorum populatorum quod ego darem eis forum. Ego supradictus Rex una cum uxore mea Regina donna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia et filiis et filiabus nostris Infantibus donno Dionisio et donno Alfonso donna Blanca et donna Sancia, de voluntate predictorum procuratorum et ad petitionem eorumdem, do et concedo predictis populatoribus de Ranaldi presentibus et futuris omnes meas rendas et omnes meos directos de ipsa terra de Ranaldi et de suis terminis, *[fl. 123v]* scilicet quomodo dividit cum Palaciis deinde cum Fontano Ficto et cum Fernando Gonsalvi et cum suis terminis, deinde quomodo dividit in sancto Martino cum caballariis et quomodo dividit cum Anta et quomodo dividit cum Fogio Lobal, et

cum Vesadio et cum Fonte Tecto et ferit in portela de Magolaa, deinde quomodo dividit per fontem de Grovença et intrat per rivulum de Vermuy et ferit in Caeda, deinde quomodo dividit per lonbam de Muro, et ferit in capite de Louro, deinde quomodo dividit per fontem de Ranaldi et ferit in Travesello, deinde quomodo ferit in fonte de Joconselo per aquam sicut dividit cum Covis et sicut dividit in alio loco cum Gouvanes et ferit in fonte de Godyná, scilicet sicut predicti populatores istos terminos tragere solebant. Ita tamen quod nichil de illa terra habent quam ego devici abbatii et conventui de Palumbario, et Johanni Valasci dicto Coelio militi quam terram solebant tragere homines de Covis quam terram retineo pro ad me et pro ad successores meos. Do inquam et concedo predictis populatoribus omnes meas rendas et directos de predicta terra de Ranaldi et de suis terminis tali pacto quod ipsi dent michi et omnibus meis successoribus annuatim ad tercias anni, centum et viginti marabitinos veteres scilicet primam terciam pro prima die Septembris, et aliam terciam pro prima die Januarii, et aliam terciam pro prima die Madii, et si ipsi populatores michi vel cui ego mandavero predictos denarios ad predictos terminos non dederint debent ex tunc eos dare michi vel cui ego mandavero cum tribus marabitinis cotidie de pena. Et meus riqushomo nec prestamarius non pauset illis in ipsa terra de Ranaldi nec in suis terminis nec filiet illis ibi aliquid per forciam et similiter meus meyrinus non intret illis in dicta terra nec in suis terminis, nisi ipsi populatores eum vocaverint ad justiciam faciendam, vel per eos defecerit quod non faciant justiciam in ipsa terra. Insuper quito predictis populatoribus anuduvam et retineo pro ad me et pro ad successores meos meam hoste et meam monetam, et jus patronatus omnium ecclesiarum in dicta terra de Ranaldi et in suis terminis constructarum et construendarum et supradicti procuratores nomine suo et predictorum populorum de terra de Ranaldi hanc cartam cum predicto foro receperunt. In cuius rei testimonium do predictis populatoribus istam cartam meo sigillo sigillatam. Data Ulixbona, XV die Julii, Rege mandante.

Jacobus Johannisi notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XI.<sup>a</sup>.

[569]

*1273 Maio 25, Lisboa — Doação do castelo e vila de Castelo de Vide ao infante D. Afonso.*

### **Carta donationis de Vide**

En o nome de sancta triiidade do padre e do filho e do sancto spiritu amen. Porque os homees son mortaes e a renembrança dos feytos que fazem non podem sempre durar en os corações dos homeens que depoys nacem, poren

foy achada a escritura que as couzas traspasadas per firmidon da escritura sejan sempre presentes. E porende eu don Affonso pela graça de deus Rey de Portugal e do Algarve en senbra com mha moller, Rayna donna Beatrix filha do muy nobre Rey de Castella e de Leon, e com meu fillo don Dinis e com mhas filhas donna Blanca e donna Sancha com todo meu sen e com todo meu entendimento, em mha vida e en mha saude e de mha boa voontade, dou e outorgo a vos Infante don Affonso meu fillo e da sobredicta Rayna donna Beatrix mha molher, todo o dereyto e o senorio e todo o jus real que eu ei e devo aver de dereyto e de senorio en o Castello da Vide ou na villa e en todolos seus termhos e en todalas sas perteenças que todolos vos ajades pera sempre. E aquel ou aqueles que esta mha doaçom agardarem assi como de susso dicto e, aja e ajam a mha beyçon e a de deus padre poderosso. E se pela ventuira alguun ou alguuns contra esta mha doaçon ou contra este meu feyto, e contra esta mha carta quiser ou quiserem viir ou embargar ou quebrantar en nenhua maneyra non no possam fazer nem li seja estavil que quer que contra este feyto faça ou façam. E de mays aja e ajam a mha maldiçom e a ira de deus venha sobrele ou sobreles. E a sobredita doaçom sempre fique firme, e en sa forteleça. E que esta doaçom e meu feyto seja mays firme e mays stavil pera sempre, e nunca possa viir en dovida, dou a vos Infante don Affonso meu filho e da sobredicta Reyna donna Beatrix mha molher esta mha carta aberta seelada de meu seelo, a qual carta confirmo e revoro com mhas proprias mãos. Dada foy a carta en Lixbona, oyto dias ante as Kalendas de Juyno, El Rey o mandou.

James Eanes a fez. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XI.<sup>a</sup>.

Don Gonsalvo Garsie alferaz, don Joham d' Avoym mayordomo mayor, don Afonso Lopiz teendo Sousa, don Dyago Lopiz teendo Lamego, don Meem Rodrigiz teendo a Maya, don Martim Affonso teendo Monte Maior, don Pedr' Eanes teendo terra de Trasserra, don Pedro Ponço, Pedr' Eanes de Portel teendo Leyrena, don Nuno Martinz meyrino maior, don Roy Garcia de Pavha, Laurenço Soariz, Joham Rodrigiz de Briteyros, Fernam Periz de Barvosa, testes.

Petrus Juliani ecclesie Bracarensis electus, don Vincentius bispo do Porto, don Domingos eleyo de Lamego, a eigreja de Viseu vaga, a eigreja de Coymbra vaga, frey Vaasco bispo da Garda, don Matheus bispo de Lixbona, don Duram bispo de Evora, frey Bartholameu bispo de Silve, confirmant.

Martin Anes do Vinal testis, Domingos Johannis Jardo clero testis.

Don Stevam Eanes chanceler.

*1273 Agosto 8, Lisboa — Aforamento de quatro casais em Sobral (c. Mortágua) a vários foreiros.*

154

### **Carta de foro de quatuor casalibus de Soverali**

Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii, do et concedo vobis Martino Petri et uxori vestre Tarasie Suerii et Petro Petri et uxori vestre Bone Garsie et Benedicto Martini et uxori vestre Marie Dominici et Dominico Martini et omnibus successoribus vestris ad forum illa mea quatuor casalia que ego habeo in Soverali in judicatu de Ovoa, quomodo incipit per rivum sancti Johannis et vadit se aqua ad infesto, et exit se ad sanctum Stephanum et vadit per Carril deinde quomodo dividit cum hereditatem de Petarino, et deinde descendit ad Bogeyram, et collit aquam et vadit se ad fontem de Bogarya, et deinde per venam de aqua de Mondego et vadit *[fl. 124]* se ad fontem sancti Johannis, tali videlicet pacto quod vos laboreatis et fructificetis bene ipsa casalia, et detis inde michi et omnibus successoribus meis annuatim octavam partem de pane de vino et de lino et singulas fogacias de tribus tribus alqueires tritici, et singulos capones pro die Natalis domini. Et vos non debetis ibi creare filium nec filiam militis nec domine generose, nec alicujus potentis, nec debetis ipsa herdamenta vendere nec donare nec pignorare nec implazare nec aliquo modo alienare militi nec ordini nec domine generose, nec prelato nec scutifero filio de algo, nec abbatи nec clero nec alicui potenti, sed si ea vendere vel donare volueritis vendatis ea vel donetis tali homini qui michi et omnibus meis successoribus faciat complete forum supradictum. In cuius rei testimonium dedi inde vobis istam cartam. Data Ulixbona, VIII die Agusti, Rege mandante.

Martinus Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XI.<sup>a</sup>.

*1273 Agosto 8, Lisboa — Aforamento de dois casais em Sobral (c. Mortágua) a dois foreiros e respectivas mulheres.*

### **Carta de foro de duobus casalibus de Ovoa**

Noverint universi quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii, do et concedo vobis Johanni Dominici et uxori vestre Dominice Petri et Matheo Dominici et uxori vestre Margarite Petri et omnibus successoribus vestris ad forum illa mea duo casalia que ego habeo de una parte de Soverali in judicatu de Ovoa, quomodo se in[c]l[us]o sit in sancto Stephano et collit se per stratam et vadit se ad

crucem de Lyofreu et deinde quomodo dividit cum sancto Pelagio et cum Lyofreu, et vadit se ad aereum de Bugias et deinde ad focem de Gosendo et collit aqua ad inproo et vadit se ad focem de Fragon et collit aqua ad infesto et exit ad eyrudro et deinde ad carril vetus, et deinde ad capud de Zarroeyra et collit per carril et deinde ad sanctum Stephanum, tali videlicet pacto quod vos laboretis et fructificetis ea bene, et detis inde michi et omnibus meis successoribus annuatim noveam partem de pane et de vino et de lino, et singulas fogacias de quatuor quatuor alqueires tritici, et singulos capones pro die Nathalis domini. Et vos non debetis ibi creare filium nec filiam militis nec domine generose nec alicujus potentis, nec debetis ipsa herdamenta vendere nec donare nec apignorare nec implazare nec cambiare nec aliquo alio modo alienare militi nec ordini nec domine generose nec prelato nec scutifero filio de algo, nec abbatii nec clericu nec alicui potenti, sed si ea vendere vel donare volueritis vendatis ea vel donetis tali homini qui michi et omnibus successoribus meis faciat complete forum supradictum. In cuius rei testimonium do inde vobis istam cartam. Data Ulixbona, VIII die Agusti, Rege mandante.

Martinus Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XI.<sup>a</sup>.

[572]

*1273 Agosto 16, Lisboa — Foral aos mouros forros de Évora.*

### **Karta de foro de mauris de Elbora**

In dei nomine amen. Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii, una cum uxore mea Regina donna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia, et filiis et filiabus nostris Infantibus donno Dyonisio donno Alfonso donna Blanca donna Sancia, facio cartam fidelitatis et firmitudinis vobis Mauris qui estis forri in Elbora, ut in mea terra nullum malum injuste recipiatis et ut meus christianus neque judeus super vos habeant nocendi potestatem sed ille quod vos de gente et fide vestra super vos pro alcayde elegeritis, in primis judicet vos et hoc facio ut vos reddatis michi in unoquoque anno singulos marabitinos ex singulis capitibus vestris ex quo tempore victui necessaria gaanare potueritis, et ut detis michi in alfitria, azequa et totam decimam de universo labore vestro. Et omnes vineas meas preparatis, et vendatis meas ficus, et meum oleum quomodo vendiderint habitatores ville, tercia parte de meis minus. Et insuper faciatis michi alios foros et usus et custumes quos michi faciunt et fecerint mauri forri Ulixbone. Hec igitur carta semper firmum habeat robur, et nullus vobis eam audeat frangere neque vestros foros. Insuper do vobis pro foro, ut nullus pauset in vestris domibus contra vestram voluntatem. Et ego supradictus

Rex una cum uxore mea et filiis et filiabus meis supradictis vobis mauris hanc cartam quam fieri vobis jussi, roboro et confirmo. Facta fuit ista carta apud Ulixbonam, XVI die Agusti. Rege mandante. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XI.<sup>a</sup>.

156

Donnus Gonsalvus Garsie alferaz tenens Nevyam, donnus Johannes de Avoyno maiordomus tenens Ultra Tagum, donnus Martinus Alfonsi tenens Chaves, donnus Alfonsus Lupi tenens Rippam Minii, donnus Didacus Lupi tenens Lamecum, donnus Menendus Roderici tenens Mayam, donnus Petrus Johannis tenens Trasserram, donnus Petrus Johannis de Portello tenens Leyrenam, donnus Petrus Poncii, Laurencius Suerii tenens Ripam de Vauga, Rodericus Garsie de Pavya confirmant.

Alfonsus Petri Farina, Johannes Suerii Conelius, Martinus Johannis de Vinali, Fernandus Fernandi Cogomyno, testes.

Ecclesia Bracharensis vacat, donnus Vincentius Portugalensis episcopus, donnus Dominicus electus Lamecensis, ecclesia Colimbra vacat, frater Valascus Egitaniensis episcopus, donnus Matheus Ulixbonensis episcopus, donnus Durandus Elborensis episcopus, frater Bartholameus Silvensis episcopus, [confirmant].

Alfonsus Suerii, Rodericus Gomecii, Rodericus Menendi, superjudices, confirmant.

Donnus Stephanus Johannis cancellarius confirmat, Jacobus Johannis notuit.

[573]

1273 Agosto 17, Lisboa — Aforamento de duas courelas de vinhas em Elvas a Domingos Anes Trombeiro e sua mulher Urraca Peres.

### **Carta de foro de duabus quairelis de vineis de Elvis**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii do et concedo vobis Dominico Johannis dicto Trombeyro et uxori sue Orrace Petri duas quayrelas meas de bezello<sup>282</sup> quas habeo in Elvis, ad forum. Videlicet quod vos detis inde michi et successoribus meis annuatim pro foro viginti quinque marabitinos de quindecim solidos pro marabitino de quibus quayrelis isti sunt termini: in aquilone riparia de Cinchis; in africo via publica; in oriente vinea de Johanne de Linaribus; [in] occidente Maffomade. Do vobis predictas quayrelas in perpetuum taliter quod non possitis eas nec partem de eis vendere nec donare nec helemosinare nec atestare nec cambiare nec emplazare nec aliquo modo alienare militi nec scutifero nec domine

<sup>282</sup> Corrigido de *bezello*, sopontando o *e* e sobrepondo-lhe, na entrelinha, um *a*.

generose nec clero nec ecclesie nec monasterio nec alicui alii *[fl. 124v]* persone religiose, sed si eas vendere vel donare volueritis, vendetis vel donetis tali homini qui michi et successoribus meis faciat complete predictum forum annuatim. In cuius rei testimonium do vobis istam cartam. Data Ulixbona, XVII die Agusti, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum et per Alfonsum Suerii superjudicem.

Johannes Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XI.<sup>a</sup>.

157

[574]

*1273 Agosto 17, Lisboa — Aforamento de uma tenda em Elvas a Mafomade e sua mulber.*

### **Carta de foro de una tenda de Elbis**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii, do et concedo vobis Maffomade et uxori vestre ad forum illam meam tendam quam habeo in Elvis de qua isti sunt termini: in aquilone casa de donno Marcho; in africo casa Petri de Ponte; in oriente via publica; in occidente casa Michaelis Veya. Videlicet quod vos detis inde michi et successoribus meis annuatim pro foro duodecim marabitinos de quindecim soldos pro marabitino, et non debetis ipsam tendam nec partem de ea vendere nec donare nec cambiare nec atestare nec emplazare nec elemosinare nec aliquo modo alienare militi nec scutifero nec domine generose nec ecclesie nec monasterio nec clero nec alicui alii persone religiose, sed si eam vendere vel donare volueritis, vendatis vel donetis eam tali homini qui michi et successoribus meis faciat complete annuatim predictum forum. In cuius rei testimonium do vobis istam meam cartam. Data Ulixbona, XVII die Agusti, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum et per Alfonsum Suerii superjudicem.

Johannes Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XI.<sup>a</sup>.

[575]

*1273 Agosto 17, Lisboa — Aforamento de outra tenda em Elvas a Mafomade e sua mulber Ayxa.*

### **Item carta de alia tenda**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii, do et concedo vobis Maffomade et uxori vestre Ayxa et successoribus vestris meam tendam quam habeo in Elvis ad forum. Videlicet quod

vos et successores vestri detis <michi et omnibus<sup>283</sup> successoribus meis annuatim duodecim marabitinos de quindecim soldos pro marabitino. De qua tenda isti sunt termini: in aquilone Dominicus Stephani; in africo via publica; in oriente casa de Suerio Petri in occidente via publica, et vos nec successores vestri non debetis ipsam tendam nec partem de ea vendere nec donare nec emplazare nec alienare nec testare militi nec scutifero nec domine generose nec monasterio nec ecclesie nec clero nec alicui persone religiose, sed si eam vendere vel donare volueritis vendatis vel donetis eam tali homini qui michi et successoribus meis faciat complete predictum forum. In cuius rei testimonium dedi inde vobis istam meam cartam. Data Ulixbona, XVII die Agusti, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno [el] per Alfonsum Suerii superjudicem.

Johannes Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XI.<sup>a</sup>.

[576]

*1273 [Agosto 17, Lisboa] — Aforamento de uma outra tenda em Elvas, na Rua dos Mercadores, a Domingos Martins Sardinha.*

#### **Item carta de foro de alia tenda**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii do et concedo vobis Dominico Martini dicto Sardina ad forum in perpetuum meum paredenarium quod habeo in Rua Mercatorum de Elvis, quod vos faciatis ibi unam tendam et detis inde michi et omnibus meis successoribus annuatim pro foro septem marabitinos de quindecim soldos pro marabitino. De quo paredenario isti sunt termini, videlicet: ad aquilonem via publica; ad orientem casa de Johanne Gomecii; ad occidentem tenda mea; ad africum apoteca mea. Et non debetis ipsam meam tendam nec partem de ea vendere nec donare nec cambiare nec emplazare nec helemosinare nec aliquo modo alienare militi, nec scutifero nec domine<sup>284</sup> generose nec clero nec ecclesie nec monasterio nec alicui alii persone religiose, sed si vendere vel donare volueritis vendatis eam vel donetis tali homini qui michi et successoribus meis faciat complete annuatim predictum forum. In cuius rei testimonium do vobis istam cartam. Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum et per Alfonsum Suerii superjudicem.

Johannes Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XI.<sup>a</sup>.

---

<sup>283</sup> A expressão entre <> encontra-se escrita na margem esquerda, imediatamente antes de *successoribus*.

<sup>284</sup> Repete *domine*.

*1273 Agosto 17, Lisboa — Aforamento de um bacelo em Elvas a João Mendes e sua mulher Elvira Martins.*

### **Carta de bacello de Chincis**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii, do et concedo vobis Johanni Menendi et uxori vestre Elvire Martini ad forum pro ad semper unam meam quayrelam de bacello videlicet quod vos et successores vestri detis inde michi et successoribus meis annuatim decem marabitinos de quindecim soldos pro marabitino, de qua quayrela isti sunt termini: in aquilone ryparia de Chyncis; in africo via publica; in oriente via publica; in occidente Dominicus Johannis dictus Tro[m]beyro. Et non debetis ipsam quayrelam nec partem de ea vendere nec donare nec cambiare nec helemosinare nec atestare nec emplazare nec aliquo modo alienare, militi nec scutifero nec domine generose nec clero nec ecclesie nec monasterio nec alicui alii persone religiose. Sed si eam vendere vel donare volueritis, vendatis vel donetis eam tali homini qui michi et successoribus meis faciat complete predictum forum. In cuius rei testimonium dedi inde vobis istam cartam. Data Ulixbona, XVII die Agusti, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum et per Alfonsum Suerii superjudicem.

Johannes Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XI.<sup>a</sup>.

*1273 Agosto 17, Lisboa — Aforamento de uma tenda em Elvas a Aly.*

### **Carta de foro de tenda de Elbis**

Noverint universi presentem cartam inspecturi quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii do et concedo vobis Aly et successoribus vestris ad forum illam meam tendam quam habeo in Elvis, de qua isti sunt termini: in aquilone et in oriente tende mee; in africo et in occidente via publica. Videlicet quod vos et successores vestri detis inde michi et omnibus successoribus meis annuatim pro foro tredecim marabitinos, de quindecim soldos pro marabitino, et non debetis ipsam tendam nec partem vendere nec donare nec cambiare, nec alienare nec emplazare, nec apignorare, nec aliquo modo alienare militi nec scutifero nec domine generose, nec ecclesie nec monasterio nec clero nec alicui persone religiose. *[fl. 125]* Sed si eam vendere vel donare volueritis, vendatis vel donetis eam tali homini qui michi et successoribus meis faciat complete predictum

forum annuatim. In cuius rei testimonium do vobis istam cartam. Data Ulixbone,  
XVII die Agusti, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno suum  
maiordomum et per Alfonsum Suerii superjudicem.

160

Johannes Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XI.<sup>a</sup>.

[579]

*1273 Agosto 24, Lisboa — Aforamento de herdade em Xudreiros (Suídrros?, fr. Atei,  
c. Mondim de Basto) a três foreiros e respectivas mulheres.*

### **Carta de foro herdamenti de Aguyar**

Noverint universi quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii, do  
et concedo vobis, Gomecio Johannis et uxori vestre Marie Egee et Martino Garcie  
et uxori vestre Maiore Menendi, et Laurencio Garcie et uxori vestre Marie Filie  
et omnibus successoribus vestris, illud meum herdamentum ad forum quod ego  
habeo in judicatu de Aguyar in loco qui vocatur Xudreyros quomodo dividit per  
capud de Curraes quomodo se vadit ad Penam Rotundam et deinde ad focem  
de Covelo et deinde per capud de Aguça Lanceas et deinde ad capud de  
Revoredo Travesso, et deinde ad lagenam codega aqua vertente contra ad  
Turrem quomodo se vadit ad portelam de Achas per mormoyraes et deinde  
quomodo se tornat ubi se primitus incipit tali videlicet pacto quod vos laboretis  
et fructificetis ipsum herdamentum bene et detis inde michi et omnibus meis  
successoribus annuatim sextam partem de pane et de lino et de legumine, et  
singulos almudes de eyradiga et si ibi feceritis vineas debetis inde michi dare et  
omnibus meis successoribus de vino quartam partem. Et debetis ibi vocare  
meum maiordomum usque ad tres vices, et si maiordomus noluerit ibi ire vos  
debetis tunc ipsum panem mensurare et vinum perante bonos homines et  
debetis eum custodire usque ad festum sancti Michaelis de Septembris, et si  
maiordomus noluerit venire ibi usque ad istum terminum, vos non debetis de  
cetero respondere de ipso pane et vino, in ipso anno. Et vos debetis dare pro  
festo Nathalis domini singulas spatulas de porco quales se acustumaverint dare  
in ipsa terra cum duobus duobus pannis centenis in Teloes in quolibet anno, et  
unum marabitinum ad tercias anni, et pro luytosa singulos marabitinos, quando  
aliquis decesserit, et non debetis pectare magis de quatuor calumpniis videlicet  
rausum, furtum, homicidium, et stercus in ore, et istas calumpnias qui eas fecerit  
pectet eas, et pro homicidio decem marabitinos, qui illud fecerit, et hoc sit  
probatum per homines bonos. Et vos non debetis respondere de achaque, nec  
prestamarius nec riqushomo non debet pausare in vestra villa nec filiare ibi  
conduyto. Et vos non debetis ire in apelido nec ad fossado, nec ad torviscadam,

nec ad ramadam. Et vos non debetis in ipso herdamento creare filium nec filiam militis nec domine generose neque alicujus potentis, et non debetis ipsum herdamentum vendere nec donare nec cambiare, nec emplazare militi nec domine generose, nec ordini nec prelato, nec clero nec scutifero filio de algo nec aliquo alio modo alienare, sed si illud vendere vel donare volueritis, vendatis illud vel donetis tali homini qui michi et successoribus meis faciat complete forum supradictum de ipso herdamento. In cuius rei testimonium do vobis istam cartam. Data Ulixbona, XXIII die Agusti, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno maiordomum curie et per Alfonsum Suerii superjudicem.

Martinus Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XI.<sup>a</sup>.

[580]

*1273 Setembro 4, Lisboa — Arrendamento das herdades foreiras e reguengas, e das rendas e direitos (com exceção da hoste e do direito de padroado) de Rio Livre aos povoadores de Monforte de Rio Livre. Insere obrigação de menagem e carta de feira.*

### **Carta de foro de Ryo Livre**

Noverint universi presentem cartam inspecturi quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii, una cum uxore mea Regina donna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia, et filiis et filiabus nostris Infantibus dono Dionisio dono Alfonso donna Blanca donna Sancia, do et concedo omnibus populatoribus de villa mea de Monte Forti de Ryo Livre omnes meas hereditates foraryas et regalengas quas habeo in Ryo Livre et in terminis suis, et omnes meas rendas et meos directos de ipsa terra et de suis terminis novis et antiquis scilicet de illis terminis quos ego ibi habeo et vincere et habere potueritis per directum, excepto quod vadatis in mea hoste et excepto jure patronatus quas res retineo michi et omnibus meis successoribus, tali videlicet pacto quod detis michi et omnibus meis successoribus annuatim ad tercias anni sexcentos marabitinos veteres in salvo, scilicet unam terciam pro festo sancti Martini, et aliam terciam pro prima die Marcii, et aliam terciam pro prima die Julii, et vos populatores debetis michi dare unum militem filium de algo meum naturalem ad placitum meum qui vendicet quingentos soldos, qui faciat michi menagium de meo alcaçar quando illud ibi fecero, et ipse miles debet ibi esse pretor vester dum michi placuerit et ipse pretor debet facere justiciam cum judicibus de ipsa villa, et vos debetis ibi mittere annuatim duos judices de Portugalie, de vestris vicinis. Et si vos ipsum pretorem mutare volueritis, ego debeo vobis pro ipso recipere alium loco sui quandocumque ipsum mutare volueritis et ipse miles quem michi

pro ad istud dederitis debet esse filius de algo et meus naturalis qui vindicet quingentos soldos. Et quando meus ricushomo iverit ad terram debet comedere pro suis denariis, et non debet vobis aliquid filiare per forciam nec facere ibi malum nec pausare in ald[e]ii de ipsa terra nec facere ibi forciam, salvo quod si passaverit per terram debet ibi pausare, et ubi passaverit non debet ibi aliquid filiare per forciam nec facere ibi malum quod ibi ricushomo comederit debet illud comparare pro suis denariis et meyrinus non debet vobis intrare in ipsa villa nec in suo termino. Et mando et concedo quod habeatis feyram et faciat eam quolibet mense, et incipiatur fieri VIII.<sup>to</sup> Kalendas cujuslibet mensis et duret per duos dies. Et nullus sit ausus qui faciat malum nec pignoret aliquem qui venerit ad ipsam feyram ratione vendendi vel comparandi pro aliquo debito in illis quatuor diebus in quibus venerit et in illis quatuor diebus in quibus recesserit de ipsa feyra et quicumque malum fecerit hominibus qui venerint ad ipsam feyram ratione vendendi vel emendi pectet michi sex mille soldos et duplet illud quod filiaverit domino, suo salvo pro debito facto in ipsa feyra. Et mando et concedo quod non detis portaginem in toto meo regno nec vadatis ad anuduvam. Mando insuper et concedo *[fl. 125v]* quod habeatis inter vos forum de Bragancia salvis omnibus supradictis. In cuius rei testimonium do vobis istam meam cartam de meo sigillo plumbeo sigillatam. Data Ulixbona, IIII.<sup>o</sup> die Septembbris, Rege mandante, Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XI.<sup>a</sup>.

Donnus Gonsalvus Garsie alferaz, donnus Johannes de Avoyno maiordomus, donnus Martinus Alfonsi tenens Chaves, donnus Alfonsus Lupi tenens Ripam Minii, donnus Didacus Lupi tenens Lamecum, donnus Petrus Johannis tenens Transerram, donnus Menendus Roderici tenens Mayam, donnus Petrus Johannis de Portello tenens Leyrenam, confirmant.

Magister Petrus Juliani electus Bracare, donnus Vincentius episcopus Portugalensis, donnus Dominicus electus Lamecensis, frater Valascus episcopus Egitanensis, ecclesia Visensis vaccat, ecclesia Colimbrria vaccat, donnus Matheus episcopus Ulixbonensis, donnus Durandus Elborensis episcopus, donnus Bartholameus Silvensis episcopus, *[confirmant]*.

Rodericus Garsie de Pavya, Fernandus Fernandi Cogominus, Johannes Suerii Coellus, Alfonsus Petri Farina, Petrus Alfonsi Zamorensis, testes.

Alfonsus Suerii, Rodericus Menendi, Rodericus Gomecii, superjudices, Dominicus Johannis Jardus clericus, testes.

Donnus Stephanus Johannis cancellarius confirmat, Johannes Petri notarius curie notuit.

*1273 Setenbro 10, Lisboa — Carta ao juiz e tabelião de Lamego mandando entregar a albergaria de Moledo (fr. Penajóia, c. Lamego) e a barca de passagem do porto a Gonçalo Peres, cônego e vigário de Lamego.*

### **Karta de integra de albergaria de Moledo**

Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii vobis judici et tabellioni de Lameco, salutem. Sciatis quod Gonsalvus Petri canonicus et vicarius Lamecensis monstravit michi unam meam cartam per quam ego dedi albergariam de Moledo cum barcha de passagine de ipso portu et cum onibus juribus et pertinenciis suis quod ipse haberet et teneret ipsam albergariam et barcam in omnibus diebus vite sue et contineret albergariam ipsam taliter quod transeuntes per ipsum portum de Moledo haberent et invenirent barcham in ipso portu preparatam ad passandum sine aliquo precio secundum quod albergaria fuit data et assignata ab antecessoribus meis in helemosina pro ad passaginem dicti portus. Et ipse Gonsalvus Petri dixit michi quod ego mandaveram ei filiare dictam albergariam cum dicta barcha. Unde mando vobis quod vos integreris eidem Gonsalvo Petri ipsam albergariam cum ipsa barcha de Moledo sicut ante inde stabat integratus. Et si vos vel alius ei inde aliquid filiastis, postquam ei dictam albergariam cum dicta barcha ut ipse dicit mandavi filiare, integrate ei totum. Unde aliter non faciatis, sin autem tornarem me pro inde ad vos. Et mando quod Gonsalvus Petri teneat inde istam cartam in testimonium. Data Ulixbona, X die Septembbris, Rege mandante per Stephanum Johannis suum cancellarium.

Jacobus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XI.<sup>a</sup>.

*1263 Novembro 22, Santarém — Informação a Nuno Martins de Chacim, meirinho-mor, sobre a confirmação da carta de couto da igreja de Santa Marinha do Zêzere (c. Baião) ao mosteiro de Travanca.*

### **Karta confirmationis de cauto ecclesie sancte Marine de Uzezar**

Alfonsus dei gratia Rex Portugalie vobis Nuno Martini meo meyrino maiori et universis meyrinis qui pro tempore fuerint inter Dorium et Tamegam salutem. Sciatis quod quando ego feci meum decretum in mea curia in Vimaranis dedi meam cartam abbati monasterii de Travanca super ecclesiam sancte Marine de Uzezar, in judicatu de Bayam, quam ipse abbas dicebat esse suffraganeam et testatam eidem monasterio de Travanca, cuius carte tenor talis est:

“Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Comes Bolonie, vobis Johanni Menendi  
meo meyrino et universis presentem cartam inspecturis, salutem. Sciatis quod  
abbas de Travanca arrancaravit se michi dicens, quod milites qui se dicunt heredes  
predicte sancte Marine de Uzezar que est suffraganea et testata eidem monasterio  
de Travanca pausant in ipsa ecclesia de Uzezar, et faciunt ibi malum et forciam in  
ipsa ecclesia et non est cognitum illud jus quod in ipsa ecclesia se dicunt habere  
pro ut michi dixit. Unde mando vobis meyrino quod vos non permittatis ipsis  
milites pausare in ipsa ecclesia de Uzezar quounque current suum jus cum abbatे  
de Travanca si illud intendunt habere in ipsa ecclesia et quounque cognoscatur  
illud jus si quod habent in ipsa ecclesia non lexytis eos ibi pausare. Unde aliud  
non faciatis. Et quicumque inde aliud fecerit, pectabit michi meum incautum, de  
quingentis soldos, et in super ego calumpniabor ei in corpore et in habere, et  
faciam ei integrare in duplo malum quod ibi fecerit. In cuius rei testimonium dedi  
eidem abbati de Travanca istam meam cartam apertam. Data Vimaranis, IIII.<sup>o</sup> die  
Abrilis, Rege mandante per donnum Egidium Martini maiordomum curie.

Dominicus Petri fecit. Era M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> LX<sup>a</sup>.<sup>a</sup> VI.<sup>a</sup>.

Et post hoc donnus Alfonsus Lupi et donnus Didacus Lupi venerunt ad me apud  
Lamecum in mense Octobris in Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup>, et dixerunt michi et pecierunt pro  
mercede quod ego alçarem predictam cartam meam quam dederam predicto abbati  
de Travanca, super ecclesia predicta sancte Marine de Uzezar de Bayam quia  
dicebant quod erant inde heredes et patroni de ipsa et dicebant quod non erat  
suffraganea. Et ego ad instanciam eorum alçavi inde predictam cartam de predicto  
cauto quod posueram super predicta ecclesia in illis qui in ea pausarent. Et post  
hoc predicti donnus Alfonsus Lupi et donnus Didacus Lupi venerunt ad me apud  
Sanctarenam in curia mea mense Novembris in Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> prima, et dixerunt  
michi quod ipsi sciverunt et inquisiverunt veritatem super ipsa ecclesia sancte  
Marine de Uzezar et invenerunt pro veritate quod ipsa ecclesia sancte Marine de  
Uzezar erat suffraganea et testata monasterio de Travanca, et tenebant inde se pro  
culpatis et peccatoribus pro eo quod me rogaverant quod predictam cartam de  
predicto cauto de predicta ecclesia sancte Marine de Uzezar revocarem, et  
pecierunt michi pro gratia et mercede quod reducerem ipsam ecclesiam ad ipsum  
statum in quo erat quando predictam cartam meam de predicto cauto revocavi de  
predicta ecclesia ad instanciam eorumdem, et quod concederem in predicta  
ecclesia predictam cartam quam ibi posueram de meo cauto, scilicet quod nullus  
pausaret in ea quounque cognosceretur illud jus quod in ipsa ecclesia intendebant  
habere. Et ipsi donnus Alfonsus et donnus Didacus Lupi recognoverunt perante me  
predictam ecclesiam sancte Marine de Uzezar esset suffraganeam et testatam eidem  
monasterio de Travanca. Unde ego ad instanciam et petitionem predictorum donni  
Alfonsi Lupi et donni Didaci Lupi concedo predictam cartam meam quam

posueram in predicta ecclesia sancte Marine de Uzezar ad petitionem predicti abbatis de Travanca pro ut superius continetur. Et mando vobis meyrino qui pro tempore fueritis inter Dorifl. 126Jum et Thamegam, quod faciatis predictam meam cartam de predicto encauto in predicta ecclesia sancte Marine de Uzezar observare sicut superius continetur, et de cetero donnus Alfonsus Lupi et donnus Didacus Lupi non pausent in predicta ecclesia sancte Marine de Uzezar. Et si forte ibi pausaverint, levetis de eis meum encautum et faciatis corriger malum quod fecerint in predicta ecclesia sicut superius continetur. Et similiter mando vobis quod non leyxetis in ipsa ecclesia sancte Marine de Uzezar pausare alios milites qui dicunt se patronos vel heredes ipsius ecclesie donec cognoscatur et sciatur per judicem qui de hoc debet cognoscere jus si quod habent in dicta ecclesia. Et si forte ibi pausaverint contra meam defensionem, levate de omnibus qui ibi pausaverint meum incautum de quingentis soldos, et facite corriger et emendare in duplo quantum dampnum et malum et perdam fecerint in ipsa ecclesia sancte Marine de Uzezar vel in bonis ejus, et de magis remanebunt pro meis inimicis et calumpniabor eis in corporibus et in habere. Et si vos vel alius meyrinus qui pro tempore fuerint in ipsa terra non feceritis meum mandatum in hoc, ego me tornabo pro inde ad vos pro meo incauto, et faciam predicte ecclesie sancte Marine de Uzezar corrigi et emendari de domo vestra totum dampnum, malum et perdam quam fecerint in ipsa ecclesia sancte Marine de Uzezar de Bayam. Et mando quod abbas de Travanca vel rector ejusdem ecclesie sancte Marine de Uzezar teneat istam meam cartam in testimonio. Data Sanctarene, XXII die Novembbris, Rege mandante per cancellarium.

Dominicus Petri fecit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> prima.

[583]

*1273 Setembro 18, Lisboa — Aforamento de uma azenha em Odelouca (fr. Silves, c. Silves) e de uma sésga de azenha velha em Esteiro de Faro a Pedro Peres Carpentario e sua mulher Domingas Soares.*

### **Carta de foro de azenia de Odylouca**

Noverint universi presentem cartam inspecturi quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii do et concedo vobis Petro Petri Carpentario et uxori vestre Dominice Suerii et omnibus vestris successoribus pro ad semper ad forum meam azeniam de Odylouca que fuit episcopi et illam sesegam de azenia veteri que est in esteyro de Faaron, tali pacto quod faciatis unam azeniam in dicta sesega et detis michi et omnibus meis successoribus annuatim in salvo medietatem de tota utilitate renda et lucro quod deus vobis dederit in dicta azenia quam feceritis in

dicta sessega et in dicta azenya que fuit episcopi, et vos non debetis ipsas azenyas nec aliquam earum vendere nec donare nec cambiare nec atestare nec elemosinare nec apignorare nec aliquo alio modo alienare ordini nec clerico nec militi nec domine generose nec scutifero nec alicui persone religiose, sed si eas vel aliquam earum vendere vel donare volueritis vendatis vel donetis eas tali homini qui faciat inde michi conprete supradictum forum. In cuius rei testimonium do vobis istam cartam. Data Ulixbona, XVIII die Septembbris, Rege mandante per Petrum Johannis suum repositorium maiorem.

Jacobus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XI.<sup>a</sup>.

[584]

*1273 Setembro 23, Lisboa — Carta a Estêvão Peres, almoxarife do Porto, mandando entregar a João Anes, sua mulher Maria Peres e a Sancha Anes dois moinhos em Febros (fr. Avintes, c. Vila Nova de Gaia).*

### **Carta de foro de duobus molendinis de Feveros**

Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii vobis Stephano Petri meo almoxariffo de Portu Portugalie salutem. Sciatis quod ego do et concedo ad forum Johanni Johannis et uxori sue Marie Petri, et Sancie Johannis et omnibus successoribus suis, illos duos meos molendinos quos ego habeo in loco qui dicitur Feveros, tali condicione et pacto quod dent inde michi et omnibus successoribus meis annuatim pro festo sancti Michaelis de Septembrio duas libras in salvo et in pace. Et si dicta Sancia Johannis noluerit filiare vel tenere dictos molendinos cum dictis Johanne Johannis et uxore sua pro isto foro, ipsi Johannes Johannis et uxor sua dent eidem Sancie Johannis illos denarios quos ipsa Sancia Johannis dedit eis loco compare pro ipsis molendinis, et si ipsa Sancia Johannis voluerit eos filiare et tenere pro isto foro habeat eos sine eis sicut eos comparavit. Unde mando vobis quod vos integretis eis ipsis molendinos unde aliter non faciatis, et ipsi supradicti quibus istam cartam do et omnes alii sui successores non debent ipsis molendinos nec aliquem eorum vendere nec donare nec cambiare nec atestare nec elemosinare, nec apignorare nec aliquo alio modo alienare ordini nec clerico nec militi nec domine generose, nec scutifero nec alicui alii persone religiose, sed si eos vendere vel donare voluerint vendant vel donent eos tali homini qui faciat inde michi et omnibus successoribus meis conprete predictum forum. In cuius rei testimonium dedi inde sibi istam cartam. Data Ulixbona, XXIII die Septembbris, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum.

Petrus Pelagii notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XI.<sup>a</sup>.

*1273 Outubro 16, Évora — Os magistrados do concelho de Évora, após inquirição pedida pelo Rei, mandam que os que têm presúrias desde que Serpa foi tomada aos mouros renunciem a elas.*

### **Carta mandadeyra sobre las presorias novas d' Evora**

Seja cunuscuda cousa a quantos esta carta virem e ouvirem que nos Ermigio Garcia alcayde, e Meen Johannis e Pedro Rodrigiz juyzes e Pedro Lourenço tabalion d' Evora, recebemos carta aberta de nosso señor don Afonso muy noble Rey de Portugal e do Algarve en na qual era conteudo que nos soubessemos a verdade se o concello d' Evora fezera antre si tal postura, que aqueles que filharam as presurias novas des que Serpa fora filhada a mouros aca, ou filhassem que llis non valessem des aquel tempo avante. E nos sobre este feyto fezemos apregoar que fossen a concelho, e depoys o concelho foy feyto soubemos por verdade per muitos homees boos que as presurias novas foram filhadas ou filhassem des aquel tempo avante que fossem renunciadas, e que non valessem. Salvo ende que dessem os sesmeyros que meteu o concelho, a cada huum daqueles que tiam as presurias filhadas aquelo que vissem por bem e como valia e non mellor logo que ouvesse en na presuria que tiam. E pera este feyto meteron por sesmeyros Pedro Martinz do Siso e Meen Johannis Pestana, e Joham clerico e Pedro Rodriguez. E sabuda a verdade nos de suso dictos alcayde e juyzes e tabalion per mandado do concelho, fezemos esta carta seilar do seelo d' Evora. Dada in Evora segunda feyra dez e seis dias de Outubro, Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XI.<sup>a</sup>.

E eu Pedro Lourenço tabalion de suso dicto, esta carta cum mha mão screvi e meu sinal en ela pugi em testemoyo desta cousa.

*1273 Novembro 17, Santarém — Aforamento de casais em Mós, Vale e Louredo (fr. Salvador do Monte, c. Amarante), Campezinho (fr. Lomba, c. Amarante) e Ramada (fr. Cernadelo, c. Lousada) a vários foreiros.*

### **Karta de foro casalium de Moos de Fundo et de aliis locis**

In dei nomine amen. Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii, una cum uxore mea Regina donna Beatrice, Illustris [fl. 126v] Regis Castelle et Legionis filia, et filiis et filiabus nostris, Infantibus donno Dionisio donno Alfonso donna Branca et donna Sancia, do et

concedo vobis Martino Gomecii meum casale<sup>285</sup> de mediis de Moos Porteyras, et vobis Gomecio Petri et uxori vestre Marie Petri meum casale de Moos de Fundo, et vobis Petro Suerii meum casale quod vocatur de Ramada, et vobis Stephano Johannis meum casale de Campisinis, et vobis Martino Johannis et uxori vestre Constancie Johannis aliud meum casale de Campisios, et vobis Gonsalvo Petri et uxori vestre Elvire Menendi meum casale de Pena, et vobis Martino Petri et uxori vestre Elvire Suerii meum casale de Valle, et vobis Gomecio Menendi et uxori vestre Marie Dominici meum casale de Louredo, ad forum pro ad semper tali videlicet pacto quod faciatis in ipsis casalibus vineas, et quod vos et successores vestri detis inde michi et successoribus meis annuatim pro foro terciam partem de pane, de lino et de leguminibus in aera, et terciam partem de vino in lagari, et unum quartarium de pane et unum sestarium vini de Comeyos pro eyradiga. Et pro directuris de dictis casalibus vos et successores vestri debetis dare michi et successoribus meis annuatim, videlicet de unoquoque eorum pro festo sancti Johannis Babtiste singulos soldos pro pedida de maiordomo, et singulos carnarios. Et pro festo sancti Michaelis singulos bragaes de quatuordecim varas et tres capones et triginta ova et medium morabitinum veterem, et pro festo Nathalis domini singulas spatulas de quali porco habuerit cum duodecim costis, sicut dant eas in ipsa terra, et unum alqueyrem tritici et unum almudem de centeno, per mensuram de Amaranti, et pro Entruydo unum cabritum recebundum. Et vos nec successores vestri non debetis dicta casalia nec partem eorum vendere nec donare nec emplazare nec testare nec aliquo modo alienare, ordini nec clerico nec prelato nec militi nec domine generose nec scutifero nec alicui potenti. Sed si ea vendere vel donare volueritis, vendatis vel donetis tali homini qui michi et successoribus meis faciat complete annuatim omnia supradicta. Et non debetis ibi creare filium nec filiam militis nec scutiferi nec domine generose. In cuius rei testimonium dedi inde vobis istam meam cartam. Data Sanctarene, XVII die Novenbris, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum et per donnum Stephanum Johannis suum cancellarium.

Johannes Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XI.<sup>a</sup>.

[587]

1273 Novembro 18, Santarém — Foral de Mogadouro.

### **Carta de foro de Mogadouro**

In dei nomine et ejus gratia. Noverint universi presentem cartam inspecturi quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii una cum uxore mea Regina

---

<sup>285</sup> Segue-se *quod vocatur*, riscado.

donna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia et filiis et filiabus nostris Infantibus donno Dionisio donno Alfonso donna Branca donna Sancia, do et concedo vobis hominibus populatoribus presentibus et futuris ad forum quod subsequitur: villam meam de Mogadouro cum suis terminis novis et antiquis per ubi eos melius habere potueritis per directum, salvo jure patronatus quod retineo pro ad me, tali videlicet pacto et condicione quod vos et successores vestri detis michi et successoribus meis annuatim quilibet vestrum viginti quatuor soldos legionensis de moneta branca, vel de alia moneta<sup>286</sup> que comuniter currenit in ipsa terra salvis vilaribus et aliis locis qui non dum sunt populati, de quibus populatores eorum quando fuerint populati debent dare michi et successoribus meis annuatim viginti soldos quilibet populator, et in aliis debent esse vicini de Mogadouro et habere inde forum. Mando eciam quod populator dictorum locorum qui non habuerit valiam de decem morabitinis, quod non det aliquid, et si forte habuerit herdamentum quod valeat predictos decem morabitinos det michi et successoribus meis annuatim XII soldos. Et populator qui fuerit herdarius et habuerit valorem de viginti morabitinis et supra, det michi et successoribus meis annuatim predictos viginti quatuor soldos, salvis orphanis qui non faciant forum nisi unum, vel cum suo patre vel cum sua matre, dum fuerint soltarii et postquam fuerint casati faciant singulos foros si habuerint dictam valiam, et salvo jugeyro et mancipio alieno qui non debent facere forum nisi jugarius habeat dictam valiam in herdamento, et si habuerit valiam faciat forum. Et salvis duobus judicibus de Mogadouro qui non debent facere forum predictum dum fuerint judices, pro inde quod non habent aliud prestimonium de me. Et concilium de dicta villa mittat suos judices ad meum placitum et successorum meorum. Do etiam eis pro foro quod in domibus judicum dicte ville et viduarum non pausent milites, nec aliquis aliis contra eorum voluntatem. Do et concedo vobis quod vocem et calumpniam et portaginem detis michi et successoribus meis per forum de Çamora, et istos denarios supradictos de foro debetis michi pagare et successoribus meis annuatim videlicet medietatem pro festo sancti Martini, et aliam medietatem pro festo Pasce. Et non debetis michi facere nec successoribus meis aliud forum de dicta villa nec de suis terminis, nisi ut superius est expressum. In cuius rei testimonium do inde vobis istam meam cartam apertam de meo sigillo sigillatam. Data Santarene, XVIII die Novemboris, Rege mandante, Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> undecima.

Donnus Gonsalvus Garsie alferaz confirmat, donnus Johannes de Avoyno maiordomus confirmat, donnus Martinus Alfonsi tenens Chaves confirmat, donnus Alfonsus Lupi tenens Ripam Minii confirmat, donnus Didacus Lupi tenens Lamecum confirmat, donnus Petrus Johannis tenens Trasserram confirmat, donnus

---

<sup>286</sup> No texto *monetea*, com o segundo *e* sopontado.

Menendus Roderici tenens Mayam confirmat, donnus Petrus Johannis de Portello tenens Leyrenam confirmat.

Ecclesia Bracharensis vaccat, donnus Vincentius episcopus Portugalensis confirmat, donnus Dominicus electus Lamecensis confirmat, frater Valascus episcopus Egitaniensis confirmat, ecclesia Visensis vacat, donnus Matheus episcopus Ulixbonensis confirmat, donnus Durandus episcopus Elboensis confirmat, donnus Bartholameus Silvensis episcopus confirmat.

Rodericus Garsia de Pavya, Fernandus Fernandi Cogominus, Johannes Suerii Conelius, Martinus Johannis de Vinali, Dominicus Johannis clericus, testes.

Donnus Stephanus Johannis cancellarius curie confirmat, Johannes Petri notarius curie notuit.

[588]

*1273 Novembro 18, Santarém — Registo da outorga da carta de foral de Mogadouro a Penas Róias (c. Mogadouro).*

*[fl. 127] Item eadem die et eadem Era, concilium de Penaroyas habuit consimilem cartam sicut et concilium de Mogadoyer.*

[589]

*1273 Novembro 24, Santarém — Aforamento de uma vinha com seu campo no reguengo de Telheiros a Pedro Pais e sua mulher Maria Martins.*

### **Carta de foro de vinea de Telariis**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii, do et concedo vobis Petro Pelagii et uxori vestre Marie Martini illam vineam cum suo campo quam habetis in meo regalengo in loco qui vocatur Telariis prope vineam que fuit de Petro Nogeyra, ad forum pro ad semper. Videlicet quod faciatis ibi tegulam et furnos sive furnum de tegula, et quod vos et successores vestri detis inde michi et successoribus meis annuatim medietatem de omni lucro et de omni fructu quem deus ibi dederit, et vos nec successores vestri non debetis ipsam vineam sive campum vendere nec donare nec helemosinare nec testare nec cambiare, ordini nec clero nec militi nec scutifero nec domine generose, sed si eam vendere vel donare volueritis, vendatis vel donetis eam vel eum tali homini qui michi et successoribus meis faciat complete dictum forum. In cuius rei testimonium do inde vobis istam meam cartam. Data Sanctarene, XXIII die Novembbris, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum et per cancellarium.

Johannes Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XI.<sup>a</sup>.

*1273, Dezembro 18, Santarém — Carta do Rei nomeando “correctores” e pedindo-lhes que emendassem os agravamentos feitos ao clero, à nobreza e aos concelhos, bem como às comunidades e povos do Reino.*

### **Carta domini Regis super corrigimento corrigendo in Regno**

Dom Afonso, pela graça de deus Rey de Portugal e do Algarve, a todos aqueles que esta carta virem e ouvirem fazo saber que como eu recebesse cartas e mandado do papa que eu corregesse e fezesse correger<sup>287</sup> todalas cousas que diziam que eu e os de meu reyno fezeramos en meu reyno forzas e agravamentos per mi e pelos meus ao arcebispo e a[lo]s bispos e aos prelados e as eygrejas e aos moesteyros e as pessoas das eigrejas e dos moesteyros e aos fidalgos e aas ordiis e aos concelhos e a todos os pobos e a todalas comunidades de meu reyno. E eu entendi que o que mi o papa enviava dizer e rogar que era saude de mha alma e onrra de meu corpo, e gram proee e grande assessegamento de meu stado e de meu reyno, e que o al poderia seer gram danno e gram perigoo meu e de meus filhos e de meus vassalos e de meu reyno, e sobr'esto mandey chamar meus ricos homees e as ordiis e os concelhos do meu reyno, e figi mha corte cum eles en Sanctaren. E eu ensenbra com mha molher reyna donna Beatrix filha de Rey de Castella e de Leon, e com meus filhos don Denis e don Affonso e com mhas filhas donna Blanca e donna Sancha en mha corte stabelei e rogei e mandei a don Duram Payz bispo d'Evora e a dom Joham d'Avoym meu mayordomo e a Stevam Eanes meu chanceler e a don Martim Affonso e a don Affonso Lopiz e a don Dyago Lopiz e a don Meen Rodriguez e a don Pedr'Eanes e a don Pedro Ponço e a don Nuno Martinz meyrino maior e a don Joham Rodriguez e a Roy Garcia de Pavya e a Martim Anes do Vinal e a Joham Soariz Coelho e a Fernam Fernandiz Cogominho e a frey Affonso Periz Farina e a Joham Duranz comendador de Belveer e a Martim Dade alquayde de Sanctaren e a Pedro Martinz Petarino e a Pedr'Affonso d'Arganil e a Pedro Martinz Caseval e a'Fonso Soariz e a Roy Mendiz e a Roy Gomez meus sobrejuyzes e a frey Giral Dominguez da ordin dos Pregadores e a Maestre Stevan arcidiago e vigairo de Bragaa e a Maestre Thome thesoureiro de Bragaa e a Joham Gonsalviz Chancino e a Stevan Periz de Rates, e a Maestre Pedro fisico e a Domingos Johanes e a Maestre Bolonil e a Martim Periz e a Domingos Periz e a Gonsalo Mendiz meus clergos, e dei lhis comrepidamente poder que eles corregam e façam correger todalas cousas que acharen e viren que foron feytas

---

<sup>287</sup> Segue-se *da* sopontado.

per mim e pelos meus de meu reyno sem razon, que se devem a correger e a entregar e aos sobredictos arcebispô e aos bispos e a[os] prelados e as eygrejas e aos moesteyros e aas pessoas das eygrejas e dos moesteyros e aos fidalgos e aas ordiis e aos concelhos e aos poboos e a todalas comunidades do meu reyno.  
 E eu lhys lho gracirey e galardoarey e terrei que faram hy gram servizo a deus e a mim e a Reyna, e a todos aqueles que de nos veeren, e que faram hy grande assessegamento de meu Reyno e gram lealdade sobre mim. E todo aquelo que elles hy fezerem, ou mandarem fazer, prometo que o terrey e agardarey e comprirey e non verrey en contra. E por todos entendenrem que eu ey gram corazon de correger, e d'emendar todalas cousas que forem pera correger e pera entregar dei meu poder a estes sobredictos que corregam e fazam, den e entegrem e fazam correger e entregar e emendar todalas cousas assi como de suso dito e. E se per ventuira y a esto todos non poderem seer, aqueles que ende y forem fazam correger e entregar todalas cousas assi como dito e suso, assi come se todos y fossem. E porende dou ende a eles tres cartas abertas seeladas de meu seelo do chumbo, e do seelo da Raya pera testemoyo destas cousas. E eu donna Beatrix Reyna de Portugal e do Algarve en sembra com meus filhos e com mhas filhas, don Denis e dom Afonso, e donna Blanca e dona Sancha, tod'esto que el Rey manda outorgoo e prometo de o teer, salvo por mi e por meus filhos e por mhas filhas que non dou nem outorgo a eles poder de fazer nulha rem sob[r]e las doaçōes, e sobre los aleamientos que fez el Rey don Sancho hyrmao do sobredicto Rey don Alfonso. E nos dom Denis e don Affonso e donna Blanca e donna Sancha, outorgamos e prometemos todo a teer salvo que non outorgamos nem damos aos sobredictos poder de fazer nulha rem sob[r]e las doaçōes e sobre los aleamientos que o davandito Rey don Sancho fez. E eu Infante don Affonso salvo que non dou nen outorgo aos sobredictos poder de fazer nulha rem sobre los castellos nem sobre los herdamentos que mi deu meu padre, nem sobre las teenças que ora eu tenho, nem sobre las pertenencias nem sobre los *ffl. 127v* derectos deles. E poren que nos don Denis e donna Blanca e donna Sancha non avemos seelos rogamos a davandita Reyna nossa madre que faça poer o seu seelo en esta carta. E outrossi eu don Afonso roguey a davandita Reyna mha madre que fezesse poner o seu seelo en esta carta. E eu davandita Reyna por mim e por meus filhos e por mhas filhas sobredictos a rogo deles fiz poner o meu seelo en esta carta en testemuyno destas cousas. Dada foy a carta en Sanctaren, XVIII dias de Dezembro, el Rey e a Reyna e seus filhos e sas filhas o mandarom.

James Eanes a fez. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XI.<sup>a</sup>.

Que presentes foron: frey Beltran de Valverde maestre da ordin do Temple en Portugal e dom Symom Soariz maestre d'Avis, Stevan Fernandiz comendador

maior da ordin de Santiago em Portugal, frey Vaasco custodio dos frades meores, e frey Juyão gardiam dos frades meores en Lixbona, frey Affonso Ambertiz e frey Pedro natural d'Alanquer frades da ordin dos preegadores.

173

[591]

*1274 Janeiro 4, Santarém — Aforamento de meio casal em Soalhães (c. Marco de Canaveses) a João Peres e sua mulher Domingas Peres.*

**Karta de foro medietatis casalis de Suylanes**

Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii universis presentem cartam inspecturis notum facio quod ego do et concedo ad forum Johanni Petri et uxori sue Dominice Petri et omnibus successoribus suis illud medium casale quod ego habeo in loco qui dicitur Soelanes, tali pacto quod ipsi faciant de ipsa medietate de ipso casali duas partes de casali, et quod populent et fructificent ipsas duas tercias de ipso casali et dent inde michi et omnibus successoribus meis de omnibus fructibus que deus ibi dederit quartam partem, et quando collegerint vinum debent vocare maiordomum et advenire se cum eo, et debent michi dare et omnibus successoribus meis de directuris annuatim, duos bragales et duas gallinas et unum caponem et septem ova et duas partes de alqueire de butiro pro sancto Michaele. Item pro festo Nathalis duas partes de una spatula porci <et unam teeygam tritici et unam teeygam et terciam de centeno> et unam teigam et terciam<sup>288</sup> de milio pro eiradiga, et unum soldum de leitone, et duas partes de freeama. Item de servicio unam gallinam et unum alqueyre de vino, et septem panes et unum alqueyre de cevada. Item duas partes de luytosa et duos soldos de pedida et de promisa maiordomi IIII soldos et VIII denarios. Item unum almudem de vino de lagaradiga et unam teeygam tritici et unum caponem et decem ova de vinea si eam fecerit et quatuor soldos et octo denarios pro misa de vino. Et habeatis vos et omnis posteritas vestra pro ad semper omnia supradicta et faciatis inde michi et omnibus successoribus meis annuatim omnia supradicta. Et non vendatis nec donetis nec testetis nec helemosinetis in toto vel in parte omnia supradicta militibus nec ordinibus nec ecclesiis nisi talibus hominibus qui michi et omnibus successoribus meis faciant omnia que superius sunt divisa. Data Sanctarene, IIII.<sup>o</sup> die Januarii, Rege mandante per cancellarium et per Alfonsum Suerii superjudicem.

Petrus Pelagii notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XII.<sup>a</sup>.

---

<sup>288</sup> A expressão entre <> encontra-se escrita na margem esquerda, com chamada para o texto.

[592]

1274 Janeiro 4, Santarém — Aforamento de um quarto de um casal em Dajas (fr. Penba Longa, c. Marco de Canaveses) a João Peres e sua mulher Domingas Moniz.

### **Carte de foro quarte partis unius casalis de Dagues**

Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii universis presentem cartam inspecturis notum facio, quod ego do et concedo ad forum Johanni Petri et uxori sue Dominice Munionis et omnibus successoribus suis quartam partem de casali quam ego habeo in loco qui vocatur Dagues tali pacto quod ipsi faciant inde terciam de casali et quod populent et fructificent ipsam terciam partem de ipso casali, et dent inde michi et omnibus successoribus meis de omnibus fructibus que deus ibi dederit terciam partem excepto vino de quo debent michi et meis successoribus dare quartam partem si ibi vineam fecerint, et insuper do sibi octavam partem de piscaria quam habeo in Occulo Bono cum suis pertinenciis de qua debent michi et meis successoribus dare medietatem, et debent michi et meis successoribus dare terciam partem de directuris que secuntur pro festo sancti Michaelis, scilicet de uno bragali et de una spatula porci et de duobus caponibus et de viginti ovis et de uno cabrito, et de una teeyga de tritico et de duabus teeygis de centeno et de uno porco de medio marabitino, et de tribus soldos de pedida. Et habeatis vos et omnis posteritas vestra pro ad semper ipsam terciam partem de ipso casali cum piscaria et cum suis pertinenciis, et faciat inde michi et omnibus successoribus meis annuatim omnia supradicta. Et non vendatis nec donetis nec testetis nec helemosinetis in toto vel in parte supradicta, militibus nec ordinibus nec ecclesiis nisi talibus hominibus qui michi et successoribus meis faciant omnia que superius sunt divisa. Data Sanctarene, IIII die Januarii, Rege mandante per cancellarium et per Alfonsum Suerii superjudicem.

Petrus Pelagii notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XII.<sup>a</sup>.

[593]

1274 Janeiro 6, Santarém — Aforamento da herdade de Valada (c. Cartaxo) a Pedro Vicente e sua mulher Urraca Gonçalves.

### **Carta de foro cujusdam hereditatis de Valada**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii una cum uxore mea Regina donna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia et filiis et filiabus nostris Infantibus donno Dionisio donno Alfonso donna Blanca donna Sancia, do et concedo ad forum vobis Petro

Vincentii et Orrace Gonsalvi vestre uxori, illam meam hereditatem que est in Valada que jacet apud hereditatem que fuit Martini Dade pretoris Sanctarene quam dedit Johanni Petri suo genero, et suo filio Fernando Dade. Do et concedo vobis predictam hereditatem, tali pacto quod vos faciatis ibi vineam et laboreatis eam et detis inde michi et omnibus meis successoribus annuatim terciam partem de vino in lagari et terciam partem de tinta in area in vinea. Et vos et omnes successores vestri habeatis eam in perpetuum, et faciatis inde michi et omnibus meis successoribus predictum forum. Et non vendatis nec donetis eam nec helemosinetis nec cambietis nec atestetis nec aliquo modo alienetis ordini nec clero nec scutifero nec domine generose nec militi nec alicui persone religiose, sed si eam vendere vel donare volueritis vendatis vel donetis eam tali homini qui faciat michi et omnibus meis successoribus annuatim supradictum forum complete. In cuius rei testimonium do vobis istam meam cartam. Data Sanctarene, VI die Januarii, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum.

Jacobus Johannisi notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XII.<sup>a</sup>.

[594]

*1274 Fevereiro 18, Santarém — Contenda com o mosteiro de Arouca sobre os herdamentos de Antoã (fr. Salreu, c. Estarreja) e Avanca (c. Estarreja)*

**Carta de contenda inter dominum Regem et monasterium de Arouca super Antoaa et aliis locis**

*[fl. 128] Cunuçuda cousa seja a quantos esta carta virem e ouvirem que como eu, don Affonso pela graça de deus Rey de Portugal e do Algarve, fezesse demanda a abbadessa e ao convento do moesteiro d' Arouca per letera e per juyzes do papa, sobre los coutos e herdamentos de Antoaa e de Avanca e de Arouca essa abbadessa e o convento d' Arouca s'agravaron de mim en mha corte por essa demanda e por embargo que llis fazia, sobre esses coutos e sobre esses herdamentos que llis ayva dados e coutados por mhas cartas que de mim teen. Eu mandei que mha corte catasse a ellas seu dereyto, e outrossi a mi o meu dereyto, sobre esta contenda. E mha corte sabuda a verdade deste feyto e vistas as cartas de huma parte e da outra vyo por dereyto e juygou os davanditos coutos e herdamentos ao moesteyro d' Arouca, e mandou a mim que eu me partisse e quitasse desta demanda que lhis fazia ca non avya hy dereyto segundo as cartas que de mim teen, e que eu leyxasse a abbadessa e ao convento do moesteiro d' Arouca os davanditos coutos e herdamentos de Antoaa e de Avanca e de Arouca, com todos seus termios e com todos seus dereytos e com todas sas perteências,*

assi como e contehudo en mhas cartas que de mi teer, desses coutos e desses logares, e que des aqui adeante nunca lhis passe contra elles. E eu ouvido este juyzo louvey o, e outorgo o, e confirmo o assi como de suso dito e. E mando entregar esses coutos e esses logares de Antoaa e de Avanca e de Arouca, a abbadessa e ao convento do moesteiro d' Arouca, com todos seus termios e com todos seus dereytos e com todas sas pertenças, assi como lhos avia dados e coutados por mhas cartas que de mim teen, e prometo a boa fe por mim e por meus successores agardar essas cartas, e non viir contra elas, nem contra este juyzo em ne huma maneyra, e renuncio aa carta do papa e aos juyzes per que deviam dava esses logares e a toda açon, e a todo preyo, e a todo dereyto que a mim perteesse ou poderia perteesser por qual guysa quer sobre los dictos logares, e sobre los dictos coutos per essa carta ou per juyzo dos juyzes dessa carta, que des aqui adeante a mim non possam prestar nem a elas enpeenser. E que isto non venha en dovida dou his esta mha carta sealada do meu seelo en testimoyo deste feyto. Dada foy a carta en Santarem, XVIII dias de Fevereyro, El Rey o mandou por seus riquos homees e pelos outros de seu conselho a que encomendou o feyto do corrigimento quando recebeu o mandado do papa.

James Eanes a fez. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XII.<sup>a</sup>.

[595]

*1274 Fevereiro 19, Santarém — Aforamento do casal de Carreira (fr. Conde, c. Guimarães) a Paio Peres e sua mulher Maria Peres.*

### **Carta de foro casalis de Carraria in parrochia sancti Martini de Conde**

Noverint universi presentem cartam inspecturi quod ego, Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii, do et concedo vobis Pelagio Petri et sorori vestre Marie Petri et omnibus successoribus vestris ad forum pro ad semper illud meum casale quod habeo in parrochia sancti Martini de Conde quod casale vocatur de Carraria tali videlicet pacto quod vos laboretis et fructificetis bene ipsum casale et detis inde michi et omnibus successoribus meis annuatim terciam partem panis et medietatem vini, et pro directuris unum bragale et medium et duas fugaças coctas de singulis teeyguis de centeno et unam spatulam cum vino et cum castaneis quas habueritis et unum cabritum. Et si habueritis porcam, debetis dare leytigam semel in anno et unum franganum cum decem ovis et si habueritis vaccam cum lacte, debetis dare unum caseum et unam quartam de vino quando segaveritis messem, et de aroteys debetis dare quartam partem de omni fructu quod deus ibi dederit et medietatem de castaneis que steterint in regalengo, et de vino de uvariis debetis dare medietatem, et de quanto plantaveritis in regalengo debetis dare medietatem

fructus et debetis dare unam gallinam semel in anno, pro ad açorem, et unum feyx de pallea, et debetis dare geyram in qualibet ebdomada et debetis ire in mandatum usque ad Turrim de Sandi, et de alia parte debetis ire usque ad Quintanam de Rypa de Vizella, que vocatur Outeyro, et debetis dare luytosam. Preterea debetis michi dare et omnibus successoribus meis annuatim de foro de ipso campo quod se tenet cum dicto casali terciam partem panis quem ibi habueritis et pro directuris unum marabitinum, quod campum vocatur de Cornosia. Et istos foros et directos debetis facere de ipso casali et de ipso campo et non magis. Et vos non debetis ipsum casale nec campum vendere nec donare nec cambiare nec emplazare nec helemosinare nec aliquo alio modo alienare militi nec ordini nec domine generose nec clero nec scutifero filio de algo nec alicui potenti, nec debetis ibi creare filium nec filiam militis nec domine generose nec alicujus potentis, sed si ipsum casale et campum volueritis vendere vel donare vendatis ea vel donetis tali homini laboratori qui michi et omnibus successoribus meis faciat et compleat inde annuatim foros et directos supradictos complete. Et vos debetis dare michi et omnibus meis successoribus annuatim de magis de predicto casali, unum medium bragale. In cuius rei testimonium dedi inde vobis istam meam cartam. Data Sanctarene, XIX die Februarii, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno maiordomum curie et per cancellarium.

Martinus Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XII.<sup>a</sup>.

[596]

*1274 Fevereiro 22, Santarém — Aforamento da granja de Santo André (fr. Valverde, c. Mogadouro) a João Peres, Martim Peres, Paio Peres e outros povoadores.*

### **Carta de foro de grangia que vocatur sanctus Andreas de Mugadoyro**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego, Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii, do et concedo vobis Johanni Petri et Martino Petri et Pelagio Petri et alii populatori quem vobis cum statim debetis mittere et uxoribus vestris et cunctis vestris successoribus ad forum pro ad semper illam meam grangiam que vocatur sanctus Andreas de Mugadoyro, cum suis terminis sicut eos habet et per ubi eos semper habuit, tali pacto quod vos et omnes successores vestri detis michi et omnibus successoribus meis *[fl. 128v]* annuatim, quartam partem de pane in area, et quartam partem de vino et leguminibus, et pro aliis rebus quas ibi habueritis, debetis michi dare annuatim singulas fogacias de singulis mediis ochavis de tritico, et singulos cabritos et singulos capones pro festo sancti Martini. Et si ibi alii poplatores venerint populare, ipsi et successores

sui debent michi dare et successoribus meis facere supradictum forum. Et vos nec ipsi populatores qui ibi venerint populare non debetis michi nec successoribus meis facere illud forum quod michi faciunt de villa de Mugadoyro, nec de vilaribus, in renda de terra. Et non debetis ipsam grangiam nec partem illius vendere nec donare nec elemosinare nec cambiare nec atestare nec alienare aliquo modo, ordini nec clero nec militi nec scutifero nec domine generose nec alicui persone religiose. Sed si eam vel partem illius vendere vel donare volueritis, vendatis vel donetis eam talibus hominibus qui faciant michi et omnibus meis successoribus complete predictum forum. In cuius rei testimonium do vobis istam cartam. Data Sanctarene, XXII die Februarii, Rege mandante.

Jacobus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XII.<sup>a</sup>.

[597]

*1274 Fevereiro 25, Santarém — Aforamento de duas courelas de herdade em Lama  
(fr: Sediélos, c. Peso da Régua) a Lourenço Martins.*

### **Karta de duabus quairelis de Lama de Seedelos**

Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii universis presentem cartam inspecturis notum facio quod ego do et concedo ad forum vobis Laurencio Martini duas meas quayrelas de hereditate quas habeo in judicatu de Penagoyam in parrochia de Sedeelos in loco qui dicitur Lama, tali pacto et condicione quod vos laboretis et fructificetis eas bene et de omnibus fructibus que ibi habueritis detis inde michi et omnibus successoribus meis annuatim quartam partem exceptis de almonya si eam feceritis et de arboribus et de casis pro quibus debetis michi et meis successoribus dare annuatim unam quartam de marabitino veteri pro festo sancti Michaelis et recipiatis et vocetis meum maiordomum ad omnes meos directos. Et habeatis vos et omnis posteritas vestra pro ad semper predictas quayrelas et faciatis inde michi et omnibus successoribus meis annuatim supradictum forum. Et non vendatis nec donetis nec testetis nec helemosinetis in toto vel in parte dictas quayrelas militibus nec ordinibus nec ecclesiis nisi talibus hominibus qui michi et omnibus successoribus meis faciat omnia que superius sunt divisa. Data Sanctarene, XXV die Februarii, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum et per cancellarium.

Petrus Pelagii notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XII.<sup>a</sup>.

1257 Novembro 1, Arouca — Composição com o mosteiro de Arouca sobre o mosteiro de S. Salvador de Bouças, o herdamento de Bouças e o de Vilar de Sande (c. Marco de Canaveses), que ficam para o Rei, e os herdamentos de Antuã (fr. Salreu, c. Estarreja), Avanca (c. Estarreja) e Arouca, bem como o direito de padroado da igreja de Santa Eulália (fr. c. Arouca), que ficam para o mosteiro de Arouca.

### **Karta de adveniencia inter dominum Regem et monasterium de Arouca**

Conuçuda cousa seja a quantos esta carta virem que como contendia fosse antr' o muy nobre don Affonso pela graça de deus Rey de Portugal e do Algarve da huma parte, e nos Moor Martiinz abbadessa e o convento do moesteiro de Arouca da outra, sobre lo moesteiro de San Salvador de Bouças, e o herdamento de Bouças, e de Villar de Sando cum todas sas perteenças, de nossa bôa voontade, e por profeytamento do nosso moesteiro veemos aa tal aveença: que el Rey nosso senor aja o moesteiro e o herdamento de Bouças e de Villar de Sando com todas sas perteença e com todos seus dereytos, e renunçamos a carta ou as cartas ou strumentos que forom dadas aa Raya donna Mafalda sobr'estes logares, e aqueles que ende nos avemos en tal maneyra que se en algum logar aparecerem nem nos nem as que veeren depos nos non nos possamos delas ajudar, e sejam casadas e non valham ni migalha, e renunçamos a toda açon e todo dereyto e todo preyo que avyamos ou poderiamos aver sob[r]e los davanditos logares, e prometemos a bôa fe por nos e polos que veerem depos nos nunca viir contra este feyto por nenhuma maneyra nem por nenhuma carreyra de dereyto, e que sobr'esto nunca peçamos beneficio de restituçon. En testemuyo desta cousa damos ende a nosso senor el Rey a carta que ende avemos da doaçon, e as cartas da confirmaçon do Papa, e esto fazemos polos herdamentos d' Antoaa e d' Avanca e d' Arouca, e polo padroado da egreja de sancta Ovaya de Arouca, as quaes couzas nos el Rey deu e coutou com todos seus dereytos e com todos seus termios e com todas sas perteenças, e com quanto hy avya e devya aaver. E que esto non venha en dovida nos davandicta abbadessa seelamos esta carta de nosso seelo en testemoyo deste feyto. E por que nos convento davandito de custume de nossa ordin seelo non avemos, a postura do seelo da nossa abbadessa e esta carta louvamos e outorgamos. Dada em Arouca primeiro dia de Novembro en a Era de mil e CC. LXV.<sup>a</sup> anos.

[599]

*1273 Dezembro 31, Santarém — Aforamento de um casal na paróquia de Santa Maria de Ardegão (c. Ponte de Lima) a Domingos Peres de Concietro e sua mulher Maria Fernandes.*

**Karta de foro casalis de Maracanes in parrochia sancte Marie de Ardegam**

In dei nomine amen. Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego, Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii, do et concedo vobis Dominico Petri de Concietro et uxori vestre Marie Fernandi et omnibus successoribus vestris ad forum pro ad semper illud meum casale quod ego habeo in Maracanes in parrochia sancte Marie de Ardegam, tali videlicet pacto quod vos laboretis et fructificetis bene ipsum casale, et detis inde michi et omnibus successoribus meis annuatim terciam partem de omni fructu quod dominus ibi dederit, excepto inde vino de quo debetis dare medietatem, exceptis inde verciis pro ad vestrum comedere, de quibus non debetis inde aliquid dare, et debetis inde<sup>289</sup> dare in quolibet anno in die Privicarnii vel in die Pascatis pro directuris septem soldos et medium et unum cabritum. Et vos et omnes successores vestri debetis istud forum facere et non plus, et vos non debetis ibi creare filium nec filiam militis nec domine generose nec alicujus potentis, nec debetis ipsum casale vendere nec donare nec cambiare nec emplazare nec aliquo modo alienare militi nec ordini nec domine generose nec scutifero filio de algo, nec clero nec alicui persone religiose, sed si volueritis illud vendere *[fl. 129]* vel donare vendatis illud vel donetis tali homini laboratori qui michi et omnibus successoribus meis faciat complete forum supradictum. In cuius rei testimonium do inde vobis istam meam cartam. Data Sanctarene, ultima die Decembbris, Rege mandante per cancellarium et per Alfonsum Suerii superjudicem.

Martinus Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XI.<sup>a</sup>.

[600]

*1274 Abril 16, Santarém — Aforamento de duas tendas em Elvas a Martim Mateus.*

**Karta de foro de duabus tendis de Elvis**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii do et concedo vobis Martino Mathei et successoribus vestris ad forum pro ad semper illas meas duas tendas quas habeo in Elbis in collatione

---

<sup>289</sup> Segue-se *aliquid* riscado.

sancte Marie de Foro. Tali videlicet pacto quod vos et omnes successores vestri detis michi et omnibus meis successoribus annuatim undecim marabitinos, de XV soldos pro marabitino, pro festo sancti Michaelis de Septembrio in salvo, de quibus tendis isti sunt termini: in oriente casa de Petro Egee; in occidente domos meas; in aquilone casa de Petro Egee; in affrico rua. Et vos nec successores vestri non debetis ipsas tendas nec partem de eis vendere nec donare nec testare nec cambiare nec helemosinare nec implazare nec aliquo modo alienare ordini nec clerico nec militi nec scutifero nec domine generose nec alicui alii potenti. Sed si eas vendere vel donare volueritis, vendatis vel donetis eas tali homini qui michi et successoribus meis faciat annuatim predictum forum. In cuius rei testimonium do inde vobis istam cartam meam de meo sigillo sigillatam. Data Sanctarene, XVI die Aprilis, Rege mandante per donnum Gonsalvum Garsie suum alferaz, et per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum et per cancellarium et per Rodericum Garsie de Pavya et per Johannem Suerii Conelium et per Alfonsum Petri Farina et per Fernandum Fernandi Cogominum.

Johannes Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XII.<sup>a</sup>.

[601]

*1274 Abril 16, Santarém—Aforamento de duas tendas na paróquia de S. Salvador de Elvas a Pedro Anes e sua mulher Maria Peres.*

### **Karta de foro de aliis duabus tendis de Elvis**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii do et concedo vobis Petro Johannis et uxori vestre Marie Petri et omnibus successoribus vestris ad forum pro ad semper illas meas tendas duas quas habeo in Elbis in parrochia sancti Salvatoris. Tali videlicet pacto quod vos et omnes successores vestri detis michi et omnibus successoribus meis annuatim pro festo sancti Michaelis de Septembrio pro foro ipsius tende XIII.<sup>cim</sup> marabitinos, de quindecim soldos pro marabitino, de quibus tendis isti sunt termini: in oriente casa de Dominico Martini Sardina; in occidente rua; in aquilone rua; in affrico domos Regis. Et vos nec successores vestri non debetis ipsas tendas nec partem de eis vendere nec donare nec cambiare nec alienare nec testare nec aliquo modo alienare, ordini nec clerico nec militi nec scutifero nec domine generose nec alicui potenti. Sed si vendere vel donare eas volueritis, vendatis vel donetis eas tali homini vel hominibus qui michi et successoribus meis faciat annuatim predictum forum. In cuius rei testimonium do inde vobis istam meam cartam apertam meo sigillo sigillatam. Data Sanctarene, XVI die Aprilis, Rege mandante per donnum Gonsalvum Garsie alferaz et per donnum Johannem de

Avoyno suum maiordomum et per cancellarium et per Rodericum Garsie de Pavya et per Johannem Suerii Conelium et per Alfonsum Petri Farinam et per Fernandum Fernandi Cogominum.

182

Johannes Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XII.<sup>a</sup>.

[602]

*1274 Abril 16, Santarém — Aforamento de uma tenda na paróquia de S. Salvador de Elvas a Pedro da Ponte e sua mulher Gontinha Anes.*

#### **Item carta de alia tenda de Elbis**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii do et concedo vobis Petro de Ponte et uxori vestre Gontine Johannis et successoribus vestris ad forum pro ad semper illam meam tendam quam habeo in Elbis in parrochia sancte Marie de Foro, tali videlicet pacto quod vos et omnes successores vestri detis michi et omnibus successoribus meis annuatim pro festo sancti Michaelis de Septembrio pro foro ipsius tende tredecim marabitinos, de quindecim soldos pro marabitino, de qua tenda isti sunt termini: in oriente rua publica; in ouidente casa de Michaele Veyham; in aquilone casa de Mariame; in affrico casa de Michaele Veyham. Et vos nec successores vestri non debetis ipsam tendam nec partem de ea vendere nec donare nec testare nec elemosinare nec aliquo modo alienare ordini nec militi nec scutifero nec domine generose nec alicui alii potenti nec clero. Sed si eam vendere vel donare volueritis, vendatis vel donetis eam tali homini qui michi et successoribus meis faciat annuatim predictum forum. In cuius rei testimonium do inde vobis istam meam cartam apertam de meo sigillo sigillatam. Data Sanctarene, XVI die Aprilis, Rege mandante per donum Gonsalvum Garsie suum alferaz et per donum Johannem de Avoyno suum maiordomum et per cancellarium et per Rodericum Garsie de Pavya et per Johannem Suerii Conelium et per Alfonsum Petri Farinam et per alios de suo consilio.

Johannes Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XII.<sup>a</sup>.

[603]

*1274 Maio 31, Lisboa — Aforamento de uma herdade em Gestaçô (c. Baião) a Martim Peres e sua mulher Mor Peres.*

#### **Karta de foro cujusdam hereditatis de Geestaço**

Noverint universi presentem cartam inspecturi quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii do et concedo vobis Martino Petri et uxori vestre

Maiori Petri et omnibus successoribus vestris illam meam hereditatem quam habeo in sancta Maria de Castello de Geestaço ad forum pro ad semper. Videlicet quod vos et omnes successores vestri detis michi et omnibus successoribus meis annuatim novem quartarios de pane mediato, scilicet quatuor quartarios et sexte[yl]rum de centeo et quatuor quartarios<sup>290</sup> et sexteyrum de milio per mensuram de Amarante, et pro festo sancti Martini unam freamam et decem et octo panes de duobus duobus denariis, et pro die de Entruydo duos cabritos et decem et octo panes de duobus duobus denariis, et pro prima die Madii unum carnarium et decem et VIII.<sup>to</sup> panes, de duobus duobus denariis, et novem gallinas et triginta ova. Et non debetis ipsam hereditatem nec partem de ea vendere nec donare nec elemosinare nec testare nec emplazare nec cambiare nec aliquo modo alienare, ordini nec clero nec militi nec domine generose nec scutifero nec alicui alii potenti. Sed si vendere vel donare volueritis, vendatis vel donetis tali homini *[fl. 129v]* qui michi et successoribus meis faciat annuatim complete dictum forum. In cuius rei testimonium dedi inde vobis istam cartam meam. Data Ulixbona, pridie Kalendis Junii, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum et per cancellarium et per Alfonsum Suerii superjudicem.

Johannes Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XII.<sup>a</sup>.

[604]

*1274 Junho 3, Lisboa — Aforamento de uma tenda na paróquia de Santa Maria de Açoougue, em Elvas, a João Esteves e sua mulber Maria Anes.*

### **Carta de foro de una tenda de Elbis**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii do et concedo vobis Johanni Stephani et uxori vestre Marie Johannis et omnibus vestris successoribus ad forum pro ad semper illam meam tendam quam habeo in Elbis in parrochia sancte Marie de Azougue, quod vos et omnes successores vestri detis michi et omnibus successoribus meis annuatim XV.<sup>cim</sup> marabitinos, de quindecim solidos pro marabitino, videlicet medietatem pro sancto Michaeli de Septembrio et aliam medietatem pro festo Pasce. Et non debetis ipsam tendam vendere nec donare nec helemosinare nec cambiare nec emplazare nec aliquo modo alienare ordini nec militi nec scutifero nec domine generose nec ecclesie nec clero nec alicui alii potenti. Sed si eam vendere vel donare volueritis, vendatis vel donetis eam tali homini qui michi et

---

<sup>290</sup> No texto: *quatuor*.

successoribus meis faciat complete dictum forum annuatim. In cuius rei testimonium do inde vobis istam cartam. Data Ulixbone, III.<sup>a</sup> die Junii, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum et per cancellarium.

Johannes Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XII.<sup>a</sup>.

[605]

*1274 Junho 3, Lisboa — Memorial de outras cartas de aforamento de três tendas, duas na paróquia de S. Salvador e outra na de Santa Maria de Azougue, a três casais.*

#### **Memoriale de aliis cartis de tribus tendis de Elbis**

Item eadem die Dominicus Barcellos et Orraca Petri levaverunt aliam consimilem cartam de foro de alia tenda in parrochia sancti Salvatoris, et debent dare pro ea annuatim VII marabitinos et terciam ad dictum tempus.

Item eadem die Johannes Michaelis et uxor sua Maria Petri levaverunt aliam consimilem de alia tenda in parrochia sancte Marie de Azouge, et debent dare annuatim pro ea XI marabitinos et X soldos ad dictum tempus.

Item eadem die Petrus Johannis et uxor sua levaverunt aliam consimilem cartam de foro de alia tenda in parrochia sancti Salvatoris, et debent dare annuatim pro ea XIII marabitinos et X soldos ad dictum tempus.

[606]

*1274 Junho 4, Lisboa — Aforamento de duas sésegas de moinhos em Elvas, na Ribeira de Chinches.*

#### **Carta de foro de molendinis de Elbis**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii do et concedo vobis Johanni Gonsalvi et uxori vestre Maiori Petri et Dominico Johannis et uxori vestre Marie Johannis et omnibus successoribus vestris ad forum pro ad semper duas sessegas meas de molendinis quas habeo in termio de Elvis in Riparia de Chinches quod faciat ibi molendinos et reficiatis et contineatis eos taliter quod vos et omnes successores vestri detis michi et omnibus meis successoribus annuatim duodecim marabitinos, de quindecim soldos pro marabitino, videlicet medietatem pro festo sancti Michaelis Septembbris, et aliam medietatem pro festo Pasche. Et non debetis eos vendere nec donare nec cambiare nec testare nec elemosinare nec aliquo modo alienare ordini

nec clero nec ecclesie nec militi nec scutifero nec domine generose nec alii potenti. Sed si vendere vel donare eos volueritis, vendatis vel donetis eos tali homini qui michi et successoribus meis faciat annuatim dictum forum complete. In cuius rei testimonium do inde vobis istam cartam meam. Data Ulixbona, IIII die Junii, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum et per cancellarium.

185

Johannes Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XII.<sup>a</sup>.

[607]

*1274 Junho 29, Lisboa — Carta de revogação e renúncia por parte do Rei, de D. Gonçalo Garcia de Sousa e do procurador da Ordem de Avis, João Peres, ao herdamento de S. Vicente da Covilhã e a uma certa quantia de dinheiro que D. Leonor, filha bastarda do Rei, devia ter.*

**Carta revocationis et renunciationis emplazamenti facti inter magistrum de Avis et donnam Alleonor super villa de sancto Vincentio**

Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii universis presentem cartam inspecturis notum facio quod ego, nomine donne Leonor Alfonsi filie mee uxoris nobilis viri donni Gonsalvi Garsie, cuius ego sum tutor et defensor, et ipse donnus Gonsalvus Garsie et Johannes Petri frater de Avis comendator de baylia Sanctarene, nomine religiosi viri fratris donni Simeonis magistri ordinis de Avis et conventus ejusdem, quorum dictus frater erat procurator ad ea que infra continentur, de supradictorum spontanea et libera voluntate, et pro partium utilitate dissolvimus, renunciamus et annullamus emplazamentum sive compositionem factam vel factum inter magistrum predictum et conventum predicti ordinis ex una parte, et donnum Stephanum Johannis filium donni Johannis Garsie et donnam Alleonor filiam meam, super herdamento de sancto Vincentio et pertinenciis suis, que est in termino de Covelliana, et super quantitate cujusdam pecunie, scilicet mille et quingentas libras in quibus debebant comparari possessiones quas possessiones dicta filia mea debebat tenere in vita sua, et post mortem ejus debebat eas habere ordo memoratus, et insuper possessionibus emptis apud Sanctarenam in pecunia memorata, renunciamus itaque dictam compositionem sive inplazamentum, et annullamus de voluntate et consensu utriusque partis et pro utilitate eorum, quia pars ordinis dicebat hoc esse factum contra utilitatem ordinis predicti et contra eorum voluntatem. Et placuit michi et omnibus supradictis quod si in posterum carta aliqua sive instrumentum apparuerit in meo regno aut in alio loco aut aliqua alia firmitas vel testes aliqui iritti et vacui habeatur et nulla ei fides habeatur. In cuius rei testimonium feci inde fieri duas cartas consimiles de quibus magister et

ordo memoratus teneat unam, et donnus Gonsalvus Garsie et donna Alleonor filia mea aliam. Data Ulixbona, III.<sup>o</sup> Kalendas Julii, Rege mandante.

Johannes Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XII.<sup>a</sup>.

*1274 Julho 21, Lisboa — Arrendamento dos foros e direitos da terra de Zurara a Lourenço Soares Freire.*

### **Carta de renda de Zurara**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii arredo vobis Laurencio Suerii Freyre dum michi placuerit omnes meos directos quod meus ricushomo debet habere in Zurara pro sexcentis libris quas libras michi debetis dare in quolibet anno. Videlicet debetis michi dare trecentas libras prima die Novembribus proximo venienti, et alias trecentas pro prima die Madii proximo sequenti, et in quolibet anno debetis michi dare predictas sexcentas libras in terminis supradictis sicut superius est expressum. In cuius rei testimonium dedi inde eidem Laurencio Suerii istam cartam. Data Ulixbona [fl. 130] XXI.<sup>a</sup> die Julii, Rege mandante per curiam suam.

Johannes Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XII.<sup>a</sup>.

*1274 Agosto 1, Lisboa — Arrendamento dos foros e direitos da terra de Fermedo (c. Arouca) a João Soares, Martim Gonçalves e Pedro Martins Ventre.*

### **Carta de renda de Fermedo**

Noverint universi presentem cartam inspecturi quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii arredo Johanni Suerii et Martino Gunsalvi et Petro Martini dicto Ventre omnes meos foros et directos de terra de Fermedo pro istis sex annis proximo venturos, et primus annus debet incipi pro festo sancti Johannis Baptiste proximo preterito. Et predicti homines debent michi dare pro ipsis meis foris et directis de terra de Fermedo annuatim sexcentas libras, scilicet unam terciam pro prima die Novembribus et aliam terciam pro prima die Marcii et aliam terciam pro festo sancti Johannis in fine anni. Et supradicti homines debent dare loco mei judici de Fermedo et meo almoxariffo et tabellioni de terra sancte Marie bonos fideiussores pro dictis sexcentis libris. Et si voluerint ipsos fideiussores mutare et dare alios annuatim, ego debo illos sibi recipere. Et ipsi fideiussores debent esse tam boni vel meliores quam primi. Et si aliquis voluerit super eis

montare dictam terram, remanet michi salvum quod possim eam dare illis qui eam montare voluerint. Et meyrinus nec ricushomo non debet ibi intrare nec pausare, salvo quod meyrinus intret ibi ad filiandum hominem degredatum et ad justiciam faciendam de aliquo homine justiciando. Et non debet ibi pausare nec filiare aliquid hominibus de terra. Et nullus sit ausus qui dictis hominibus malum nec forciam faciat super meis foris et directis de predicta terra, quia quicumque eis malum vel forciam fecerit super ipsis meis foris et directis, ego calumpniabor in corpore et habere. In cuius rei testimonium dedi eisdem hominibus istam cartam. Data Ulixbona, prima die Augusti, Rege mandante.

Jacobus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XII .<sup>a</sup>.

[610]

*1274 Agosto 12, Lisboa — Aforamento de duas tendas em Elvas, na paróquia de Santa Maria de Açoougue, a Pedro Domingues e sua mulher Maria Anes.*

#### **Carta de foro de duabus tendis de Elbis**

Noverint universi presentem cartam inspecturi quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii do et concedo vobis Petro Dominici et uxori vestre Marie Johani[sl] et successoribus vestris ad forum pro ad semper illas duas meas tendas quas habeo in Elbis in parrochia sancte Marie de Azougue. Tali videlicet pacto quod vos et omnes successores vestri detis michi et successoribus meis annuatim decem et septem marabitinos, de quindecim solidos pro marabitino, scilicet medietatem pro festo Pasche et aliam medietatem pro festo sancti Michaelis de Septembrio. De quibus tendis isti sunt termini: in oriente atrium predice ecclesie; in occidente casa Johannis Menendi; in aquilone rua publica; in affrico rua. Et debetis ipsas tendas adubare et facere et continere taliter quod ego et successores mei habeamus annuatim predictum forum. Et non debetis ipsas tendas alicui potenti vendere nec donare nec helemosinare nec cambiare nec testare nec aliquo modo alienare. Sed si eas vendere vel donare volueritis vendatis vel donetis eas tali homini qui michi et successoribus meis faciat annuatim complete predictum forum. In cuius rei testimonium dedi inde sibi istam cartam. Data Ulixbona, XII.<sup>a</sup> die Augusti, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum et per cancellarium.

Johannes Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XII.<sup>a</sup>.

*1274 Agosto 12, Lisboa — Memorial de outras cartas de aforamento de duas tendas em Elvas a João Pais e sua mulher Gontinha Fernandes e a Nicolau Esteves.*

### **Memoriale de aliis tendis de Elbis**

Item eadem die Johannes Pelagii et uxor sua Gontina Fernandi habuerunt aliam cartam consimilem de alia tenda pro qua debent dare annuatim V marabitinos.

Item eadem die Nicholaus Stephani habuit <aliam cartam<sup>291</sup> consimilem de alia tenda pro qua debet dare annuatim V marabitinos.

*1274 Julho 15, Lisboa — Doação do herdamento de Azambuja a D. Leonor Afonso, sua filha bastarda.*

### **Carta donationis herdamenti de Azambugia**

Noverint universi presentem cartam inspecturi quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii una cum uxore mea Regina donna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia et filii et filiabus nostris Infantibus donno Dionisio, donno Alfonso, donna Blanca et donna Sancia, do et concedo donne Aleonor Alfonsi mee filie quam ego habeo de Elvira Stephani et omnibus filiis et filiabus et successoribus suis, qui vel que ab ea legitime descenderint, totum illud meum herdamentum de Azambugia et de suo termino, quod herdamentum fuit Menendi Petri dicti Entrida, quod herdamentum ego comparavi pro ad ipsam donam Alleonor Alfonsi. Do inquam ei predictum herdamentum cum domibus, vineis, hereditatibus ruptis et non ruptis et cum ingressibus et egressibus suis et cum montibus, fontibus, pascuis et aquis et omnibus juribus et pertinentiis suis, jure hereditario habendum et perpetuo possidendum sicut ego illud comparavi, et sicut ego illud habeo et ipsa illud melius habere poterit. Videlicet tali pacto quod si ipsa donna Alleonor Alfonsi vel suus filius vel filia, vel alias suus successor qui vel que ab ea legitime descenderit, decesserit sine prole legitimam, vel etiam ipsa donna Alleonor vel filius vel filia vel alias suus successor descendens ab ea legitime, non habendo prolem legitimam, ordinem intraverit, supradictum herdamentum cum domibus, vineis, hereditatibus suis ruptis et non ruptis et cum ingressibus et egressibus et cum montibus, fontibus pascuis et aquis et cum

---

<sup>291</sup> A expressão entre < > encontra-se escrita na margem direita, com chamada para o texto.

omnibus aliis juribus et pertinenciis suis, ad me vel ad successores meos integre ac libere revertatur. In cuius rei testimonium do eidem donne Alleonor Alfonsi istam cartam meo sigillo plumbeo sigillatam. Data Ulixbona, XV die Julii, Rege mandante. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XII.<sup>a</sup>.

Donnus Gonsalvus Garsie alferaz, donnus Johannes de Avoyno maiordomus, donnus Martinus Alfonsi tenens Chaves, donnus Alfonsus Lupi tenens Ripam Minii, donnus Didacus Lupi tenens Lamecum, donnus Petrus Johannis tenens Transserrat, donnus Menendus Roderici tenens Mayam, donnus Petrus Johannis de Portello tenens Leyrenam, donnus Petrus Poncii, confirmant.

Rodericus Garsie de Pavya, Johannes Suerii Conelius, donnus Alfonsus Petri Farina, Martinus Johannis de Vinali, Fernandus Fernandi Cogomino, testes.

Ecclesia Bracarensis vacat, donnus Vincencius episcopus Portugalensis, donnus Dominicus electus Lamecensis confirmat, ecclesia Columbriensis vacat, ecclesia Visensis vacat, frater Valascus episcopus Egitaniensis, donnus Matheus episcopus Ulixbonensis, frater Bartholameus episcopus Silvensis, donnus Durandus Elboensis episcopus, confirmant.

Alfonsus Suerii [fl. 130v] superjudex, Rodericus Menendi superjudex, Rodericus Gomeci superjudex, confirmant.

Magister Petrus phisicus, Dominicus Johannis clericus, Petrus Johannis repositarius maior, testes.

Stephanus Johannis cancellarius confirmat, Jacobus Johannis notuit.

[613]

*1274 Agosto 23, Lisboa — Carta ao almoxarife e ao tabelião da terra de Santa Maria e ao juiz de Fermedo (c. Arouca) para que digam a Pedro Martins, a quem o Rei arrendara a terra de Fermedo, que dê fiadores pela renda dos próximos seis anos.*

### **Carta super renda de terra de Fermedo**

Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii, vobis Stephano Petri meo almoxariffo et tabellioni de terra Sante Marie et judici de Fermedo, salutem. Vidi vestram cartam per quam michi misistis dicere quod Petrus Martini levavit vobis meam cartam per quam ipse pro se et pro Johanne Suerii et Martino Gonsalvi arrendaverat michi ipsam terram de Fermedo, pro istis sex annis proximo venturis pro sexcentis libris annuatim, et debebant eas michi dare annuatim ad terminos qui continentur in dicta mea carta, et ego mandaveram vobis quod reciperetis de ipsis hominibus bonos fideiussores pro denariis supradictis. Et vos misistis michi dicere quod dictus Petrus Martini dedit vobis fideiussores bonos

in ducentis libris pro una tercia unius anni, et obligavit se dare bonos fideiussores annuatim pro tercia de dictis sexcentis libris. Et Johannes Suerii et Martinus Gonsalvi noluerunt vobis dare fideiussores pro dicta renda sicut in dicta mea carta continebatur, dicendo quod non mandaverant michi promittere pro ipsa terra dictas sexcentas libras annuatim. Et ego vidi unam cartam quam michi duxerat Petrus Martini pro se et pro hominibus supradictis, et inveni quod ipsi mandaverant eidem Petro Martini quod daret michi pro medietate de ipsa terra quingentas libras pro duobus annis. Unde mando vobis quod dicatis eidem Petro Martini quod det vobis bonos fideiussores pro tota dicta renda de sex annis in sexcentis libris annuatim, et si eos vobis dederit, teneat ipse per se ipsam terram totam. Et si non, dent vobis Johannes Suerii et Martinus Gonsalvi bonos fideiussores pro dictis quingentis libris pro medietate de ipsa terra de duobus annis et teneant eam cum Petro Martini et ipse Petrus Martini paguet montam de ipsis duobus annis scilicet ducentas libras. Et ipse Petrus Martini teneat in ipsis duobus annis aliam medietatem de ipsa terra, et paguet pro illa sexcentas libras. Et in aliis quatuor annis postea venturis teneat eamdem terram per se pro sexcentis libris annuatim. Et paguent eas ad illos prazos qui continentur in mea carta quam inde ipsi levavit. Et vos constringatis eum quod det vobis bonos fideiussores per quos ego habeam dictos denarios, sicut superius est expressum. Et postquam Johannes Suerii et Martinus Gonsalvi vobis dederint fideiussores pro dictis quingentis libris, quitate eis fideiussores quos vobis dederunt ut venirent perante me super hoc. Et vos mittatis michi unum instrumentum de fideiussoribus et de quomodo enfiaveritis ipsam terram. Et vos tabellio registretis illud unde aliter non faciatis. Data Ulixbona, XXIII die Augusti, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum.

Jacobus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XII.<sup>a</sup>.

[614]

*1274 Agosto 27, Lisboa — Carta de foro de Abreiro (c. Mirandela).*

### **Carta de foro de Avreyro in terra de Pannoniis**

In dei nomine amen. Noverint universi presentem cartam inspecturi quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii una cum uxore mea Regina donna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia et filiis et filiabus nostris, Infantibus donno Dionisio, donno Alfonso, donna Branca et donna Sancia, do et concedo vobis hominibus populatoribus presentibus et futuris ad forum quod subsequitur villam meam de Avreyro que est in terra de Panoyas, cum suis terminis novis et antiquis per ubi eos melius habere et vincere potueritis per

directum. Tali videlicet pacto quod vos et successores vestri detis michi et meis successoribus annuatim triginta marabitinos veteres ad tercias anni. Videlicet debetis michi dare et successoribus meis primam terciam pro prima die Octobris et aliam terciam pro prima die Februarii et aliam terciam pro prima die Julii et debetis michi dare et successoribus meis dictos morabitinos per judicem de feyra de Costantim de Panoyas ad terminos predictos, in salvo et in pace, et si non debetis michi dare et successoribus meis cotidie de pena unum marabitinum veterem. Et non debetis ire ad anuduvam nec ad fossatum, nisi si guerra venerit de extra meum regnum, tunc debetis ibi ire. Mando eciam et defendo quod meus ricushomo nec meus meyrinus nec maiordomus nec prestamarius non intrent vobis in ipsa villa nec in suo termino nec faciant vobis malum nec forciam nec filient vobis aliquid de vestro per forciam. In cuius rei testimonium do inde vobis istam meam cartam apertam meo sigillo sigillatam. Data Ulixbona, XXVII.<sup>a</sup> die Agusti, Rege mandante, curia sua presente.

Johannes Petri notarius curie notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XII.<sup>a</sup>.

[615]

*1274 Outubro 9, Lisboa — Aforamento da herdade de Alcaidaria (c. Torres Vedras)  
a Vicente Domingues Rafalho e sua mulher Domingas Anes.*

### **Carta de foro hereditatis que vocatur Alcaydaria in Turribus Veteribus**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii do et concedo vobis Vincentio Dominici dicto Rafalius et uxori vestre Dominice Johannis et successoribus vestris ad forum pro ad semper illam meam hereditatem que vocatur Alcaydaria in termino de Turribus Veteribus circa ipsam villam, tali videlicet pacto quod faciatis ibi vineam et quod laboretis et fructificetis eam et detis inde michi et omnibus successoribus meis annuatim medietatem de omni fructu quod deus ibi dederit et sex libras et quindecim soldos annuatim pro eiradiga, salvo quod in istis primis duobus annis non debetis dare dictos denarios et ex tunc debetis dare eos annuatim et debetis michi et successoribus meis dare annuatim medietatem de vino ipsius vinee in salvo in lagari, de qua hereditate isti sunt termini: in oriente via publica; in occidente rivus qui venit de Amenali; in aquilone ipse rivus de Amenali; in affrico rivus qui venit de Ponte Patrina. Et non debetis ipsam vineam nec partem de ea vendere nec donare nec emplazare nec testare nec aliquo modo alienare ordini nec clerico nec militi nec scutifero nec domine generose. Sed si eam vendere vel donare volueritis, vendatis vel donetis eam tali homini qui michi et successo<sup>fl. 131r</sup>ibus meis faciat annuatim complete

dictum forum. In cuius rei testimonium do inde vobis istam meam cartam. Data Ulixbona, VIII die Octobris, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum.

192

Johannes Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XII.<sup>a</sup>.

[616]

*1274 Novembro 20, Lisboa — Arrendamento da vila de Porto de Mós ao respectivo concelho.*

### **Carta de renda de Portu Molarum**

Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii universis presentem cartam inspecturis notum facio quod concilium de Portu Molarum per suos procuratores sufficientes venerunt perante me cum procuracyone ipsius concilii factam per suum tabellionem et sigillatam sigillo concilii ejusdem ville, et de beneplacito eorum arrendarunt modo ipsam villam cum suo termino quod dent michi annuatim pro meis directis duas mille libras dum michi placuerit. In cuius rei testimonium ipsi procuratores mandaverunt inde michi dare istam cartam. Data Ulixbona, XX die Novembbris, Rege mandante per Rodericum Menendi et per Rodericum Gomecii superjudices.

Petrus Pelagii notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XII.<sup>a</sup>.

[617]

*1274 Dezembro 18, Lisboa — Demarcação dos termos de Montemor-o-Velho, de Soure e de Ega, sobre os quais havia contenda com a ordem do Templo.*

### **Karta de contenda inter dominum Regem et magistrum de Templo super terminis de Monte Maioris Veteris et Souris et de Ega**

Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii universis presentem cartam inspecturis notum facio quod cum causa esset inter me ex una parte, et magistrum et fratres ordinis Templi de meo regno ex altera, super terminis de inter Montem Maiorem Veterem ex una parte, et de Souris et de Ega ex alia, ego dixi quod magister et fratres tenebant unam peciam de terminis Montis Maioris Veteris et ipsi dixerunt quod non. Et de voluntate mea et eorum fuit positum inter nos quod Rodericus Gomecii pro me et frater Pelagius pro ordine supradicto et abbas Alcobacie de comuni in quo ambe partes advenimus irent ad predictos terminos et visis privilegiis que ordo habebat super dictis terminis, quelibet pars adduceret suos testes coram inquisitoribus supradictis ad

probandum per que loca dividebantur termini supradicti et quod supradicti inquisidores reciperent ab eisdem testibus conjuratis ad sancta dei evangelia super hoc veritatem. Qui testes producti fuerunt coram inquisitoribus supradictis et in termino prefixo partibus ipse partes coram mea curia comparuerunt. Et de beneplacito partium dicta curia attestations dictorum testium aperierunt. Et super eis diligent habita examinatione a predicta curia ut est de consuetudine ipsius curie sentencia dilata fuit, quia curia fuit pluribus aliis negotiis impedita. Elapsu temporis, ad instanciam mei procuratoris dicta mea curia fecit magistrum et fratres ordinis de Templo citari ad sentenciam audiendam super terminis supradictis. Qui magister et fratres in termino sibi prefixo coram mea curia comparentes, audire sentenciam noluerunt et contumaciter recesserunt. Instante vero et petente dicto meo procuratore dictos Templarios contumaces, mea curia judicavit et visis et diligenter intellectis attestationibus supradictis et eis que ad divisionem predictorum terminorum faciebant, mea curia judicando diffinivit divisionem predictorum terminorum esse debere per portum de Ayras qui portus stat directe de Campo Astroso, qui portus est magis achegatus ad Egam et per fontem de Monte Mouri, qui fons est magis achegatus ad Souri. Et hanc divisionem mandavi dicta mea curia per dicta loca perpetuo observari. In cuius rei testimonium curia mea mandavi inde hanc cartam fieri et meo sigillo sigillari. Data Ulixbona, XVIII die Decembris, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum et per cancellarium et per donnum Alfonsum Petri Farinam et per Martinum Johannis de Vinali et per Johannem Suerii Conelium et per Fernandum Fernandi Cogomino et per Dominicum Johannis suum clericum et per Alfonsum Suerii et per Rodericum Menendi superjudices.

Jacobus Johanniis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XII.<sup>a</sup>.

[618]

*1274 Dezembro 20, Lisboa — Arrendamento das rendas e direitos de Penamacor ao respectivo concelho.*

### **Carta de renda de Penamacor**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii arrendo vobis concilio de Pennamocor omnes meas rendas et omnes meos directos de ipsa villa et de suo termino et omnes alios meos directos de azouguis et de ochavis et de pesis et de colodrado quos directos solebat recipere pro ad me Dominicus Johannis meus almoxariffus de Beyra. Arrendo tunc vobis omnes supradictas meas rendas et omnes supradictos meos directos pro quinguentis et octuaginta libras et decem sex soldos quos

michi debetis dare in quolibet anno in salvo ad tercias anni, vel cui ego mandavero, scilicet primam terciam pro mense Aprilis mediato et aliam terciam pro Agusto mediato et aliam terciam pro Decembro mediato. Et vos debetis michi dare unum militem generosum quandocumque michi placuerit qui faciat michi menagium de meo castello de ipsa villa de Penamocor et debetis pagare ipsum militem de vestra pecunia pro tenencia de ipso castello et debetis incipere pagare denarios supradictos pro isto mense Aprilis proximo venturo. Et ricushomo non debet pausare in ipsa villa nec in suo termino, salvo quod si passaverit per terminum ipsius ville et voluerit ibi pausare pausset et comedat de suis denariis et non faciat ibi aliqua malefactoria, et istud facio vobis dum michi placuerit. In cujus rei testimonium do vobis istam meam cartam. Data Ulixbona, XX die Decembris, Rege mandante.

Jacobus Johannisi notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XII.<sup>a</sup>.

[619]

*1275 Janeiro 16, Lisboa — Aforamento de herdade reguenga em Vila Nova (c. Celorico de Basto) a Domingos Anes e sua mulher Berengária Anes.*

### **Karta de foro cuiusdam hereditatis de Villa Nova in Pannoniis**

Noverint universi presentem cartam inspecturi quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii do et concedo vobis Dominico Johannisi et uxori vestre Biringueyre Johannisi et successoribus vestris illam meam hereditatem regalengam quam habeo in Panoyas in loco qui dicitur Villa Nova, ad forum inferius nominatum, quod hereditas jacet super via de Condado, quomodo dividit cum Johanne Fernandi et vadit ad viam per quam vadunt ad Soverarium, et de alia parte dividit cum hereditate que fuit dos Sandos et de germanis, et *fl 131v* vadit ad fontem aque et vadit per regum et per comarum de pressa, et deinde per cimam de chousa aqua vertente ubi prius incepimus. Preterea do et concedo vobis unum meum terrenum cum sua testada de Carvalal quomodo dividit cum hereditate de Palombario et cum hereditate ecclesie sancti Jacobi et cum hereditate que fuit de Valasco Johannisi. Preterea do et concedo vobis unum meum campum quod jacet sub fonte qui vocatur de Mestalo quomodo dividit cum Palumbario et quomodo partit cum hereditate monasterii sancti Johannisi de Taraúca et quomodo dividit cum hereditate monasterii de Arnoya et de sancto Jacobo. Do et concedo vobis predictam hereditatem et predictum terrenum et predictum campum sicut superius dividuntur, tali videlicet pacto quod vos et omnes successores vestri detis michi et omnibus meis successoribus annuatim quartam partem de omni fructu quod deus ibi dederit, et vos et successores vestri

non debetis predictam hereditatem nec predictum terrenum nec predictum campum nec partem de eis vendere, nec donare nec inplazare nec testare nec elemosinare nec cambiare nec aliquo modo alienare, ordini nec clero nec militi nec scutifero nec domine generose nec alicui potenti. Sed si eam vendere vel donare volueritis, vendatis vel donetis ea tali homini qui michi et successoribus meis faciat annuatim complete predictum forum. In cuius rei testimonium do inde vobis istam meam cartam de meo sigillo sigillatam. Data Ulixbona, XVI die Januarii, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum et per Alfonsum Suerii superjudicem.

Johannes Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XIII.<sup>a</sup>.

[620]

*1275 Fevereiro 28, Lisboa — Aforamento de metade do reguengo de Vila Boa (fr. Joane, c. Vila Nova de Famalicão) a João Peres e sua mulher, a João Anes e sua irmã e a Domingos Martins.*

### **Carta de foro cujusdam regalengi de Villa Bona in termino de Vermui**

Noverint universi presentem cartam inspecturi quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii facio cartam de foro vobis Johanni Petri et uxori vestre Maiori Petri, et Johanni Johannis et Marie Johannis germane ejus, et Dominico Martini, de medietate mei regalengi de Villa Bona quod est in termino de Vermoy, in parrochia sancti Salvatoris de Johani cum medietate suorum terminorum et suarum pertinenciarum tali videlicet pacto quod faciatis ibi tria casalia et detis inde michi et successoribus meis de quolibet casali terciam partem panis et lini, et in vita vestra detis terciam partem vini sine eyradiga, et post mortem vestram successores vestri dent quolibet anno medietatem de vino. Et detis pro directuris quolibet anno de quolibet casali pro festo Nathalis domini unam spatulam de porco, de duodecim costis, cum uno denario. Et pro Entruydo unum cordarium si habueritis quatuor oves et si non habueritis oves detis unum cabritum. Et pro festo sancti Johannis unam taeygam de centeno de inter me et vos, et pro collecta unum solidum et unum franganum de lino et alium franganum de eyra. Et pro festo sancti Michaelis unum bragale et duos capones cum viginti ovis, et pro directura unum sestarium de pane de vestro quinione quito, et pro eyradiga unum quartarium de pane de inter me et vos. Et si habueritis porcam que pariat a Kalendis Februarii usque ad festum sancti Michaelis detis leytigam. Et detis pro luytosa duos marabitinos. Istanas directuras supradictas detis annuatim michi et meis successoribus de quolibet casali. Et levetis panem et vinum et alia jura mea ad meum cellarium sicut aliis homines

de aliis meis regalengis de Vermoy. Et si feceritis vocem et calumpniam pectetis eam sicut alii homines de aliis meis regalengis de terra de Vermoy. Habeatis vos et omnis posteritas vestra supradicta casalia in perpetuum, et faciatis inde michi et omnibus successoribus meis quolibet anno supradictum forum. Et non vendatis nec donetis nec testetis nec helemosinetis nec aliquo modo alienetis supradicta casalia monasteriis nec ecclesiis nec militibus nec ordinibus nec filiis de algo, nisi talibus hominibus qui michi et successoribus meis faciant complete supradictum forum. In cuius rei testimonium do inde vobis istam meam cartam de meo sigillo sigillatam. Data Ulixbona, II.<sup>e</sup> Kalendas Marcii, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum et per cancellarium.

Johannes Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XIII.<sup>a</sup>.

[621]

*1275 Março 1, Lisboa — Aforamento de um moinho em Moinho Velho, no termo de Arcos (c. Arcos de Valdevez?).*

### **Carta de foro cujusdam molendini de Arcos**

Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii, universis presentem cartam inspecturis notum facio quod ego do et concedo ad forum vobis Petro Dominici et omnibus successoribus vestris illud meum molendinum quod habeo in termino de Archos in loco qui dicitur Molendinum Veterem sub carreyra que vadit inter ipsum locum et Octeyrum de Sigia, tali pacto et condicione quod vos et omnes successores vestri detis inde michi et omnibus successoribus meis annuatim terciam partem maquierum quas deus ibi dederit in salvo. Et habeatis vos et omnis posteritas vestra pro ad semper predictum molendinum et faciatis inde michi et omnibus sucessoribus meis supradictum forum. Et non vendatis nec donetis nec testetis nec helemosinetis dictum molendinum militibus nec ordinibus nec ecclesiis nisi talibus hominibus qui michi et omnibus successoribus meis faciant predictum forum. Data Ulixbona, prima die Marcii, Rege mandante per cancellarium.

Petrus Pelagii notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XIII.<sup>a</sup>.

*1274 Junho 16, Lisboa — Doação a D. Gonçalo Garcia de Sousa e sua mulher D. Leonor Afonso, bastarda régia, da herdade de Alfodra (c. Santarém).*

**Karta donni Gunsalvi Garsie de donatione hereditatis de Alfodra in Sanctarena**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii una cum uxore mea Regina donna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia et cum filiis et filiabus nostris Infantibus dono Dionisio dono Alfonso donna Branca et donna Sancia, do et concedo dono Gunsalvo Garsie meo alferaz et filie mee uxori ejusdem donne Alleonor Alfonsi illas hereditates de Alfodra in termino Sanctarene, que fuerunt comparate per Silvestrem Petri tunc temporis alvazilem Sanctarene, per Stephanum Martini almxoriffum meum ejusdem ville et per fratrem Johannem Petri procuratorem magistri et conventus de Avis, *[fl.132]* de meo mandato, de Petro Michaelis et uxore eius Eryena Pelagii pro septingentis libris et de Stephano Johannis et de uxore sua Maria Juliani pro centum et tredecim libris, et de Martino Mathei et de uxore sua Sancia Petri pro centum et octuaginta libris, et de Petro Menendi clero portionario ecclesie sancti Martini Sanctarene pro quingentis viginti et novem libris et tres soldos et novem denariis. Do sibi predictas hereditates cum suis terminis juribus et pertinenciis suis, jure hereditario habendas et possidendas, tali videlicet conditione quod si forsitan donna Alleonor ante decesserit quam donnus Gonsalvus, ipse donnus Gonsalvus debet habere et tenere toto tempore vite sue predictas hereditates cum terminis, juribus ac pertinenciis suis. Et post mortem ipsius donni Gonsalvi debent reverti ad coronam Regni. Si vero filium vel filiam vel filios vel filias ipsi donnus Gonsalvus et donna Alleonor habuerint et ipsa donna Alleonor decesserit ante quam donnus Gonsalvus, filius vel filia vel filii vel filie eorumdem habeat vel habeant medietatem de predictis hereditatibus et aliam medietatem habeat donnus Gonsalvus in vita sua, et post mortem ipsius donni Gonsalvi, filius vel filia vel filii vel filie eorumdem habeat vel habeant medietatem ipsam quam donnus Gonsalvus tenebat cum alia medietate quam jam ante habebat vel habebant. Si vero donnus Gonsalvus et donna Alleonor non habuerint filium nec filiam nec filios nec filias predicte hereditates devolvantur integre ad coronam regni post mortem amborum. Et si donna Alleonor decesserit et ex ea et dono Gonsalvo filius vel filia vel filii vel filie remanserit vel remanserint et ipse filius vel filia vel filii vel filie decesserit vel decesserint sine prole legitima antequam donnus Gonsalvus medietas quam ipse filius vel filia vel filii vel filie predictorum donni Gonsalvi et donne Alleonor debebat vel debebant habere de

predictis hereditatibus devolvantur ad donnum Gonsalvum, et ipse donnus Gonsalvus teneat medietatem ipsam in vita sua. Et post mortem ipsius donni Gonsalvi revertatur ad coronam Regni. Et si filius vel filia vel filii vel filie eorumdem decesserit vel decesserint sine prole legitima dictas hereditates revertantur ad coronam Regni. Et donnus Gonsalvus et donna Alleonor nec aliquis eorum non debet vendere nec donare <nec aliena>re<sup>292</sup> aliquo modo predictas hereditates. Et si donnus Gonsalvus donnam Alleonor dimiserit aut matrimonium sepa[r]atum fuerit ad petitionem ejusdem donni Gonsalvi ipse donnus Gonsalvus non debet aliquid habere de predictis hereditatibus. In cuius rei testimonium do inde vobis istam meam cartam apertam de meo sigillo plumbeo sigillatam. Data Ulixbona, XVI die Junii, Rege mandante.

Johannes Petri notarius curie notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> duodecima.

[623]

*1275 Março 30, Lisboa — Doação a João Pais, açoreiro do Rei, de uma horta no Barreiro (c. Barreiro).*

#### **Carta Johannis Pelagii azorarii de donatione almunie de Barreiros**

Noverint universi presentem cartam inspecturi quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii do et concedo vobis Johanni Pelagii meo azorario illam meam almunyam quam habeo in Ulixbona in loco qui dicitur de Barreyros tali videlicet pacto quod vos habeatis et possideatis ipsam almunyam toto tempore vite vestre et post mortem vestram si non habueritis filium legittimum ipsa almunya remaneat michi et meis successoribus, et si habueritis filium legitimus, mando quod unus de vestris legitimis habeat et possideat predictam almunyam toto tempore vite sue, et post mortem suam remaneat michi et meis successoribus. De qua almunya isti<sup>293</sup> sunt termini: ad orientem via publica; ad occidentem regus per quem currit aqua que venit per inter almuyas; ad aquilonem almunya episcopi Silvensis; ad africum murus per quem dividitur almuya que fuit Suerii ferreyro. In cuius rei testimonium do inde vobis istam meam cartam de meo sigillo sigillatam. Data Ulixbona, III.<sup>o</sup> Kalendas Aprilis, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum.

Johannes Petri notarius curie notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XIII.<sup>a</sup>.

---

<sup>292</sup> A expressão entre <> está escrita na margem esquerda.

<sup>293</sup> Repete *isti*.

1275 Abril 17, Lisboa — Aforamento de um casal reguengo em Cruz (fr. Vale de Bouro, c. Celorico de Basto) a Geraldo Martins e sua mulher Maria Peres.

### **Carta de foro casalis de Unyro**

Noverint universi presentem cartam inspecturi quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii do et concedo vobis Geraldo Martini et uxori vestre Marie Petri et omnibus successoribus vestris illud meum casale regalengum quod est in parrochia sancti Martini de Val de Unyro<sup>294</sup> ad forum pro ad semper tali pacto et condicione quod vos et omnes successores vestri populetis ipsum casale quod casale vocatur de Cruce, et detis inde michi et omnibus successoribus meis terciam partem de pane et medietatem de vino et de lino quod deus ibi dederit, et pro directuris debetis dare quatuor soldos de pedida de maiordomo, et pro festo Natalis domini unam spadoam de porco de duodecim costis cum una teeyga de pane et unum almude de tritico et unam quartam de vino et duas gallinas et decem ova et unum cabritum et unum bragal, et vos et omnes successores vestri debetis facere annuatim michi et successoribus meis supradictos foros de predicto casali. Et non debetis ipsum nec partem de eo vendere<sup>295</sup> nec donare nec cambiare nec elemosinare nec alio modo alienare, ordinibus nec ecclesiis nec militibus nec scutiferis nec clericis nec domine generose nec alicui potenti, sed si ipsum vendere vel donare volueritis, vendatis vel donetis talibus hominibus qui michi et successoribus meis complete faciant predictum forum. In cuius rei testimonium do inde vobis istam meam cartam. Data Ulixbona, XVII die Aprilis, Rege [fl. 132v] mandante per donnum Johannem de Avoyno maiordomum suum et per cancellarium et per Alfonsum Suerii superjudicem.

Vincencius Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XIII.<sup>a</sup>.

1275 Abril 17, Lisboa — Aforamento de um casal reguengo em Lordelo (fr. Ribas, c. Celorico de Basto) a João Martins.

### **Carta de foro casalis de Loordelo in parrochia ecclesie de Ripis**

Noverint universi presentem cartam inspecturi quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii do et concedo vobis Johanni Martini et omnibus

<sup>294</sup> No texto *Unyro*, com o primeiro *n* sopontado.

<sup>295</sup> Repete *vendere*, sopontado na primeira ocorrência.

successoribus vestris illud meum casale regalengum quod est in parrochia sancti Salvatoris de Ripis in loco qui dicitur Loordelo, ad forum pro ad semper, tali pacto et condicione quod vos et omnes successores vestri populetis ipsum casale et detis inde michi et omnibus successoribus meis annuatim terciam partem de pane et medietatem de vino et de lino, salvo uno moolo quod debet filiare ille qui moraverit in ipso casali, et debetis dare pro directuris septem soldos, et de intrada de area tres cubitos de bragali, et de pedida de maiordomo unam cestam de hervillis et duos franganos et decem ova, et pro sancto Michaele septem cubitos de bragali, et pro festo Nathalis domini unam spadoam de porco de duodecim costis et unam teeygam de pane per festam, et duos capones et viginti ova et unum cabritum, et debetis dare luytosam. Et vos et omnes successores vestri debetis facere annuatim michi et successoribus meis predictum forum de predicto casali. Et non debetis ipsum nec partem de ipso vendere nec donare nec cambiare nec elemosinare nec alio modo alienare, ordinibus nec ecclesiis nec militibus nec scutiferis nec domine generose nec clericis nec alicui potenti. Sed si ipsum vendere vel donare volueritis, vendatis vel donetis tali homini qui michi et successoribus meis complete faciat predictum forum. In cuius rei testimonium do inde vobis istam meam cartam. Data Ulixbona, XVII die Aprilis, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum et per cancellarium et per Alfonsum Suerii superjudicem.

Vincentius Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XIII.<sup>a</sup>.

[626]

*1275 Maio 22, Lisboa — Aforamento do reguengo de Algeraz (fr. Nelas, c. Nelas) a dezoito casais.*

### **Carta de foro regalengi de Algiraz**

Noverint universi presentem cartam inspecturi quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii do et concedo vobis Johanni Gonsalvi dicto Gravio et uxori vestre Lucie Petri et Dominico Gonsalvi dicto Tonpilo et uxori vestre Elvire Roderici et Dominico Johannis de Temaldino et uxori vestre Sancie Martini et Geraldo Johannis et uxori vestre Marie Martini et Petro Pelagii de Moreyra et uxori vestre Ousende Symeonis et Martino Pelagii de Moreyra et uxori vestre Orrace Fernandi et Stephano Martini de Algiraz et uxori vestre Marie Johannis et Petro Dominici de Lapa de Lupo et uxori vestre Tarasie Suerii et Petro Dominici de Santar et uxori vestre Marie Martini et Aparitio<sup>296</sup> Martini de Canas et uxori

---

<sup>296</sup> No texto: *Aparatio*.

vestre Dominice Petri et Aparitio Petri de Moreyra et uxori vestre Marie Dominici et Johanni Dominici de Algiraz et uxori vestre Orrace Petri et Laurencio Petri de Carvalal Redondo et uxori vestre Maiori Pelagii et Petro Gunsalvi de Vilar Sicto et uxori vestre Marie Juliani, et Fernando Johannis de Vilar Sicto et uxori vestre Orrace Dominici et Dominico Gunsalvi de Vilar Sicto et uxori vestre Marie Johannis et Roderico Martini de Algiraz et uxori vestre Tode Johannis et Johanni Garsie de Moreyra et uxori vestre Marie Pelagii et Martino Johannis de Monasterio et uxori vestre Melor Fernandi et omnibus vestris successoribus ad forum pro ad semper illud meum regalengum quod vocatur de Algiraz, tali pacto quod<sup>297</sup> vos populetis ipsum regalengum et detis inde michi et omnibus meis successoribus annuatim de pane et de vino et de quanto laboraveritis septimam partem. Et ex quando posueritis pedem de uvis per tres vices, debet inde se tollere maiordomus. Et debetis michi dare in area singulos cestarios de centeno et singulos sestarios de milio pro eyradiga, et unam teeygam de tritico, quilibet vestrum pro fogacia per mensuram directam de Senhorim, et pro festo sancti Michaelis debet dare, quilibet vestrum, duos capones et decem ova de quolibet casali. Et pro festo Natalis domini singulos caraziis de uno palmo in ampio in fundo et de uno couto in cima. Et si porcos non habueritis, debet dare quilibet vestrum tres soldos pro carazir et non plus. Et quilibet vestrum debet esse in quolibet anno per vices maiordomus et jurare in manibus judicis aut tabellionis de terra quod directe et fideliter aparuet et saquet omnes meos directos ibi in ipso loco. Et vos non debetis vendere nec donare nec cambiare nec atestare nec elemosinare nec emplazare nec aliquo alio modo alienare ipsum regalengum, ordini nec militi nec clerico nec prelato nec domine generose nec scutifero nec alicui persone religiose. Sed si illud vel partem illius vendere vel donare volueritis, vendatis illud talibus hominibus qui faciant michi et omnibus meis successoribus annuatim supradictum forum complete. Et mando et deffendo quod riushomo nec prestamarius nec maiordomus non pauset vobis ibi nec filiet vobis condoytum, et quod caballarii de ipsa terra nec de foris nec alii homines non faciant vobis forciam nec malum. In cuius rey testimonium do vobis istam meam cartam. Data Ulixbona, XXII.<sup>a</sup> die Madii, Rege mandante.

Jacobus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XIII.<sup>a</sup>.

---

<sup>297</sup> Repete *quod*, riscado na primeira ocorrência.

[627]

*1275 Maio 26, Lisboa — Carta onde manda que os herdamentos de Rogel (fr. Pera, c. Silves) e Lagoa (fr., c. Lagoa), que havia mandado tomar como reguengos, sejam entregues àqueles que os tinham.*

**Karta per quam dominus Rex mandavit filiare herdamenta de Rogel et de Lagoa in Silve**

Noverint universi presentem cartam inspecturi quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii mandavi filiare in Silve et in suo termino pro meo regalengo herdamenta que sunt in illis locis qui vocantur Rogel et Lagoa secundum quod continetur in carta de foro de Silve. Et *fl. 133* postea mandavi quod filarent pro ad meum regalengum illa herdamenta que sunt in illis locis qui vocantur Nyno et Boena et Argia et quod darent et integrarent illis qui predicta herdamenta de Nyno et de Boena et de Argia habebant et possidebant dictum meum regalengum de Rogel et de Lagona. Et istud fuit factum et completum sicut ego mandavi. Et modo concilium de Silve mandavit michi dicere quod homines quibus data et intregata fuerunt ut supra dicitur dicta herdamenta de Rogel et de Lagona quod non audent ipsa herdamenta laborare nec ibi quicquam facere, pro inde quod jacent in carta de foro de Silve pro meo regalengo. Unde ego retineo pro ad meum regalengum predicta herdamenta de dictis locis qui vocantur Nyno et Boena et Argia. Et mando et concedo quod de cetero dicta herdamenta de Rogel et de Lagoa non sint regalenga et quod homines quibus ipsa herdamenta data fuerunt ut supradicitur et successores sui habeant et possideant ea pro ad semper et non noceat eis illud quod continetur in carta de foro de Silve super ipsis herdamentis de Rogel et de Lagoa. In cuius rei testimonium do eis istam cartam sigillo meo plumbeo sigillatam. Data Ulixbona, XXVI die Madii, Rege mandante.

Jacobus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XIII.<sup>a</sup>.

[628]

*1275 Junho 28, Lisboa — Aforamento de um casal em Vera (fr. Molares, c. Celorico de Basto) a Pedro Lourenço e sua mulher Marinha Anes.*

**Carta de foro casalis de Veera de Molares in termino de Celorico de Basto**

Noverint universi presentem cartam inspecturi quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii, do et concedo vobis Petro Laurencii et uxori vestre Marine Johannis et successoribus vestris ad forum pro ad semper illud meum

casale quod habeo in loco qui dicitur da Veera in parrochia de Molares, in termino de Celorico de Basto, quod vos et successores vestri detis michi et successoribus meis annuatim pro festo sancti Johannis Baptiste pro entrada unum franganum et unam terciam de marabitino et terciam partem de pane de vino et de leguminibus et medietatem de vino et maçanis et de nucibus. Et pro foro pro festo Nathalis domini unam spatulam de porco de duodecim costis, de quali habuerit, et unam teeygam de pane per sestam et unam quartam de vino per quintam et unum almude de castaneis viridis et tres almudes de castaneis siccis et duos capones et viginti ova et unum cabritum, et si habuerit porcam, unum leytonem, et pro Madio unum bragale de panno et quadraginta quinque soldos ad tercias anni, et insuper ipsi et successores sui debent michi dare et meis successoribus annuatim duos marabitinos ad tercias anni et unum caponem et decem ova. Et vos nec successores vestri non debetis ipsum casale vendere nec donare nec testare nec emplazare nec cambiare nec aliquo modo alienare, ordini nec ecclesie nec militi nec scutifero nec domine generose nec clero nec alicui potenti. Sed si eum vendere vel donare volueritis, vendatis vel donetis eum tali homini laboratori qui michi et meis successoribus faciat complete dictum forum. Et si maiordomi exierint de villa, homo qui moratus fuerit in ipso casali debet esse maiordomus in uno anno, et in alio non. In cuius rei testimonium do vobis inde istam meam cartam. Data Ulixbona, XXVIII die Junii, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum et per cancellarium.

Johannes Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XIII.<sup>a</sup>.

[629]

*1275 Julho 1, Lisboa — Aforamento de um casal em Bragada (julgado de Guimarães)<sup>298</sup> a João Martins Centeio e sua mulher Domingas Domingues.*

### **Carta de foro casalis de Bragada de Pumardado**

Noverint universi presentem cartam inspecturi quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii do et concedo vobis Johanni Martini dicto Centeno et uxori vestre Dominice Dominici et successoribus vestris ad forum pro ad semper illud meum casale de Bragada, quod vocatur Pumardada, tali pacto quod vos et successores vestri detis michi et successoribus meis annuatim de ipso casali medietatem de vino et terciam partem de pane, et pro eyradiga debetis dare de vestro quinione unam quartam de vino et unam teeygam de pane, et debetis dare annuatim unum marabitinum, et pro festo sancti Johannis tres soldos pro

---

<sup>298</sup> Cfr. doc. n.<sup>o</sup> 508.

pedida et unam teeygam de tritico pro fogacia et VII.<sup>em</sup> soldos pro manteyga, et pro festo sancti Michaelis quatuor bragalia et duos capones et XX.<sup>ti</sup> ova et unam spadoam et unam teeygam de tritico et unum almude de castaneis et unum almude de vino, et pro Entruydo unum cordarium [*fl. 133v*] album, et pro Pasca pro caseis et pro manteyga tres soldos, et pro leytila tres soldos, et pro servicio duodecim panes blancos et unum alqueyre de vino et unam gallinam, et pro lagaradiga medium alquarii de farina de tritico et unum franganum et V.<sup>e</sup> ova, et debetis dare luytosam quando homo decesserit, et istos foros predictos debetis facere annuatim michi et successoribus meis de predicto casali. Et vos et successores vestri non debetis ipsum nec partem de eo vendere nec donare nec testare nec cambiare nec aliquo modo alienare, ordini nec ecclesie nec militi nec scutifero nec domine generose nec clero nec alicui potenti. Sed si illud vendere vel donare volueritis, vendatis vel donetis tali homini qui michi et successoribus meis complete faciat predictum forum. In cuius rei testimonium dedi inde vobis istam meam cartam. Data Ulixbona, prima die Julii, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum et per cancellarium.

Vincencius Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> Era XIII.<sup>a</sup>.

[630]

*1275 Julho 1, Lisboa — Aforamento de um casal em Bragada (julgado de Guimarães)<sup>299</sup> a Durão Peres e sua mulher Urraca Anes.*

### **Karta de foro casalis de Bragada de casali Plano**

Noverint universi presentem cartam inspecturi quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii do et concedo vobis Durando Petri et uxori vestre Orrace Johannis et successoribus vestris ad forum pro ad semper illud meum casale de Bragada que vocatur Casal de Plano, tali pacto quod vos et successores vestri detis michi et successoribus meis annuatim de ipso casali medietatem de vino et terciam partem de pane et unum marabitinum annuatim, et pro eyradiga debetis dare de vestro quinione unam quartam de vino et unam teeygam de pane, et pro festo sancti Johannis tres soldos pro pedida et unam teeygam de tritico pro fogacia et VII.<sup>em</sup> soldos pro manteyga, et pro festo sancti Michaelis quatuor bragalia et duos capones et XX.<sup>ti</sup> ova et unam spadoam et unam teeygam de tritico et unum almude de castaneis et unum almude de vino, et pro Entruydo unum cordarium album, et pro Pasca pro caseis et pro manteyga tres soldos, et pro leytila tres soldos, et pro servicio duodecim panes brancos et unum alqueire

---

<sup>299</sup> Cfr. doc. n.<sup>o</sup> 508.

de vino et unam gallinam, et pro lagaradiga medium alquarii de farina de tritico et unum franganum et V.<sup>e</sup> ova, et debetis dare luytosam quando homo decesserit, et istos foros predictos debetis facere annuatim michi et successoribus meis de predicto casali. Et non debetis ipsum casale nec partem de eo vendere nec donare nec testare nec cambiare, nec aliquo modo alienare, ordini nec militi nec scutifero nec domine generose nec ecclesie nec clericu alicui potenti. Sed si illud vendere vel donare volueritis, vendatis vel donetis tali homini qui michi et successoribus meis complete faciat predictum forum. In cujus rei testimonium dedi inde vobis istam meam cartam. Data Ulixbona, prima die Julii, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum et per cancellarium.

Vincentius Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XIII.<sup>a</sup>.

[631]

*1275 Julho 5, Lisboa — Carta de feira de Évora.*

### **Carta de feria de Elbora**

Noverint universi presentem cartam inspecturi quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii mando facere feyram in Elbora, et quod incipiatur fieri annuatim pro die sancti Jacobi apostoli in mense Julii et duret per quindecim dies, et omnes illi qui venerint ad ipsam feyram ratione vendendi vel emendi sint securi de yda et de veyda, quod non pignorentur in meo Regno pro aliquo debito ab octo diebus ante quam ipsa feyra incipiatur usque ad triginta dies nisi pro debito quod factum fuerit in ipsa feyra. Et <ut> nullus timeat venire ad ipsam feyram propter hoc, do istam meam cartam meo sigillo sigillatam quam teneant judices de Elbora in testimonium. Et pono tale cautum super hoc quod quicumque malum fecerit hominibus qui venerint ad ipsam feyram, pectet michi sex mille solidos et duplet illud quod filiaverit domino suo. Et omnes illi qui venerint ad ipsam feyram cum suis merchandiis solvant michi meam portaginem et omnia jura mea que de ipsa feyra solvere debuerint. Et homines de foris tam venditores quam comparatores solvant in ipsa feyra meam portaginem et omnia jura mea quod de ipsa feyra solvere debuerint. Data Ulixbona, V.<sup>a</sup> die Julii, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum.

Jacobus Johannisi notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XIII.<sup>a</sup>.

1275 Julho 8, Lisboa — *Carta de foral aos povoadores de Anobra (fr., c. Condeixa-a-Nova).*

[fl. 134] **Carta de foro de palude de Anhovra**

In dei nomine amen. Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii una cum uxore mea Regina donna Beatrice, Illustris Regis Castelle et Legionis filia, et cum filiis et filiabus meis Infantibus donno Dionisio, donno Alfonso, donna Branca, donna Sancia, facio cartam de foro vobis hominibus populatoribus de Anhovra presentibus et futuris. In primo do vobis pro foro ut de pane quem habueritis de palude, detis michi et omnibus successoribus meis quartam partem, et de monte sextam partem, et ante particionem de meo et de vestro unusquisque vestrum det unam taligam tantum in corvariam. Et similiter ex meo et vestro pro unoquoque modio V alqueires in alquier et duos de cevada. Et unusquisque habitator ville qui in terminis ejus laboraverit pro uno jugo boum det in eyradigam I quarteirum milii, et si duo vel tria vel quatuor vel plura juga habuerit, non plus det in eyradigam quam pro uno jugo boum. Sed si alii extranei in terminis ipsius ville laboraverint ita quod habitatoribus placeat, det duos quarteiros<sup>300</sup> milii in eyradigam. De vino vero statuo ut postquam vinee quinque annos habuerint, dent michi et omnibus meis successoribus octavam partem vini et licenciam habeant vendendi vel donandi vineas quibuslibet qui michi et meis successoribus predictum forum inde faciant. Qui vero ibi duos domos habuerint et ex inde ut in alio loco moretur recesserit, potestatem habeat vendendi unam tantum, et aliam michi reliquat, et si unam tantum habuerit medietatem vendat, et medietatem michi relinquat. Et qui molendinum ibi habuerit, quartam partem de lucro et de tota utilitate quam deus ibi dederit, michi et successoribus meis pro foro inde reddat, et potestatem habeat vendendi vel donandi cuiilibet qui faciat supradictum forum. De arale vero ville qui circundatus vallo fuerit vel sepe in quo seminatum fuerit ordeum vel fabe aut linum vel cepe aut allia vel cetera legumina nichil inde detur, set sit vestrum proprium. De lino vero de palude dent mcihi et omnibus successoribus meis quintam partem et unum manipulum in cornaria et alium de eyradiga communiter, pro quibus accipiat laborator alios duos. Et de leguminibus de paludis quartam partem. Et de homicidio et rauxo et merda in boca LX soldos minus terciam. Et minores culpas inter se emendent et nichil dent. Et si aliquis homo feminam alterius ville rapuerit que virum non habuerit,

---

<sup>300</sup> Segue-se *de* sopontado.

recipient illum, et inimicos suos de villa pulsent, et vir suam mulierem honorificet sicut mos est. Et si homo istius ville contra hominem alterius partis erraverit, non faciat ei judicium, nisi in sua villa. Et si emendare noluerit culpam, tunc habeat intentor potestatem pignorandi, sed non pignoret nisi abscondito. Et si aliquis viderit eum et voces dederit super eum et pignus leyxare noluerit, tu[n]c pectet pignorator LX soldos. De equo et de equa et de alia bestia et omni ganato, nullum dent forum, neque de montaria. Et si ibi aliquod venatum mortuum fuerit postquam homines extranei cucurrerint habitatores ville accipient medium et cursores medium. De piscatione autem nichil dent. Si aliquis homo figarus venerit ante inimicos suos, recipient eum et ad rectum judicium teneant illum. Et collecta et alie res que hic non sunt scripte, utentur sicut in Peraria sunt usate. Et vos non debetis vendere nec donare nec atestare nec helemosinare nec cambiare nec emplazare, nec alienare modo aliquo, hereditates nec possessiones alias de ipso loco, ordini nec prelato nec militi nec scutifero nec domine generose nec alicui persone religiose. Sed si eas volueritis vendere vel donare vendatis vel donetis eas talibus hominibus qui faciant michi et omnibus meis successoribus predictum forum completum. In cuius rei testimonium do vobis istam cartam. Data Ulixbona, VIII.<sup>a</sup> die Julii, Rege mandante.

Jacobus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XIII.<sup>a</sup>.

[633]

*1275 Agosto 25, Lisboa — Aforamento de um casal em Mafômedes (fr. Sever, c. Santa Marta de Penaguião) a Gonçalo Martins e sua mulher Maria Anes.*

### **Carta de foro casalis de Maffomades**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii do et concedo vobis Geraldo Martini et uxori vestre Marie Johannis et successoribus vestris unum meum casale quod est in loco qui dicitur Mafomades ad forum pro ad semper, tali pacto quod vos et omnes successores vestri detis inde michi et successoribus meis annuatim quartam partem de pane de arroto, et de pro arromper sextam partem, et de vinea facta debetis dare medietatem, et de illa quam feceritis debetis dare sextam partem et terciam partem de lino, et pro prima die Madii debetis dare unum bragal de septem varis vel unam quartam de marabitino, et pro die sancti Michaelis alium bragal de septem varis vel unam quartam de marabitino et unam spadoam de duodecim costis et unam teeygam de tritico et<sup>301</sup> unum cabritum pro sancto Stephano et duos

---

<sup>301</sup> Segue-se um *u* sopontado.

franganos et decem ova et de promissa tres soldos et de pedida unum solidum et pro almeytega de lino unam teeygam de tritico et unam gallinam vel almeitegam. Et debetis vocare meum maiordomum ad aream et ad lagar et ponere vobis pedem de uvis per tres vices sine ullo scandalo, et debetis gardare ganatum et gardare pradum<sup>302</sup>, et debetis dare unum quarteyrum de castaneis siccis, et de eyradiga unum quartarium de pane et unum puçal de vino et VI soldos pro vita de mense, et debetis dare almeytegam de pane, et non debetis dare portaginem. Et istos foros predictos debetis facere annuatim michi et successoribus meis vos et successores vestri, et non magis, salvo hoste et anuduva. Et non debetis ipsum casale nec partem de eo vendere nec donare nec cambiare nec elemosinare nec alio modo alienare, ordini nec militi nec clero nec scutifero nec domine generose nec alicui potenti. Sed si illud vendere vel donare volueritis, vendatis vel donetis tali homini qui michi et successoribus meis complete [fl. 134v] faciat predictum forum. In cuius rei testimonium dedi inde vobis istam meam cartam. Data Ulixbona, XXV.<sup>a</sup> die Agusti, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum et per Alfonsum Suerii superjudicem.

Vincentius Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XIII.<sup>a</sup>.

[634]

*1275 Agosto 25, Lisboa — Aforamento de um casal em Mondrões (fr., c. Vila Real) a Gonçalo Peres e sua mulher Estevainha Domingues.*

### **Karta de foro casalis de Mondroes ubi dicitur Lombada**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii do et concedo vobis Gunsalvo Petri et uxori vestre Stephanie Dominici et successoribus vestris unum meum casale quod est in termino de Mondrones in loco qui dicitur Lonbada, ad forum pro ad semper, tali pacto quod vos et omnes successores vestri detis inde michi et successoribus meis quartam partem de pane de arroto, et de pro arromper sextam partem, et sextam partem de vino de vinea quam feceritis, et terciam partem de lino, et pro prima die Madii unum bragal de septem varis, vel unam quartam de marabitino, et pro sancto Stephano unam spadoam de duodecim costis et unam teeygam de tritico et unum cabritum et duos frangaos et decem ova et de promissa IIII soldos, et de pedida tres soldos, et pro almeytiga de lino unam teeygam de tritico et unam gallinam vel almeitigam, et debetis vocare meum maiordomum ad aream et ad lagar, et ponere vobis pedem de uvis per tres vices, sine ullo scandalo, et debetis gardare ganatum de foro et facere focariam judici quando

---

<sup>302</sup> Corrigido de *pedum*, sopontando o *e* e sobrepondo-lhe, na entrelinha, um *a*.

venerit facere concilium. Et non debetis dare portaginem et istos foros predictos debetis facere annuatim michi et successoribus meis vos et successores vestri, et non magis, salvo hoste et anuduva. Et non debetis ipsum casale nec partem de eo vendere nec donare nec cambiare nec elemosinare nec alio modo alienare, ordini nec militi nec clero nec scutifero nec domine generose nec alicui potenti. Sed si illud vendere vel donare volueritis, vendatis vel donetis tali homini qui michi et successoribus meis faciat complete predictum forum. In cuius rei testimonium do inde vobis istam meam cartam. Data Ulixbona, XXV die Agusti, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum et per Alfonsum Suerii superjudicem.

Vincentius Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XIII.<sup>a</sup>.

[635]

*1275 Agosto 29, Lisboa — Carta ao almoxarife e ao escrivão de Santarém, mandando entregar a igreja de Monte Córdova (c. Santo Tirso) ao mosteiro de Celanova, como constava de uma carta de composição feita entre D. Sancho II e aquele mosteiro.*

#### **Carta monasterii Cellenove super ecclesia de Monte Corduba**

Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii, vobis Petro Forti meo almoxariffo et meo scribano Vimaranis, salutem. Sciatis quod abbas et conventus Cellenove mandaverunt michi monstrare unam cartam compositionis que fuit olim facta inter Regem donnum Sancium fratrem meum et abbatem et conventum Cellenove super ecclesia de Monte de Corduba et super castro de Leboreyra cuius carte tenor talis est:

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Noverint universi presentem paginam inspecturi quod cum ab abbatte et conventu monasterii Cellenove nomine ejusdem monasterii donno Sancio secundo illustri Regi Portugalie coram nobis, Petro electo, Johanni decano et Petro archidiacono Zamorense, a sede apostolica judicibus delegatis fuisse mota questio super ecclesia de Monte Corduba sita in diocese Portugalense et super Castro de Leborario quod est in diocese Tudense et hinc inde esset multiplicititer disceptatus, tandem talis compositio auctoritate nostra ac providencia amicabilis intervenit, ut dictum monasterium habeat prenominatam ecclesiam cum omnibus pertinenciis suis, cum possessionibus, videlicet et cum omnibus cautis et terris cultis et incultis quas habet vel habere debet. Jus et patronatus quod in eadem ecclesia Rex habebat vel contendebat habere, persistat plene ac libere penes monasterium sepdictum, ita quod ipsa ecclesia remaneat apud ipsum monasterium libera et immunis. Item predicti abbas et conventus cedunt liti quam movebant adversus eumdem dominum Regem

Portugalie super Castro de Leborario et pertinenciis suis quod quidem eos habere erat sibi non solum in utile sed eciam honerosum, abrenunciantes omni juri quod habent vel habere debent vel contendunt se habere nomine dicti monasterii in eodem castro ac ejus pertinenciis. Salvo jure dicti monasterii quod habet in possessionibus infra terminos predicti castri constitutis, ita quod nec ipsi nec venturi post ipsos moveant de cetero domino Regi aut ipsius successoribus super predicto castro aliquatenus questionem. Abrenunciant eciam omnibus litteris apostolicis aut aliis undecumque contra dominum Regem super jam dicto castro aut ejus pertinenciis inpetratis vel inpetrandis. Conveniunt etiam se nunquam se inpetraturos vel inpetratis vel inpetrandis usuros. Item abrenunciant omnibus cartis et instrumentis si que sunt que prestant aminiculum aut judicent predictum Castrum de Leborario per se aut cum suis pertinenciis ad jus vel ad proprietatem monasterii Cellenove pertinere. Ita quod si qua instrumenta aut aliquod aliud post hoc inveniatur aut appareat quod dictum monasterium super predicto castro aut ejus pertinenciis possit juvare, id sit nullum ac irritum ipso jure, propter que idem dominus Rex remittit et cedit ipsis viginti marabitinos veteres, qui ei ab eadem ecclesia de Monte Corduba nomine collecte annis singulis solvebantur. Possessiones et quas habet dicta ecclesia de Monte Corduba, intra cauta et extra, reddat dominus Rex pro se et successoribus suis, ab omni jure regali perpetuis temporibus absolutas. Ego Sancius secundus Rex Portugalie huic compositioni assensum presto. Nos Petrus abbas Cellenove et conventus ejusdem huic compositioni assensum prestamus. In cuius rei testimonium nos predicti Rex et judices, abbas et conventus, sigillis nostris presentem cartam fecimus communiri. Acta sunt hec apud Zemoram, Era M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> LXX VIII, pridie Kalendas Marcii.

Et supradicti abbas et conventus mandaverunt michi petere pro gratia et mercede et directo quod ego debebam facere, quod ego mandarem eis dictam ecclesiam integrare cum omnibus juribus et pertinenciis suis. Et ego mandavi curie *[fl. 135]* mee quod viderent dictam cartam compositionis et facerent ibi illud quod pro bono et pro directo viderent, et curia mea visa dicta carta, et diligenter inspecti, et habito consilio super illa, invenerunt quod secundum dictam cartam compositionis dicta ecclesia de Monte Corduba cum omnibus juribus et pertinenciis suis erat libera atque quite, monasterii supradicti, et judicaverunt eam eidem monasterio pro sua pro ut in dicta carta compositionis plenus continetur, et mandaverunt quod ego mandarem eis intregare ecclesiam supradictam cum omnibus juribus et pertinenciis suis. Et ego concessi et concedo judicatum seu mandatum supradictum et mando vobis quod vos intreguetis ipsis abbati et conventui Cellenove vel illis qui pro eis<sup>303</sup> monstraverunt istam cartam, supradictam ecclesiam de Monte Corduba cum omnibus juribus et pertinenciis suis, et cum quanto eis ibi per meum mandatum tenetis filiatum, et stent in pace de cetero cum eadem. Unde aliter non faciatis. Et mando quod dicti abbas et

---

<sup>303</sup> Segue-se *mandav* sopontado.

conventus teneant istam cartam in testimonium. Data Ulixbona, IIII Kalendas Septembris, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum et per donnum Alfonsum Lupi et per donnum Didacum Lupi et per donnum Martinum Egidii et per donnum Alfonsum Petri Farina et per donnum Martinum Johannis de Vinali et Johannem Suerii Conelium et per Fernandum Fernandi Cogominum et per Petrum Alfonsi de Zamora et per Dominicum Johannis Jardum clericum suum.

211

Jacobus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XIII.<sup>a</sup>.

[636]

*1275 Setembro 12, Lisboa — Carta ao concelho de Caminha sobre os direitos a entregar ao Rei.*

**Carta qualiter dominus Rex mandat fieri super directis de Camaya solvendis**

Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii vobis judici et concilio de Camayna, salutem. Vos bene scitis quod donnus Alfonsus Lupi qui de me tenet ipsam terram fecit vos citari perante me super eo quod dicebat quod vos non dabatis ei rendam nec meos directos de ipsa terra, ut debebatis. Et vos misistis perante me Petrum Martini clericum pro vestro procuratore sufficiente, et ipse posuit mecum perante meam curiam quod vos pro omnibus vocibus et calumpniis et foris et directuris de meis regalengis de ipsa terra et pro portagine et fossadariis et luytosis et defensis et aliis meis directis de ipsa terra, excepto exercitu ad quem ire debetis, quod detis michi annuatim ad tercias anni ducentos marabitinos quales currerint in Ponte de Limia. Et quando ille qui de me tenuerit ipsam terram ibi iverit et condoytum filiare voluerit, filiet illud in isto modo, scilicet vaccam pro tribus marabitinis, et quinque carnarios pro duobus marabitinis, et ansser pro uno soldo, et cabritum pro uno soldo, et gallinam pro tribus denariis, et vinum et cevatham et alias res per apreciamentum judicis et bonorum hominum et clerici de ipsa terra, sed non debet ibi illud filiare nisi una vice in anno. Et ille qui ipsam terram tenuerit, debet vobis pagare pro dictis rebus tales marabitinos quales vos michi vel ille qui de me tenuerit ipsam terram dederitis de predicta renda. Et istud quos supradictum est, debet esse dum michi placuerit. Et quando predictum condoytum filiare debuerit, ille qui terram tenuerit, filietur per unum hominem suum et per alium hominem de concilio. In cuius rei testimonium do vobis istam cartam. Data Ulixbona, XII.<sup>a</sup> die Septembris, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum.

Jacobus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XIII.<sup>a</sup>.

*1275 Dezembro 22, Lisboa — Aforamento do reguengo de Arnadelo (fr. Torgueda, c. Vila Real) a vários foreiros.*

212

### **Carta de foro regalengi de Arnadelo**

Noverint universi quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii una cum uxore mea Regina donna Beatrice, Illustris Regis Castelle et Legionis filia, et filiis et filiabus nostris Infantibus donno Dionisio, donno Alfonso, donna Blanca et donna Sancia, do et concedo vobis Petro Egee et Menendo Egee et Fernando Laurencii et uxoribus vestris, et Alfonso Dominici et Martino Gomecii et Martino Gonsalvi et omnibus successoribus vestris meum regalengum de Arnadelo pro ad semper sicut dividit per aquam de Bandonya, et inde per aquam de Campaa et inde sicut dividit cum termino de Pumarelhos, et inde sicut dividit cum termino de Tuysendi et de Paradela, quantum regalengum ego ibi habeo et de jure debeo habere infra istos terminos, tali pacto et conditione quod vos detis inde michi et omnibus successoribus meis annuatim ad tercias anni triginta marabitinos veteres, scilicet primam terciam pro prima die Marcii et aliam terciam pro prima die Julii et aliam terciam pro prima die Novembris et non magis. Et si vos populatores vel successores vestri michi vel cui ego mandavero predictos denarios ad predictos terminos non dederitis debetis eos ex tunc dare michi vel cui ego mandavero cum uno marabitino cotidie de pena. Et meus ricushomo nec prestamarius non pauset vobis in ipsa terra de Arnadelo nec in suo termino nec filiare inde vobis aliquid per forciam. In cuius rei testimonium dedi inde vobis istam meam cartam. Data Ulixbona, XXII.<sup>a</sup> die Decembris, Rege mandante per suam curiam.

Petrus Palagii notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XIII.<sup>a</sup>.

*1275 Dezembro 22, Lisboa — Aforamento de um casal em Safões (c. Resende) a Pedro Fernandes e Pedro Peres e respectivas mulheres.*

### **Carta de foro casalis de Çaphanos**

Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii, universis presentem cartam inspecturis, notum facio quod ego do et concedo vobis Petro Fernandi et Petro Petri et uxoribus vestris et omnibus vestris successoribus illud meum casale cum suis pertinenciis quod ego habeo in Çaphanos, tali pacto et conditione quod vos detis inde michi et omnibus successoribus meis annuatim octo marabitinos veteres ad tercias anni, scilicet primam terciam pro prima die Marcii et aliam

terciam pro prima die Julii et aliam terciam pro prima die Novembris, et non magis. Et si vos vel successores vestri michi vel cui ego mandavero predictos denarios ad predictos terminos non dederitis, debetis eos ex tunc dare michi vel cui ego mandavero cum uno marabitino cotidie de pena. Et meus riqushomo nec prestamarius non pauset vobis in ipso casali, nec *[fl. 135v]* filiet vobis inde aliquid per forciam. Et vos et successores vestri habeatis dictum casale cum suis pertinenciis firmiter in perpetuum et faciatis inde michi et omnibus successoribus meis supradictum forum. In cujus rei testimonium dedi inde vobis istam cartam meam. Data Ulixbona, XXII.<sup>a</sup> die Decembris, Rege mandante per suam curiam.

Petrus Pelagii notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XIII.<sup>a</sup>.

[639]

*1276 Janeiro 15, Lisboa — Foral de Monsaraz, segundo o modelo de Beja.*

### **Karta de foro de Montesaraz**

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii motus spiratione divina una cum uxore mea Regina donna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia et filiis et filiabus nostris Infantibus donno Dionisio donno Alfonso donna Blanca et donna Sancia, villam de Montesaraz populavi et eam reddidi cultui christiano. Ut retentis in ea michi meis regalengis vobis eam meis hominibus et vassallis et alumpnis ad habitandum jure hereditario tribui cum omnibus suis terminis et pertinenciis sicut dividit cum Portel per penam que vocatur de Avanco que stat apud Udianam et ipsa pena est marcus, et de ipso marco quomodo vadit per cumen ad infestum ad carrariam que vadit de Cabanis pro ad Mouram apud Musgos, ad unum marcum qui stat apud ipsam carrariam, et de ipso marco quomodo atraversat ipsam carrariam, et vadit ad ribeyrum qui vocatur de Azambugial, et de ipso ribeyro sicut vadit intrare in Udigebe, et ipsa foz de ipso ribeyro stat pro marco et de ipso marco quo vadit per Udigebe ad infestum ad fontem de aqua que vocatur de Seyxo, et ipsa foz est marcus. Et de isto loco sicut incipit dividere cum Evora, quomodo vadit ipsa aqua ad infestum per Fraguil et vadit ad unum vallem de manu dextra, et stat ibi alias marcas, et de ipso marco quomodo vadit ad infestum ad carrariam que vadit de Evora per apud de mouta que vocatur de Petro Oliva, et apud ipsam carrariam stat unus marcus de uno steo de petra lios, et de ipso marco quomodo atraversat ipsam carrariam et supradictam moutam, et vadit ad quasdam antas de una arca de tempore antiquo, et ipsa arca stat pro marco, et de ipso marco quomodo vadit ad infestum ad unum marcum qui stat apud de Ferrariis Veliis, et ipse ferrarie ficant de sinistro in termino de Evora, et de ipso marco quomodo vadit ad infestum ad

alium marcum qui stat in uno plano apud de aqua que dicitur de Petro Oliva et ipsa aqua fiquat de dextra, in termino de Monsaraz et de ipso marco, quomodo vadit ad infesto, ad finem de una cabeça matagosa magis propinqua que stat apud de cabeça que vocatur de Almagra, et stat ibi unus marcus, et ipsa cabeça de Almagra ficat de sinistro in termino de Evora, et de ipso marco quomodo descendit per unum cumen pro ad carrariam que vadit de Evora pro ad Monsaraz et stat ibi unus marcus apud ipsam carrariam, et de ipso marco quomodo atravessat ipsam carrariam et vadit ad unam cabeçam magis propinqua de ipsa carraria, et stat ibi unus marcus, et de ipso marco, quomodo vadit ad aliam cabeçam de cimaliis de Mouta Longa et stat ibi alius marcus, et de ipso marco quomodo vadit ad aliam cabeçam que stat intrante ad planum de Valle de Ficaria, et stat ibi marcus in ipsa cabeça, et de ipso marco quomodo atravessat ipsum Vallem de Ficaria, et vadit ad rostrum de cabeça que dicitur Cabeça Travessa, et ipsum rostrum stat pro marco, et ipsa cabeça ficat de dextro, in termino de Monsaraz, et de ipso marco quomodo vadit directe ad Penam de Gaviota, et ipsa pena stat pro marco, et de ipso marco quomodo vadit ad cabeçam que dicitur de Çiadis, et stat ibi unus marcus, et de ipso marco, quomodo vadit directe ad cabeçam que dicitur de Rodondo, et de ipso marco, quomodo dividit cum Evoramonte, et deinde quomodo dividit cum Terena per marcos, qui sunt scripti in privilegio donationis quam inde judices et concilium de Evora fecerunt donno Egidio Martini incipiendo in primo marco, deinde quomodo vadit per marcos qui ibi sunt ad fontem de Azovel, ubi intrat in Udiana et de ipsa foce, quomodo vadit per venam de Udiana ad penam de Avanco ubi prius incipiunt dividi termini de Portel. Et ideo placuit michi libenti animo et spontanea voluntate dare et concedere vobis tam presentis quam futuris ibidem permansuris forum de Begia quod a me peciistis per quod forum regalia jura inferius plenarie scripta michi et generi meo a vobis et a vestris successoribus persolvantur, per quod de forum quito vobis jugadas, quas michi dant in Santarena. Et quito vobis illud forum quod faciunt michi in Sanctarena de vino carretato de foris in relego quod nichil inde detis. Et quito vobis et mando quod vicinus de Montesaraz non det portagium in meo Regno. Mando eciam et quito quod almocreves de Montesaraz non faciant michi carreyram quam consueverunt michi facere almocreves de Sanctarena. Quito et mando quod vicinus de Montesaraz non det montadum. Et istas causas quito vobis de gratia in perpetuum et successoribus vestris quod vos nec ipsi inde detis nec faciatis michi neque successoribus meis. Do itaque vobis pro foro ut qui publice coram bonis hominibus casam violenter cum armis ruperit, pectet quingentos soldos et hoc sit sine vozeyro. Et si infra domum ruptor occisus fuerit, occisor vel dominus domus pectet unum marabitinum. Et si ibi vulneratus fuerit pectet pro eo medium marabitinum. Similiter pro homicidio et rauso publice facto, pectet quingentos soldos. Pro merda

in boca, sexaginta soldos, pectet testimonio bonorum hominum, furtum cognitum testimonio bonorum hominum, novies componatur. Qui relegum vini Regis ruperit et in relego suum vinum vendiderit et inventum fuerit testimonio bonorum hominum, primo pectet quinque soldos, et secundo quinque soldos. Et si tercia inventum fuerit iterum testimonio bonorum hominum vinum totum effundatur et arcus cuparum incidentur. *fl.136/* Et relegum accipiatur annuatim prima die Januarii. Et habitatores de Montesaraz habeant libere tendas, fornos panis scilicet et ollarium. Et de fornis de tegula dent decimam. Qui extra caustum hominem occiderit, pectet sexaginta soldos. Et qui vulneraverit hominem extra caustum, pectet triginta soldos. Qui in platea aliquem armis vulneraverit pectet medietatem homicidii. Qui arma per iram denudaverit vel a domo ea extraxerit per iram et non percusserit, pectet sexaginta soldos. Et homines de Montesaraz habeant hereditates suas populatas, et illi qui in eis habitaverint pectent pro homicidio et rausso noto et merda in boca pectet sexaginta soldos medietatem scilicet Regi et medietatem domino hereditatis, et eant in apelidum Regis et nullum aliud forum faciant Regi. Et almotaçaria sit de concilio et mittantur almotaçees per pretorem et concilium ville. Et dent de foro de vaca, unum denarium. Et de zevra unum denarium. Et de cervo unum denarium et de bestia de piscato unum denarium. Et de judicato similiter. Et de alcavala tres denarios, et de cervo et de zevro et de vaca et de porco et de carneyro unum denarium. Piscatores dent decimam. De equo vel de mulo vel de mula que vendiderint vel emerint homines de fora, a decem marabitinis et supra dent unum marabitinum, et a decem marabitinis et infra dent medium marabitinum. Et de equa vendita vel comparata dent duos soldos et de bove duos soldos et de vaca unum soldum. Et de asina similiter unum soldum. De mauro et de maura medium marabitinum. De porco vel carnario duos soldos. De caprone et de capra unum denarium. Et de carrega de azeyte vel de coriis boum vel zevrorum vel cervorum dent medium marabitinum. De carrega de cera medium marabitinum. De carrega de anil vel de pannis vel de pellibus coniliorum vel de coriis vermelii vel albis vel de pipere vel de grana unum marabitinum, de bragale duos denarios, de vestitu de pellibus tres denarios. De lino vel de alliis vel de cepis decimam. De piscato de fora decimam. De concas vel de vasis ligneis decimam, et pro omnibus hiis carregis quas vendiderint homines de fora et portagium dederint, si alias proprias emerint non dent portagium ex eis. De carrega panis vel salis quam vendiderint vel emerint homines de fora de bestia cavalari vel mulari dent tres denarios. De asinari tres medalias. De carrega de piscato quam inde levaverint homines de fora dent sex denarios. Balistarii habeant forum militum. Mulier militis que viduaverit habeat honorem militis usque nubat, et si nupserit pediti faciat forum peditis. Miles qui senuerit vel debilitaverit quod exercitum facere non possit, stet in honore suo. Si autem mulier militis viduata talem filium

habuerit qui cum ea in domo contineatur et cavalariam facere potuerit, faciat eam pro matre. Miles vero qui equum suum aut bestias suas ad almocravariam miserit nullum forum de almocravaria faciat. Coniliarius qui fuerit ad sogeriam et illuc manserit det unum follem conilii. Et qui illuc moratus fuerit octo diebus vel amplius, det unum conelium cum pelle sua. Et coniliarius de fora det decimam quociens venerit. Moratores de Montesaraz qui panem suum vel vinum vel ficus vel oleum in Elbora vel in Monte Maiori habuerit vel in aliis locis et ad Montemsaraz illud ad opus sui duxerit non det portagium inde. Qui cum aliquo rixaverit et post rixam domum suam intraverit et ibi mito consilio acceperit fustum vel porrinam et eum percusserit pectet triginta soldos. Si autem inconsulte et casu accidente percusserit, nichil pectet. Inimicus de fora non intret in villam super inimicum suum nisi per treugas aut per directo illi dare. Si equus alicujus aliquem occiderit, dominus equi pectet aut equum aut homicidium quod horum domino equi placuerit. Et clericus habeat forum militis per totum et si cum muliere inventus turpiter fuerit, maiordomus non mittat manum in eum nec eum aliquo modo capiat, sed mulierem capiat si voluerit. De maderia que venerit per flumen unde dabant octavam, dent decimam. De atalaya de villa debet Rex tenere medietatem, et milites medietatem suis corporibus. Militem de Montesaraz cui meus dives homo benefecerit de sua terra vel habere suo per quod eum habeat, ego recipiam eum meo diviti homini in numero suorum militum. Maiordomus vel sagio ejus non eant ad domum militis sine portario pretoris. Et meus nobilis homo qui Montesaraz de me tenuerit non mittat ibi pretorem alium nisi de Montesaraz. De casis quas mei nobiles homines aut freyres aut hospitalarii aut monasteria in Montesaraz habuerint, faciant forum ville sicut ceteri milites de Montesaraz. Ganatum perditicium quod maiordomus invenerit teneat illos usque ad tres menses et per singulos menses, faciat de eo preconem dari ut si dominus ejus venerit detur ei. Si autem dominus ejus dato precone usque ad tres menses non venerit tunc maiordomus faciat de eo comodum suum. De cavalgada pretoris nichil accipiat pretor pervim, nisi quod ei milites amore suo dare voluerint. De cavalgada sexaginta militum et supra dividant mecum in campo. Faber aut zapatarius aut pellitarius qui in Montesaraz casam habuerit et in domo sua laboraverit non det de ea ullum forum. Et qui maurum fabrum vel zapatarium habuerit et in domo sua laboraverit non det pro eo forum. Qui autem ministeriales ferrarii aut çapatarii fuerint et per officium suum istud vixerint et casas non habuerint veniant ad tendas meas et faciant michi meum forum. Et pedites quibus suum habere dare debuerint, dent inde suam decimam maiordomo. Et maiordomus det eis directum pro decima, et si pro decima eis dare directum noluerit, tunc pretor faciat eis *[f.136v]* directum dari per portarium suum. Et homines qui habitaverint in hereditatibus de Montesaraz si furtum fecerint ut supradictum est componatur medietatem Regi et

mediatatem domino hereditatis. Moratores de Montesaraz non dent luytosam. Adaliles de Montesaraz non dent quintam de quinonibus<sup>304</sup> suorum corporum. Milites de Montesaraz non teneant zagan et teneant deanteyram in exercitu Regis. Panetarie dent pro foro de triginta panibus unum. Portagia vero et forum et quinte sarracenorum et aliorum ita persolvantur sicut est consuetudo, exceptis hiis que superius scripta sunt, et vobis relinquo. Et pro alcaydaria de una bestia que venerit de fora cum piscato dent duos denarios, et de barca de piscato minuto duos denarios. Et de toto alio piscato dent suum forum. Hec itaque per omnia scripta vobis pro foro dono et concedo, et ad hec eat maiordomus testimonio bonorum hominum et non ad alia. Milites de Montesaraz testificantur cum infacionibus de Portugali. Qui eciam calcaribus percusserit aliquem et testimonio bonorum hominum convictus fuerit, pectet quingentos soldos. De navigio vero mando ut pretor et duo spadelarii et duo pronarii et unus pitinal habeant forum militum. Preterea do vobis et concedo ut almotazarium habeatis et eam pro voluntate vestra disponatis. Mando eciam ut nec meus pretor ville nec maiordomus nec alvaziles nec aliquis aliis audeant afforciare ullum hominem de Montesaraz vel de fora de suo pane neque de suo piscato neque de suo vino neque de suis carnibus neque de aliis rebus suis. Ad huc mando quod mei maiordomi non vadant extra villam apprehendere homines neque roubare neque aforciare, sed si fecerint calumpnias, faciant eos vocari per portarium pretoris coram pretore et alvazilibus et sanent eis sicut pretor et alvaziles mandaverint. Et concilium cambiet suos alvaziles annuatim. Mando preterea ut pater non pectet calumpniam pro filio suo, sed filius pectet illam si eam fecerit. Et <si> non habuerit per quod sanet eam, per suum corpus sanet illam. Mando etiam de mauris et de judeis percussis ut veniant se conqueri pretori et alvazilibus sicut fuit consuetudo tempore patris mei. Ad huc mando ut maiordomi non pignorent ullum hominem de Montesaraz donec vocent eum ad concilium coram pretore et alvazilibus. Addo ad huc amore vestro ut quis pignoraverit sine meo maiordomo aut sine sagione suo aut sine portario pretoris, pectet tantum pro quanto pignoraverit et non plus. Si quis igitur hoc factum meum vobis firmiter observaverit, benedictionibus dei et mei repleatur. Qui vero illud frangere voluerit, maledicionem dei et mei consequatur. Et quia in carta quam populatoribus de Montesaraz dederam de foro supradicto, non continebantur termini supradicti, ideo mandavi ipsum forum in hac presenti carta describere et ibi ponere terminos supradictos. Et ego predictus Rex una cum uxore mea Regina donna Beatrice et filiis et filiabus meis Infantibus donno Dionisio et donno Alfonso donna Blanca et donna Sancia, presentem cartam quam jussi fieri roboro et confirmo. Data Ulixbona, XV die Januarii. Rege mandante. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XIII.<sup>a</sup>.

---

<sup>304</sup> Segue-se *suis* sopontado.

Donnus Gonsalvus Garsie alferaz tenens Neviam confirmat, donnus Johannes de Avoyno maiordomus tenens terram de Ultra Tagum confirmat, donnus Alfonsus Lupi tenens Ripam Minii confirmat, donnus Didacus Lupi tenens Lamecum confirmat, donnus Martinus Alfonsi tenens Chaves confirmat, donnus Martinus Egidii tenens Elvas confirmat, donnus Petrus Johannis de Portel tenens Leyrenam confirmat, donnus Petrus Johannis tenens Trasserram confirmat, donnus Petrus Poncii confirmat, donnus Nunus Martini meyrinus maior confirmat.

Donnus Ordonius archiepiscopus Bracarensis confirmat, donnus Vincencius episcopus Portugalensis confirmat, donnus Gonsalvus episcopus Lamecensis confirmat, donnus Valascus episcopus Egitaliensis confirmat, ecclesia Colimbriensis vacat, donnus Matheus episcopus Ulixbonensis confirmat, donnus Durandus episcopus Elborensis confirmat, frater Bartholomeus episcopus Silvensis confirmat.

Donnus Alfonsus Petri Farina, Fernandus Fernandi Cogomino, Johannes Suerii Conelius, de consilio domini Regis, Alfonsus Suerii, Rodericus Menendi, Rodericus Gomecii, superjudices. Petrus Johannis repositarius maior.

Donnus Stephanus Johannis cancellarius confirmat, Jacobus Johannis notuit.

[640]

*1276 Março 3, Lisboa — Mandato para que se proceda à demarcação dos termos de Montemor-o-Velho, Soure e Ega, sobre os quais havia contenda entre o Rei e a Ordem do Templo, dando cumprimento a uma sentença proferida pela corte.*

### **Carta judicii dati super terminis de Monte Maiori Veteri et de Sauri et de Ega**

Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii, universis presentem cartam inspecturis notum facio quod cum curia mea contra magistrum et fratres Templarios de Regno meo daret sentenciam quod termini de inter Montem Maiorem Veterem et Egam et Sauri dividantur per illa loca que continentur in una mea carta de judicio, cuius tenor talis est:

“Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii, universis presentem cartam inspecturis notum facio quod cum causa esset inter me ex una parte, et magistrum et fratres ordinis de Templi de meo Regno ex altera super terminis de inter Montem Maiorem Veterem ex una parte, et de Sauri et de Ega ex alia, ego dixi quod magister et fratres tenebant unam peciam de terminis Montis Maioris Veteris et ipsi dixerunt quod non. Et de voluntate mea et eorum fuit positum inter eos quod Rodericus Gomecii pro me et frater Pelagius de ordine supradicto et abbas Alcobacie de comuni in quo ambe partes advenimus, irent

ad predictos terminos et visis privilegiis que ordo habebat super dictis terminis quelibet pars adduceret suos testes coram inquisitoribus supradictis, ad probandum per que loca dividebantur termini supradicti et quod supradicti inquisitores reciperent ab eisdem testibus conjuratis ad sancta dei evangelia super hoc veritatem. Qui testes producti fuerunt coram *fl. 137* inquisitoribus supradictis et in termino prefixo partibus ipse partes coram mea curia comparuerunt et de beneplacito partium dicta curia attestations dictorum testium aperierunt et super eis diligentis habita examinatione a predicta curia ut est consuetudine ipsius curie sentencia dilata fuit, quia curia fuit pluribus aliis negotiis impedita. Elapsu temporis ad instanciam mei procuratoris dicta curia mea fecit magistrum et fratres ordinis de Templo citari ad sentenciam audiendam super terminis supradictis, qui magister et fratres in termino sibi prefixo coram mea curia comparentes audire sentenciam noluerunt et contumaciter recesserunt. Instante vero et petente dicto meo procuratore dictos Templarios contumaces, mea curia judicavit et visis et diligenter intellectis atestationibus supradictis et eis que ad divisionem predictorum terminorum faciebant, mea curia judicando diffinivit divisionem predictorum terminorum esse debere per portum d'Ayras qui portus stat directo de Campo Astroso qui portus est magis achegatus ad Egam et per fontem de Mouri, qui fons est magis achegatus ad Sourii. Et hanc divisionem mandavit dicta mea curia per dicta loca perpetuo observari. In cuius rei testimonium curia mea mandavit inde hanc cartam fieri et meo sigillo sigillari. Data Ulixbona, XVIII die Decembris, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum et per cancellarium et per donnum Alfonsum Petri Farina et per Martinum Johannis de Vinali et per Johannem Suerii Conelium et per Fernandum Fernandi Cogominum et per Dominicum Johannis clericum et per Alfonsum Suerii et per Rodericum Menendi, superjudices.

Jacobus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XII.<sup>a</sup>”

Dicta mea curia, Kalendis Marcii, mandavit magistrum et fratres supradictos citare in domo sua, quam hunc Ulixbone civitate ubi ipsi tunc erant quod comparerent coram dicta curia sequenti die scilicet feria secunda, secunda die Marcii dictam sentenciam audituri et facturi super ea, pro ut de jure esset faciendum, et magister et fratres comparuerunt in dicta die coram curia supradicta, quibus presentibus coram ipsa curia dictum fuit qualiter dicta sentencia lata fuerat et cum mandaret dicta curia eam legere magistro et fratribus supradictis ipsi magister et fratres eam audire noluerunt et recesserunt et curia mea videns quod ita recedebant mandavit pretori et almoxariffo et alvazilibus et tabellioni Colimbrie quod irent ad loca supradicta et ponerent marcos et facerent divisiones per predicta loca, pro ut in dicta sentencia continetur. In cuius rei testimonium dicta mea curia mandavit hanc cartam fieri et meo sigillo sigillari.

Data Ulixbona, III.<sup>a</sup> die Marcii, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum et per donnum Menendum Roderici et per cancellarium et per Johannem Roderici de Briteyros et per Johannem Suerii Conelium et per Lupum Roderici et per fratrem Geraldum et per Stephanum Petri de Ratis et per Dominicum Johannis et per magistrum Alfonsum, clericos suos.

Jacobus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XIII.<sup>a</sup>.

[641]

*1276 Março 5, Lisboa — Aforamento de alguns campos, de uma leira de devesa e de uma vessada na freguesia de Moure (c. Felgueiras), a Pedro Rial e sua mulher Maria Anes, com obrigação de fazer casas, vinha e benfeitorias.*

**Karta de foro de campo qui est prope chousam que fuit Johannis de Soldada**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii do et concedo vobis Petro Rial et uxori vestre Marie Johannis et successoribus vestris ad forum pro ad semper illum meum campum quem jacet prope chousa que fuit de Johanne de Soldada, quod faciatis ibi casas et campum meum qui vocatur de Superpeso, quod faciatis ibi vineam et benefectorias et leyram meam de devessa que venit de Mondim prope regum sicut venit pro ad Outeyrum, et vesadam que vocatur de Codossosa quam tenet Margarita et campum de Inter Ambas Aquas per quod intrat ad casale Dominici de Felgeyras, tali videlicet pacto quod vos laboretis, plantetis et fructificetis bene omnes res supradictas et detis michi et successoribus meis annuatim terciam partem panis et vini et debetis medire panem sicut alii homines de meo regalengo de parrochia sancti Salvatoris de Mouri, et debetis michi et successoribus meis annuatim in festo sancti Michaelis de Septembrio dare pro directuris unum marabitinum et medium veterem. Et non debetis omnes res supradictas nec partem eorum vendere nec donare nec inplazare nec testare nec cambiare nec aliquo modo alienare ordini nec ecclesie nec clero nec persone religiose nec militi nec scutifero nec domine generose, sed si eas vendere vel donare volueritis, vendatis vel donetis tali homini qui michi et successoribus meis faciat annuatim dictum forum complete. In cuius rei testimonium do inde vobis istam cartam meam apertam. Data Ulixbona, V.<sup>a</sup> die Marcii, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum et per cancellarium et per Alfonsum Suerii superjudicem.

Johannes Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XIII.<sup>a</sup>.

1276 Abril 24, Lisboa — Aforamento de um tojal reguengo na paróquia de Selbo (c. Guimarães) a vários foreiros.

**Karta de foro regalengi in parrochia sancti Laurencii de Ripa Selii in termino Vimaranis**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii do et concedo vobis Johanni Johannis et uxori vestre Marie Boysa et Stephano Pelagii et Dominico Pelagii et omnibus successoribus vestris ad forum pro ad semper illud tojale meum regalengum quod est in termino Vimaranis in collatione sancti Laurentii de Rippa de Selyo super strata que vadit de Vimaranis pro ad sanctum Torquatem, inter tojalem de Burio et vineam de Frogim, in Ripa de Selyo super pontem, tali videlicet condicione quod vos rumpatis, laboretis et fructificetis bene ipsum tojale, et detis inde michi et omnibus successoribus meis quintam partem panis et vini quod deus ibi dederit, et quod ducatis inde ipsam meam quintam panis et vini ad vestram custam ad meum cellarium Vimaranis. Et vos non debetis ipsum locum vendere nec donare nec cambiare nec emplazare nec aliquo alio modo alienare militi nec ordini nec domine generose nec scutifero *[fl. 137v]* filio de algo, nec creare ibi filium nec filiam filii de algo, sed si ipsum locum vendere vel donare volueritis, vendatis illum tali homini laboratori qui michi et omnibus successoribus meis vel donetis faciat complete forum supradictum et non magis. In cuius rei testimonium do vobis inde istam meam cartam. Data Ulixbona, VIII.<sup>a</sup> Kalendas Maii, Rege mandante per curiam suam.

Martinus Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XIII.<sup>a</sup>.

1276 Abril 24, Lisboa — Aforamento de um herdamento reguengo na paróquia de Joane (c. Vila Nova de Famalicão) a Pedro Gonçalves.

**Karta de foro cujusdam herdamenti de castelo de Vermuym<sup>305</sup>**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii do et concedo vobis Petro Gunsalvi et omnibus successoribus vestris illud meum herdamentum regalengum quod pertinet ad meum castellum de Vermuym quod jacet juxta ipsum meum castellum in parrochia sancti Salvatoris de Johanni, quomodo dividit de una parte per villam de Pausada

---

<sup>305</sup> No texto: *Vimaranis*.

et per ousiam sancti Martini, et de alia parte per vineam de Corrodoyro cum  
 medietate campi quod vocatur Cuguludi, tali videlicet conditione quod vos faciat  
 in ipso herdamento unum medium casale et quod laboretis et fructificetis illud  
 bene, et detis inde michi et omnibus successoribus meis annuatim de foro tertiam  
 partem panis et vini et de omni fructu quod deus ibi dederit, et pro eyradiga unum  
 sestarium panis quod ibi deus dederit inter me et vos, et pro festo sancti Martini  
 unum medium marabitinum pro directura, et debetis esse meus homo et dare  
 medium luytosam sicut dant eam de aliis meis casalibus que jacent juxta ipsum  
 herdamentum, et vos habeatis et omnes successores vestri ipsum medium casale  
 per istud forum pro ad semper. Et vos non debetis ipsum herdamentum vendere  
 nec donare nec cambiare nec emplazare nec aliquo alio modo alienare, militi nec  
 ordini nec domine generose nec scutifero nec filio de algo, nec debetis ibi creare  
 filium nec filiam de filio de algo. Sed si ipsum herdamentum vendere vel donare  
 vel cambiare volueritis, vendatis vel donetis vel cambietis illud tali homini laboratori  
 qui michi et omnibus successoribus meis faciat complete forum supradictum. In  
 cuius rei testimonium do vobis istam meam cartam. Data Ulixbona, VIII.<sup>o</sup> Kalendas  
 Madii, Rege mandante per curiam suam.

Martinus Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XIII.<sup>a</sup>.

[644]

*1276 Abril 25, Lisboa — Aforamento de meio casal reguengo na paróquia de  
 Molares (c. Celorico de Basto) a Pedro Lourenço e sua mulher Marinha Anes.*

### **Karta de foro medii casalis in parrochia ecclesie de Molares**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia  
 Rex Portugalie et Algarbii do et concedo vobis Petro Laurencii et uxore vestre  
 Marine Johannis et omnibus successoribus vestris ad forum pro ad semper illud  
 medium casale meum regalengum cum omnibus juribus et pertinenciis suis quod  
 est in parrochia de Molares, quod vocatur d'Aalem Partem. Et similiter do vobis  
 devesam que stat super Rego de Soutelo et Insoas de sub Fonte Coberta cum  
 omnibus juribus et pertinenciis suis antiquis et novis, tali videlicet condicione  
 quod vos detis michi et omnibus successoribus meis annuatim de ipso medio  
 casali pro festo sancti Johannis Bابتiste decem et octo denarios de offreçom et II  
 solidos de renda, et pro festo Nathalis domini medium spatulam de quali porco  
 habueritis et cum illa unam teeygam de pane et unum caponem et decem ova,  
 et pro Mayo medium bragale et medium cabritum et medium leytonem, si  
 habueritis porcam, et tertiam partem panis et unum alqueirem de castaneis viridis.  
 Et pro predictis insulis debetis dare duos solidos, et pro predicta devesa de

Soutelo duos solidos. Et si vos arrumperitis ipsas insulas vel ipsam devesam, debetis inde dare terciam partem de omni fructu quem deus ibi dederit, et si feceritis vineam debetis inde dare quartum, et insuper debetis dare annuatim unum caponem. Et vos non debetis ipsum medium casale nec dictas insulas nec dictam devesam vendere nec donare nec cambiare nec emplazare nec aliquo alio modo alienare, militi nec ordini nec domine generose nec alicui persone religiose sed si eam vendere vel donare volueritis, vendatis ea vel donetis tali homini laboratori qui michi et omnibus successoribus meis faciat complete forum supradictum, et non magis. In cuius rei testimonium do inde vobis istam cartam. Data Ulixbona, VII.<sup>o</sup> Kalendas Madii, Rege mandante per curiam suam.

Martinus Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XIII.<sup>a</sup>.

[645]

*1276 Abril 25, Lisboa — Aforamento de meio casal reguengo na paróquia de Gagos (c. Celorico de Basto) a João Domingues e sua mulher Elvira Peres.*

### **Karta de foro casalis in villa de Gagos in parrochia ecclesie de Cruce**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii do et concedo vobis Johanni Dominici et uxori vestre Elvire Petri et omnibus successoribus vestris ad forum pro ad semper illud medium casale meum regalengum quod est in villa de Gagos in parrochia sancti Jacobi quod vocatur de Cruce, quod casale dividit cum Hospitali. Tali videlicet condicione quod vos detis inde michi et omnibus meis successoribus annuatim pro festo sancti Johannis Bابتista sex panes tritici et unum quartum de carneyro, et pro festo Nathalis domini unam spadoam de porco, de duodecim costis, et duos capones et decem ova. Et pro festo sancti Michaelis de Septembrio, unum cabritum, et unum bragale, et terciam partem panis, et medietatem vini et lini, tam de vineis quam de uveyris, qui ibi modo sunt, et si ibi feceritis vineam de novo debetis inde dare quartam partem de vino. Et debetis dare in quolibet anno unam terciam de marabitino. Et vos debetis ipsum medium casale bene laborare et fructificare in quolibet anno. Et non debetis ipsum medium casale vendere nec donare nec cambiare, nec inplazare, nec aliquo alio modo alienare militi nec ordini nec domine generose nec scutifero filio de algo. Sed si illud vendere vel donare volueritis vendatis illud vel donetis tali homini laboratori qui michi et omnibus successoribus meis faciat complete forum supradictum et non magis. In cuius rei testimonium do inde vobis istam cartam. Data Ulixbona, VII Kalendas Madii, Rege mandante per curiam suam.

Martinus Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XIII.<sup>a</sup>.

1276 Abril 25, Lisboa — Aforamento de um casal reguengo na paróquia de Soalhães (c. Marco de Canaveses) a João Viegas e sua mulher Maria Martins.

224

### **Carta de foro casalis de Soylaes in loco qui dicitur Pousa**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus Dei gratia Rex Portugalie et Algarbii do et concedo vobis Johanni Egee et uxori vestre Marie Martini *[fl. 138]* et omnibus successoribus vestris illud casale meum regalengum quod est in termino de Soylanes in loco qui vocatur casale de Pousa ad forum pro ad semper, tali videlicet condicione quod vos laboretis et fructificetis bene ipsum casale, et detis inde michi et omnibus successoribus meis annuatim unam teeygam de centeno et unam galinam pro festo sancti Johannis Bابتiste. Item pro pedida de maiordomo tres soldos, et pro eyradiga unum quartarium de pane mediato, scilicet medium de milio et medium de centeno, si ibi eum invenerint. Item pro ipso festo sancti Johannis pro directuris unum sestarium de centeno et unam teeygam tritici et unam quartam de vino. Item pro festo sancti Michaelis de Septembrio duas gallinas et unum caponem et viginta ova et unum medium alqueire de manteyga et viginti duas varas de bragali et unum leytonem vel decem et octo denarios pro eo et pro una freema sex solidos. Item pro festo Nathalis domini unam spatulam de porco cum duodecim costis de quali porco habueritis et unam teeygam tritici et unam teeygam de centeno et unam quartam de vino et pro servicio una vice in anno unam teegam de cevata et unum almude de vino et decem panes tritici et unam gallinam. Et debetis dare quartam partem de pane et de lino et de vino tam de vineis quam de ramadis quam de uveyris. Et si ibi feceritis vineam ex quo dederit vinum debetis dare de lagaradiga unam quartam de vino. Et debetis levare panem secundum consuetudinem terre. Et maiordomus debet ire pro sua porcione de vino ad lagare. Habeatis vos ipsum casale per istud forum pro ad totum semper in pace cum omnibus juribus et pertinentiis suis novis et antiquis. Et vos non debetis ipsum casale vendere nec donare nec cambiare nec emplazare nec in aliquo alio modo alienare militi nec ordini nec domine generose nec alicui persone religiose nec scutifero filio de algo, sed si illud vendere vel donare volueritis, vendatis vel donetis illud tali homini laboratori qui michi et omnibus successoribus meis faciat complete forum supradictum et non magis. In cuius rei testimonium do inde vobis istam cartam. Data Ulixbona, VII Kalendas Madii, Rege mandante per curiam suam.

Martinus Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XIII<sup>a</sup>.

1276 Abril 25, Lisboa — Aforamento de dois casais reguengos no lugar de Casal  
(fr. Soalhães, c. Marco de Canaveses) a Domingos Anes.

### **Carta de foro duorum casalium de Soylaes ubi dicitur Casale**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus Dei gratia Rex Portugalie et Algarbii do et concedo vobis Dominico Johannis et omnibus successoribus vestris ad forum pro ad semper illa dua mea casalia regalenga que sunt in judicatu de Soylanes in loco qui vocatur Casale, tali videlicet condicione quod vos laboretis et fructificetis bene ipsa casalia et detis inde michi in quolibet anno pro mense Madii duos carnarios et pro directuris pro quolibet casali de ipsis casalibus pro pedida de maiordomo tres soldos et pro eyradiga unum quartarium de pane mediato, scilicet medietatem de milio et medietatem de centeno, si ibi eum invenerint. Item pro festo sancti Jhoannis Bابتiste pro directuris unum sestarium de centeno et unam teeygam de tritico et unam quartam de vino. Item pro festo sancti Michaelis de Septembrio duas gallinas et unum caponem et viginti ova et unum medium alqueire de manteyga et viginti duas varas de bragali et unum leytonem vel decem et octo denarios pro eo, et pro una freema VI soldos. Item pro festo Nathalis domini unam spatulam de porco cum duodecim costis de quali porco habueritis, et unam teeygam de tritico et unam teeygam de centeno et unam quartam de vino, et pro servicio una vice in anno unam teeygam de cevata et unum almude de vino et decem panes tritici et unam gallinam. Et debetis dare quartum de pane et de vino, tam de vineis quam de ramadis quam de uveyris, et similiter de lino, et levare panem secundum consuetudinem terre. Et si forte ibi feceritis vineam ex quo dederit vinum, debetis dare inde unam quartam de lagaradiga. Et maiordomus debet ire pro sua portione de vino ad lagare. Habeatis vos et omnes successores vestri predicta casalia per istud forum pro ad totum semper, excepto campo quod vocatur de Juyas. Et vos non debetis ipsa casalia vendere nec donare nec cambiare nec emplazare nec aliquo alio modo alienare militi nec ordini nec domine generose nec alicui persone religiose nec scutifero filio de algo. Sed si ea volueritis vendere vel donare vendatis ea vel donetis tali homini laboratori qui michi et omnibus successoribus meis facit complete forum supradictum et non magis. In cuius rei testimonium dedi inde vobis istam meam cartam. Data Ulixbona, VII Kalendas Madii, Rege mandante per curiam suam.

Martinus Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XIII.<sup>a</sup>.

1276 Abril 25, Lisboa — Aforamento de um casal reguengo em Ariz (fr. Godim, c. Peso da Régua) a Afonso Martins.

226

### **Carta de foro casali qui vocatur Arviis in judicatu de Bayam**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus Dei gratia Rex Portugalie et Algarpii do et concedo vobis Alfonso Martini et omnibus successoribus vestris illud casale meum regalengum ad forum pro ad semper quod est in judicatu de Bayam in loco qui vocatur Arviis, tali videlicet condicione quod vos laboreatis et fructificetis bene ipsum casale et detis inde michi et omnibus successoribus meis annuatim pro directuris tres soldos, pro predida unum alqueire de manteyga et quatuor gallinas et vinginti ova et unum bragale de septem varis et tres almudes de tritico et unum sestarium de centeno et unum porcum de medio marabitinum et unam freemam de quarta de marabitinos et unam spatulam et unum carnarium et unum medium marabitunum de renda et unum cabritum et unum caponem. Et debetis dare quartum de pane et de vino et de lino et decem et tres soldos de promissa et de almeytiga, et debent vobis facere amorem maiordomus et debetis recipere maiordomum ad meos directos, et debetis facere michi servicium cum vestris vicinis. Et vos non debetis ipsum casale vendere nec donare nec cambiare nec emplazare nec aliquo alio modo alienare [*fl. 138v*] militi nec ordini nec domine generose nec alicui persone religiose, sed si illud vendere vel donare volueritis, vendatis illud vel donetis tali homini laboratori qui michi et omnibus successoribus meis faciat complete forum supradictum et non magis. Habeatis vos et omnes successores vestri ipsum casale in pace pro ad totum semper per istud forum cum omnibus juribus et pertinenciis suis novis et antiquis. In cuius rei testimonium do inde vobis istam cartam. Data Ulixbona, VII.<sup>o</sup> Kalendas Madii, Rege mandante per curiam suam.

Martinus Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XIII.<sup>a</sup>.

1276 Abril 25, Lisboa — Aforamento de uma herdade reguenga em Matos (fr. Sedielos, c. Peso da Régua) a Estêvão Garcia e sua mulher Maria Anes.

### **Karta de foro hereditatis qui vocatur Matos in parrochia de Sedelos**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus Dei gratia Rex Portugalie et Algarpii do et concedo vobis Stephano Garsie et uxori vestri Marie Johannis et omnibus successoribus vestris ad forum pro ad semper illam meam hereditatem regalengam que est in parrochia de Sedeelos, in loco qui

vocatur Matos, tali videlicet condicione quod vos laboretis et fructificetis bene ipsam hereditatem et detis inde michi et omnibus successoribus meis in quolibet anno pro festo sancte Marie de Agusto unam quartam de marabitino de foro et non magis. Et hoc forum do vobis pro illo foro quod michi faciebant de ipsa hereditate, videlicet ibant in quolibet mense inde unam diem et unam noctem ad meum castellum de Penaguyam quando ipsum castellum erat factum. Et pro ista quarta de marabitino quam michi detis de foro, quito vobis illud aliud forum quod michi faciebant de ipsa hereditate de predicta ida ad ipsum meum castelum. Et vos non debetis ipsam hereditatem vendere nec donare nec cambiare nec emplazare nec aliquo alio modo alienare militi nec domine generose nec ordini nec alicui persone religiose nec scutifero filio de algo, sed si eam vendere vel donare volueritis, vendatis vel donetis eam tali homini laboratori qui michi et omnibus successoribus meis faciat forum supradictum et non magis. In cuius rei testimonium do inde vobis istam meam cartam. Data Ulixbona, VII.<sup>o</sup> Kalendas Madii, Rege mandante per curiam suam.

Martinus Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XIII.<sup>a</sup>.

[650]

*1276 Abril 25, Lisboa — Aforamento de uma herdade reguenga em Vila Meãs (fr. Sediilos, c. Peso da Régua) a Estêvão Garcia e sua mulher Maria Anes.*

### **Karta hereditatis in loco qui vocatur Villa Mediana in parrochia de Sedeelos**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii do et concedo vobis Stephano Garsie et uxori vestri Marie Johannis et omnibus successoribus vestris ad forum pro ad semper illam meam hereditatem regalengam que est in parrochia de Sedeelos, in loco qui vocatur Villa Mediana, tali videlicet condicione quod vos laboretis et fructificetis bene ipsam hereditatem, et detis inde michi et omnibus successoribus meis in quolibet anno pro festo sancte Marie de Agusto pro foro unam terciam de marabitino de foro et non magis. Et hoc forum do vobis pro illo foro quod michi faciebant de ipsa hereditate, videlicet ibant in quolibet mense inde unam diem et unam noctem ad meum castellum de Penaguyam, quando ipsum castellum erat factum. Et pro ista tercia de marabitino quam michi datis de foro quito vobis illud aliud forum quod michi faciebant de ipsa hereditate de predicta ida ad ipsum meum castellum. Et vos non debetis ipsam hereditatem vendere nec donare nec cambiare nec emplazare nec aliquo alio modo alienare militi nec domine generose nec ordini nec alicui persone religiose nec scutifero filio de algo. Sed si eam

vendere vel donare volueritis, vendatis vel donetis eam tali homini laboratori qui michi et omnibus successoribus meis faciat forum supradictum et non magis. In cuius rei testimonium, do inde vobis istam cartam. Data Ulixbona, VII.<sup>o</sup> Kalendas Madii, Rege mandante per curiam suam.

Martinus Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XIII.<sup>a</sup>.

[651]

*1276 Abril 25, Lisboa — Aforamento da seara de Donas, em Souto de Rei (fr. Godim, c. Peso da Régua) a Martim Gomes e sua mulher Fruilhe Anes.*

### **Karta de foro senare de Sauto de Rege que vocatur de Dominabus**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii do et concedo ad forum vobis Martino Gomeci et uxori vestre Fruilli Johannis et omnibus successoribus vestris illam meam senaram de Sauto de Rege que senara vocatur de Dominabus sicut dividit cum Rabo et cum Quebrada et cum Juyas et inde cum quayrelis de fontis, tali condicione et pacto quod vos et vestri successores detis inde michi et omnibus successoribus meis annuatim pro festo sancte Marie Augusti tres marabitinos veteres. Et si ipse sautus in aliquo tempore de predicta hereditate fuerit remotus et vinea ibi fuerit plantata vel seminaverint ibi panem vel aliam rem, vos et successores vestri detis inde michi et omnibus successoribus meis in pace et in salvo sextam partem de omni fructu quem deus ibi dederit et vos et omes successores vestri habeatis predictam senaram cum suis pertinenciis firmiter in perpetuum, et faciatis inde michi et omnibus successoribus meis supradictum forum. In cuius rei testimonium dedi inde vobis istam cartam. Data Ulixbona, XXV.<sup>a</sup> die Aprilis, Rege mandante per curiam suam.

Petrus Pelagii notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XIII.<sup>a</sup>.

[652]

*1276 Abril 25, Lisboa — Aforamento de duas searas, a de Cortiçada e a de Britelo, em Souto de Rei (fr. Godim, c. Peso da Régua) a Martim Domingues e sua mulher Geralda Domingues.*

### **Karta de foro duarum senarum in Souto de Rege qui vocatur de Cortiçada et de Britelo**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii do et concedo ad forum vobis Martino Dominici et uxori

vestre Geralde Dominici et omnibus successoribus vestris illas duas meas senaras quas ego habeo in Sauto de Rege, que senare vocatur de Cortiçada una et alia de Britelo, sicut dividunt cum Sauto de Veyga et cum Stebela et cum populatoribus de Concieyro et cum populatoribus de Cortiçada, tali condicione et pacto quod vos et vestri successores detis inde michi et omnibus successoribus meis annuatim pro festo sancte Marie Augusti quatuor marabitinos veteres et non magis. Et si sautus in aliquo tempore de predictis senaris fuerit remotus et vinea ibi fuerit plantata vel seminaverint ibi panem vel aliam rem, vos et omnes successores vestri detis inde michi et omnibus successoribus meis annuatim in paffl. 139/ce et in salvo sextam partem de omni fructu quem deus ibi dederit. Et vos et omnes successores vestri habeatis dictas senaras cum suis pertinenciis firmiter in perpetuum, et detis inde michi et omnibus successoribus meis supradictum forum. In cuius rei testimonium dedi inde vobis istam meam cartam. Data Ulixbona, XXV.<sup>a</sup> die Aprilis, Rege mandante per curiam suam.

Petrus Pelagii notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XIII.<sup>a</sup>.

[653]

*1276 Abril 24, Lisboa — Aforamento da seara de Quebrada, em Souto de Rei (fr. Godim, c. Peso da Régua), a Miguel Martins e sua mulher Ausenda Gomes.*

### **Carta de foro senare de Quebrada de Sauto de Rege**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii do et concedo ad forum vobis Michaeli Martini et uxori vestre<sup>306</sup> Ousende Gomecii et omnibus successoribus vestris illam meam senaram<sup>307</sup> quam ego habeo in Sauto de Rege que senara vocatur de Quebrada, sicut dividit cum Dominabus et cum Juyas et cum Rabo, tali condicione et pacto quod vos et vestri successores detis inde michi et omnibus successoribus meis annuatim pro festo sancte Marie Augusti unum marabitinum et medium veterem. Et si sautus in aliquo tempore de predicta senara fuerit remotus et vinea fuerit plantata ibi vel seminaverint ibi panem vel aliam rem, vos et omnes successores vestri detis inde michi et omnibus successoribus meis annuatim in pace et in salvo sextam partem de omni fructu quem deus ibi dederit. Et vos et omnes successores vestri habeatis predictam senaram cum suis pertinenciis firmiter in perpetuum et faciatis inde michi et omnibus successoribus meis supradictum forum. In cuius rei

---

<sup>306</sup> Segue-se *et* sopontado.

<sup>307</sup> No texto *senariam*.

testimonium dedi inde vobis istam meam cartam. Data Ulixbona, XXIII die Aprilis,  
Rege mandante per curiam suam.

Petrus Pelagii notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XIII.<sup>a</sup>.

230

[654]

*1276 Abril 25, Lisboa — Aforamento da seara de Cainas, em Souto de Rei (fr. Godim, c. Peso da Régua) a Domingos Peres e sua mulher.*

**Carta de foro senare que vocatur de Caynas de Sauto de Rege**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus Dei gratia  
Rex Portugalie et Algarbii do et concedo ad forum vobis Dominico Petri et uxori  
vestre et omnibus vestris successoribus illam meam senaram de Sauto de Rege,  
que senara vocatur de Caynas sicut dividit cum Cortoo et cum senara de Roso et  
per Covam de Dominabus et inde per coyrelas de Fontibus, tali condicione et pacto  
quod vos et vestri successores detis inde michi et omnibus successoribus meis  
annuatim pro festo sancte Marie Augusti unum marabitinum et medium veterem.  
Et si sautus in aliquo tempore de predicta senara fuerit remotus et vinea ibi fuerit  
plantata vel seminaverint ibi panem vel aliam rem, vos et omnes successores vestri  
detis inde michi et omnibus successoribus meis in pace et in salvo sextam partem  
de omni fructu quem deus ibi dederit. Et vos et omnes successores vestri habeatis  
predictam senaram cum suis pertinenciis firmiter in perpetuum et faciatis inde  
michi et omnibus successoribus meis supradictum forum. In cuius rei testimonium  
dedi inde vobis istam cartam. Data Ulixbona, XXV die Aprilis, Rege mandante per  
curiam suam.

Petrus Pelagii notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XIII.<sup>a</sup>.

[655]

*1276 Abril 25, Lisboa — Aforamento da seara de Juias, em Souto de Rei (fr. Godim, c. Peso da Régua) a Pedro Domingues e sua mulher Mor Mendes.*

**Carta de foro senare que vocatur de Juyas de Sauto de Rege**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia  
Rex Portugalie et Algarbii do et concedo ad forum vobis Petro Dominici et uxori  
vestre Maiori Menendi et omnibus successoribus vestris illam meam senaram de  
Sauto de Rege, que senara vocatur de Juyas sicut dividit cum senara de Quebrada  
et cum senara de Concierge et cum senara de Quartis et cum coyrelis de Fontibus,  
tali condicione et pacto quod vos et vestri successores detis inde michi et omnibus

successoribus meis annuatim in pace et in salvo sextam partem de omni fructu quem deus ibi dederit. Et vos et omnes successores vestri habeatis predictam senaram cum suis pertinenciis firmiter in perpetuum et faciatis inde michi et omnibus successoribus meis supradictum forum. In cuius rei testimonium, dedi inde vobis istam cartam. Data Ulixbona, XXV die Aprilis, Rege mandante per curiam suam.

231

Petrus Pelagii notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XIII.<sup>a</sup>.

[656]

*1276 Abril 25, Lisboa — Aforamento da seara de Couço, em Souto de Rei (fr. Godim, c. Peso da Régua) a Durando Gomes e sua mulher Elvira Peres.*

### **Karta de foro senare que vocatur de Coyçoo de Souto de Rege**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii do et concedo ad forum vobis Durando Gomecii et uxori vestre Elvire Petri et omnibus successoribus vestris illam meam senaram de Sauto de Rege, que senara vocatur de Coyçoo sicut dividit Cayna et cum senara de Roso et cum senara de Lourodo et cum termino de Fontibus, tali condicione et pacto quod vos et vestri successores detis inde michi et omnibus successoribus meis annuatim in pace et in salvo sextam partem de omni fructu quem deus ibi dederit. Et vos et omnes successores vestri habeatis predictam senaram cum suis pertinenciis firmiter in perpetuum, et faciatis inde michi et omnibus successoribus meis supradictum forum. In cuius rei testimonium dedi inde vobis istam cartam. Data Ulixbona, XXV die Aprilis. Rege mandante per curiam suam.

Petrus Pelagii notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XIV.<sup>a</sup>.

[657]

*1276 Maio 12, Lisboa — Aforamento do reguengo de Mafómedes (fr. Sever, c. Santa Marta de Penaguião) a Fernando Mendes e sua mulher Sancha Gonçalves.*

### **Carta de foro regalengi de Mafomades in judicatu de Penaguyam**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus Dei gratia Rex Portugalie et Algarbii do et concedo vobis Fernando Menendi et uxori vestre Sancie Gonsalvi et omnibus successoribus vestris ad forum pro ad semper illud meum regalengum quod est in judicatu de Penaguayam, in loco qui vocatur Mafomades, in parrochia sancti Adriani de Sever, tali videlicet condicione quod

vos laboreis et fructificetis bene ipsum casale et detis inde michi et omnibus successoribus meis annuatim quartam partem de pane arroto et sextam partem de quo arrumperitis et medietatem vini de vineis quas ibi factas inveneritis et sextam partem vini de vineis quas ibi feceritis et quartum de lino et unum bragale pro Mayo vel unam quartam de marabitino pro eo, et aliud pro bragale pro festo sancti Michaelis [fl. 139v] de Septembrio vel quartam marabitini pro eo et de eyradiga unum quartarium de pane et debet exire de monte inter ambos et unum puçale de vino de inter ambos et unam spatulam de duodecim costis et unam teeygam tritici et unum quartarium de castaneis quales exierint de sub pedibus de pisatore et duos franganos et decem ova. Et debetis vocare meum maiordomum ad lagare et ad eyram. Et debetis dare sex soldos pro vida de mense et levare condoytum ad palatium in termino de Penaguyam, et de pedida unum soldum et de promissa tres soldos et de ferro quod vocatur de foco decem et octo denarios. Et super omnia ista debetis dare in quolibet anno<sup>308</sup> soldos vel unum cabritum. Et vos non debetis ipsum casale vendere nec donare nec emplazare nec cambiare nec aliquo alio modo alienare militi nec ordini nec domine generose nec scutifero filio de algo nec alicui potenti. Sed si illud vendere vel donare volueritis, vendatis vel donetis illud tali homini laboratori qui michi et omnibus successoribus meis faciat in quolibet anno complete forum supradictum. In cuius rei testimonium do inde vobis istam cartam. Data Ulixbona, XII.<sup>a</sup> die Madii, Rege mandante per curiam suam.

Martinus Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XIVI.<sup>a</sup>.

[658]

*1276 Julho 13, Lisboa — Aforamento de uma horta e de campos na cidade de Guimarães a Paio Peres.*

### **Karta de foro almunie de Via Cova in villa Vimaranis**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii do et concedo ad forum vobis Pelagio Petri et omnibus successoribus vestris pro ad semper illam meam almunyam quam ego habeo in villa Vimaranense, prope locum qui dicitur Via Cova, et meos campos in quibus fuit apoteca vetera sicut dividit cum domibus qui fuerunt de comitibus et cum domibus qui fuerunt Stephani Suerii et cum domo in qua habitat Petrus Dominici et inde sicut dividit cum domo Egee Raymundi et cum domibus que fuerunt donni Lupi et cum domo Johannis Gonsalvi Pincalho et cum quintana in qua

---

<sup>308</sup> Não se indica o quantitativo, embora exista o espaço para o escrever.

habitat Petrus Laurencii et inde sicut dividit cum Pelagio Johannis. Tali condicione et pacto quod vos et successores vestri detis inde michi et omnibus successoribus meis annuatim viginta et octo marabitinos veteres. Et vos et omnes successores vestri habeatis in perpetuum firmiter predictam almunyam et campos cum omnibus juribus et pertinenciis suis et faciat in inde michi et omnibus successoribus meis annuatim predictum forum. Et non vendatis nec donetis nec helemosinetis dictam almuniam et campos in toto nec in parte, militi nec clero nec domine nec ordini nec alicui alii persone religiose, nisi tali homini laboratori qui michi et omnibus successoribus meis faciat complete supradictum forum. In cuius rei testimonium, do inde vobis istam cartam. Data Ulixbona, XIII.<sup>a</sup> die Julii, Rege mandante per curiam suam.

Petrus Pelagii notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XIVI.<sup>a</sup>.

[659]

*1267 Setembro 13, Lisboa — Carta a João Moniz seu clérigo, mandando-lhe dar a Gil Durães, cavaleiro de Lisboa, duzentas e cinquenta libras por uma casa que lhe comprara, junto à adega de S. Nicolau, em Lisboa.*

#### **Karta de denariis quos mandavit dominus Rex dare Egidio Durandi**

Alfonsus dei gratia Rex Portugalie vobis Johanni Moniz meo clero salutem. Mando vobis quod detis Egidio Durandi militi Ulixbone ducentas et quinquaginta libras pro una casa quam de eo comparavi in Ulixbona que est prope adegam meam de circa sanctum Nicholaum, et dare eas sibi de illis denariis quos recepit Petrus Vermuz. Unde aliter non faciatis. Data Ulixbona, XIII.<sup>a</sup> die Septembbris, Rege mandante.

Martinus Johannis fecit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> V.<sup>a</sup>.

[660]

*1276 Julho 25, Lisboa — Carta ao almoxarife e ao escrivão de Santarém, mandando entregar a herdade de Valada (c. Cartaxo) ao convento das menorissas de Santa Clara de Santarém.*

#### **Karta concessionis de hereditate de Valada ad minoretas Sanctarene**

Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii, vobis Martino Dade pretori et Petro Stephani meo almoxariffo et Dominico Petri scribano meo Sanctarene salutem. Vidi vestram cartam per quam mandavistis michi quod vos venistis ad Valadam cum bonis hominibus et vidistis hereditates meas et invenistis ibi

centum et quinquaginta et tres astiis de hereditate, in qua potest haberi annuatim septuaginta et sex modii de pane mediato in quo possunt haberi trecente et septuaginta et sex libras ad rationem de duobus solidis o alqueire de tritico et ad unum solidum ou alqueire de secunda. Unde mando vobis quod vos intreguetis ipsam hereditatem conventui dominarum minorissarum de sancta Clara Sanctarene, quia sciatis quod ego do et concedo eam sibi in perpetuum, pro ad habendum inde panem pro illis trecentis et sexaginta sex libras quas eis dabant annuatim pro ad panem. Et mando que ipse domine teneant istam cartam in testimonium. Data Ulixbona, XXV.<sup>a</sup> die Julii, Rege mandante.

Jacobus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XIII.<sup>a</sup>.

[661]

*1276 Setembro 1, Lisboa — Doação de uma porção de herdade em Valada (fr., c. Cartaxo) ao mosteiro das menorissas de Santa Clara de Santarém.*

**Karta donationis de hereditate de Valada facte conventui de minoretas  
Sanctarene**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii una cum uxore mea Regina donna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia et filiis et filiabus nostris Infantibus donno Dionisio, donno Alfonso, donna Blanca et donna Sancia, do et concedo conventui minorissarum Sanctarene ordinis sancte Clare illos cent quinquaginta astiis hereditatis mee quam habeo in Valada, sicut dividunt contra Sanctarenam cum Quayrena monasterii sancte Crucis Colimbrie et sicut dividunt cum Martino de Averca et sicut dividunt contra orientem cum Tago et sicut dividunt contra occidentem cum Palude. Do et concedo eis predictos hastiis predicte hereditatis ad habendum inde panem et quod habeant et possideant dictam hereditatem in perpetuum per terminos supradictos. In cuius rei testimonium do eidem conventui istam cartam meo sigillo plumbeo sigillatam. *[fl. 140]* Data Ulixbona, prima die Septembbris, Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XIII.<sup>a</sup>.

Commes donnus Gonsalvus, donnus Johannes de Avoyno maiordomus, donnus Martinus Alfonsi tenens Chaves, donnus Alfonsus Lupi tenens Sausam, donnus Didacus Lupi tenens Lamecum, donnus Martinus Egidii tenens Elbas, donnus Menendus Roderici tenens Mayam, donnus Petrus Johannis tenens Trasserram, donnus Petrus Poncii tenens Bayam<sup>309</sup>, donnus Petrus Johannis de Portel tenens Leyrenam, donnus Martinus Johannis de Vinali, confirmant.

---

<sup>309</sup> No texto: *Pavyam*.

Donnus Ordonius archiepiscopus Bracarensis, donnus Vincencius Portugalensis episcopus, donnus Gunsalvus episcopus Lamecensis, frater Valascus Egitaniensis episcopus, ecclesia Colimbriensis vaccat, ecclesia Visensis vaccat, donnus Matheus Ulixbonensis episcopus, donnus Durandus Elborensis episcopus, frater Bartolomeus Silvensis episcopus, confirmant.

Fernandus Fernandi Cogomino testis, Johannes Suerii Conelius testis.

Stephanus Johannis cancellarius confirmat, Jacobus Johannis notuit.

[662]

*1276 Setembro 1, Lisboa — Aforamento do reguengo de Valinhos, que pertence aos casais de Rodalbo (fr. Cendufe, c. Arcos de Valdevez), a João Soares.*

**Karta de foro regalengi de Valinos que est de casalibus de Rodalo in judicatu de Valdevez**

In dei nomine amen. Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii do et concedo vobis Johanni Suerii et omnibus successoribus vestris ad forum pro ad semper illud herdamentum meum regalengum quod est in judicatu de Valdevez, in loco quod vocatur Valinos quod pertinet ad mea casalia de Rodalo, quomodo dividit ex una parte cum herdatoribus de Sayme et ex altera per Rial, et terrenum quod vocatur de Casali de Agudo et Longara quod jacet super Rego de Camba et terrenum quod ibi jacet super ipso rego, tali videlicet condicione quod vos laboretis et fructificetis bene et fideliter ipsum herdamentum et ipsos terrenos, et faciat in ipso herdamento de Valinos vineam et devesam de qua se adubet, et detis inde michi et omnibus successoribus meis annuatim terciam partem de vino, et de quanto jacet sub Rego de Camba detis terciam partem, et de quanto jacet sub rego detis quartam partem de omni fructu quem deus ibi dederit, et pro casis et pro eyta et pro corona et pro fructis faciendis detis inde pro directuris duos capones et unam spatulam quando pagaverint alias directuras de meo regalengo de Rodalo et non debetis istas directuras dare nisi ab ipsis quatuor annis proximo venientibus ulterius. Et debetis dare unum marabitinum pro luytosa et pro paratione. Et vos non debetis ipsum herdamentum nec ipsos terrenos vendere nec donare nec cambiare nec emplazare nec aliquo modo alienare, mili i nec ordini nec domine generose nec scutifero filio de algo nec alicui potenti, nec creare ibi filium nec filiam de filio de algo nec alicujus potentis. Sed si ipsum herdamentum vel ipsos terrenos vendere vel donare volueritis vendatis vel donetis eos tali homini laboratori qui michi et omnibus meis successoribus faciat

forum supradictum. In cuius rei testimonium do inde vobis istam meam cartam.  
Data Ulixbona, prima die Septembbris, Rege mandante per curiam suam.  
Martinus Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XIII.<sup>a</sup>.

1276 Outubro 4, Lisboa — Aforamento da pôvoa de Bendada, junto a Souto Redondo (fr. S. João de Ver; c. Santa Maria da Feira) a vários foreiros.

### Karta de foro de Bendada prope Soutum Redondo

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii una cum uxore mea Regina donna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia et filiis et filiabus meis Infantibus donno Dionisio et donno Alfonso et donna Branca et donna Sancia, do et concedo vobis Petro Dominici et Dominico Martini et uxori vestre Marie Petri, et Martino Martini et uxori vestre Elvire Martini, et Laurencio Fernandi et uxori vestre Tarasie Gonsalvi, et Marie Johannis et Martino Laurencii, et aliis tribus populatoribus qui debent ibi venire vobiscum et omnibus successoribus vestris illum meum locum que vocatur Popula de Bendada, que est prope de Sauto Redondo, quomodo vadit per stradam et per aquam de Ulela, et per illum locum qui vocatur Fenal quomodo vadit ad fontem per Corregam de Busto, et deinde quomodo vadit ad Stratam Novam, et quomodo vadit vel partit per Petram Ventosam, et deinde quomodo vadit ad portum de Roda Ferradal, et quomodo venit per Corregam de Feal, et deinde ad Portum Carrarium, et quomodo partit per terminum de Lavandeyra Cadiam. Tali videlicet pacto quod vos et omnes successores vestri detis inde michi et omnibus successoribus meis, de novem quinonibus unum, de omni fructu quem deus ibi dederit, et similiter de novem quinonibus unum, de azeniis et de molendinis si ibi eos feceritis. Et quilibet vestrum et vestrorum successorum debetis michi dare et omnibus successoribus meis annuatim in festo sancti Michaelis de Septembrio unum solum et duos capones et unam fogaciam de duobus alqueires de tritico per mensuram Colimbrie. Et vos non debetis vendere ipsum locum nec partem illius nec donare nec atestare nec aliquo alio modo alienare ordini nec militi nec clero nec scutifero nec domine generose nec alicui persone religiose. Sed si eum vendere vel donare volueritis, vendatis vel donetis eum tali homini qui michi et omnibus successoribus meis faciat annuatim complete dictum forum. In cuius rei testimonium do inde vobis istam cartam. Data Ulixbona, IIII.<sup>o</sup> die Octobris, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum et per Alfonsum Suerii superjudicem.

Franciscus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XIII.<sup>a</sup>.

*1276 Dezembro 3, Lisboa — Relação das alfaias litúrgicas que Domingos Martins, capelão da rainha, recebeu do prior de Santa Cruz, e que estavam na capela régia de S. Miguel de Coimbra.*

Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XIII.<sup>a</sup>, III.<sup>a</sup> die Decembris, Dominicus Martini capellanus Regine recepit pro ad capellam domini Regis de priore sancte Crucis Colimbrie unam causelam coopertam de almafý in qua ambulabat unam esmolaria[m] et unum saccus parvus cum religuis et [fl. 140v] tres empolas parvas de vitro, scilicet unam pintadam et alias duas que non erant pintade et duas vestimentas compridas et tres corporaes et duas palas et unum giraldete et unum pannum de lino veteri et unam cintam sobejam sine vestimenta et unum calicem de argento cum sua patena qui pesavit novem uncias et mediam, que supradicte res sedebant in una capella domini Regis de sancto Michaele de Colimbria.

*1276 Dezembro 21, Lisboa — Aforamento do casal de Outeiro, no reguengo de Felgueiras, a Pedro Rial e sua mulher Maria Anes.*

### **Karta de foro casalis de Outeyro quod est in Felgueyras**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii do et concedo vobis Petro Ryal et uxori vestre Marie Johannis et omnibus successoribus vestris ad forum pro ad semper illud casale de Outeyro quod est in meo regalengo de Felgueyras, tali videlicet condicione quod vos laboretis et fructificetis bene ipsum casale et detis inde michi et omnibus successoribus meis annuatim pro festo sancti Johannis Babtiste de pedida unam soldadam de pane et unam pernam de carnario et unam teeygam de ordeo vel de cevada primeyra qui se metiri in area, de inter me et vos. Item quando partiveritis vestrum linum duos soldos de lynagem. Item pro festo sancti Michaelis de Septembrio decem et sex varas de bragali et duos capones et viginti ova. Item pro festo Natalis domini unam spatulam de meliori porco quem habueritis. Item unam teeygam de cevada et unum alqueire de castaneis et aliud alqueir de vino. Item pro die Privicarnii unum cabritum. Et debetis recipere maiordomum. Et debetis dare terciam partem de pane et de vino et de lino et de leguminibus. Et debetis pectare vocem et calumpniam si eam feceritis. Et debetis metiri vestrum milium sicut alii mei homines qui morantur in parrochia sancti Salvatoris de Mouri. Et omnes istos foros debetis dare in predicto loco de Outeyro, ubi se dant alii de

meis casalibus. Et vos non debetis dare geyram de ipso casali quia non dant eam alia mea casalia de ipso loco. Et omnia supradicta debetis facere complete de ipso casali et non magis. Et vos non debetis ipsum casale vendere nec donare nec emplazare nec aliquo modo alienare, militi nec ordini nec domine generose nec persone religiose nec scutifero filio de algo nec alicui potenti. Sed si illud vendere vel donare volueritis, vendatis vel donetis illud tali homini laboratori qui michi et omnibus successoribus meis faciat complete forum supradictum et non magis. Et non debetis ibi creare filium nec filiam de algo nec alicujus potentis. In cuius rei testimonium do inde vobis istam meam cartam. Data Ulixbona, XXI die Decembris, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno maiordomum curie et per Alfonsum Suerii superjudicem.

Martinus Petri notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XIII.<sup>a</sup>.

[666]

*1276 Novembro 15, Lisboa — Alteração das condições de aforamento de bacelos em Montemor-o-Velho.*

### **Carta de foro de bacellis de Monte Maiori Veteri**

Don Afonso pela graça de deus Rey de Portugal e do Algarve, a vos alcayde e alvaziis e concello de Monte Moor o Velho saude. Sabede que eu torno en foro de quarto aqueles bacelos que en essa villa dera a foro de terço, salvo outras condições se as hy a, que sas complam como jouver en sa carta. Mais quanto e o foro de terço, estes lhis mudo en foro de quarto. E mando vos que façades como eu aja o meu dereyto, e esses que teen esses bacellos o seu. Unde al non façades. Dada en Lixbona, XV dias de Novembro, El Rey o mandou per don Joham d'Avoyn seu maordomo.

James Eanes a fez. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XIII.<sup>a</sup>.

[667]

*1276 Novembro 11, Lisboa — Carta de foro de Alpertizim (fr. Sobreira Formosa, c. Proença-a-Nova) aos respectivos povoadores.*

### **Carta de foro de Alpertizim**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii una cum uxore mea Regina donna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia et filiis et filiabus meis, Infantibus donno Dionisio, donno Alfonso, donna Blanca, donna Sancia, do et concedo omnibus

populatoribus presentibus et futuris de mea popula que vocatur Alpertizim et omnibus suis successoribus ipsam populam ad forum pro ad semper cum suis terminis, scilicet dividit per aquam de Seyceyra, sicut intrat in aquam de Salzeda, et deinde sicut vadir ad caminum de Castello Branco, et deinde ad caput de Vessadis et postea sicut vadir ad caminum de Vidigueyra et deinde ad caput de Olellas, vertentibus aquis ad Ucrezam, et deinde ad Rippariam de Caprone et deinde sicut vadir ad Taladas Sicas, et deinde ad Portum de Arenis, et deinde per aquam de Salzedis, et deinde ad focem de Alvito. Do et concedo eis et suis successoribus dictam populam cum dictis terminis ad forum quod ipsi inde debent michi facere et omnibus meis successoribus videlicet quale forum michi faciunt in Sovereyra Formosa et in suis terminis. Et ipsi non debent vendere nec donare nec helemosinare nec atestare nec aliquo modo alienare, ordini nec clero nec militi nec prelato nec domine generose nec scutifero nec alicui persone religiose dictam populam nec terminos suos. Sed si eam vendere vel donare voluerint, vendant vel donent eam talibus hominibus qui faciant michi et meis successoribus dictum forum. In cuius rei testimonium do eis istam cartam. Data Ulixbona, XI die Novembbris, Rege mandante per Petrum Johannis repositorium maiorem.

Jacobus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XIII.<sup>a</sup>.

[668]

1277 Abril 16, Lisboa — Carta de feira de Ançães (c. Amarante).

### **Carta de feira de villa de Ançianes**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii mando facere feyram in mea villa de Ançianes. Et mando quod fiat in quolibet mensse in medietate menssis et duret per unum diem. Et omnes qui venerint ad ipsam feyram ratione vendendi *[fl.141]* vel emendi sint securi de yda et de viinda, quod non pignorentur in meo Regno pro aliquo debito nisi pro debito facto in ipsa feyra in illis tribus diebus qui venerint ante quam feyra incipiatur et in illo die quo duraverit ipsa feyram et in illis tribus diebus qui venerint primo post ipsam feyram. Et ut nullus timeat ad ipsam feyram venire, do inde istam cartam quam teneant judices et concilium de Ancianes in testimonio. Et pono tale incautum super hoc quod quicumque malum fecerit hominibus qui ad ipsam feyram venerint, pectet michi sex mille solidos et duplet illud quod filiaverit domino suo. Et omnes illi qui ad ipsam feyram venerint cum suis merchandiis solvant michi meam portaginem et omnia jura mea que de ipsa feyra solvere debuerint. Et homines de foris tam venditores quam comparatores

solvant in ipsa feyra meam portaginem et omnia jura mea que solvere debuerint.  
Data Ulixbona, XVI die Aprilis, Rege mandante per donnum Johannem de  
Avoyno suum maiordomum.

240 Petrus Pelagii notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XV.<sup>a</sup>.

[669]

1277 Junho 28, Lisboa — Doação do direito de padroado das igrejas de Torres  
Vedras, Alenquer e Torres Novas à rainha D. Beatriz.

**Carta de donatione juris patronatus ecclesiarum de Turribus Veteribus  
et de Alanquer et de Turribus Novis facta Regine**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia  
Rex Portugalie et Algarbii vidi quasdam meas cartas per quas ego dedi Regine  
donne Beatrici uxori mee villas de Turribus Veteribus et de Alanquer et Turribus  
Novis. Et visis cartis supradictis ipsa Regina peciit michi quod ego leyxarem eam  
usare<sup>310</sup> de jure patronatus ecclesiarum dictarum villarum taliter quod ipsa  
presentaret ad illas. Et ego secundum quod vidi in eisdem cartis quas de me  
tenet, tenui pro bono et pro ratione istud quod Regina michi petebat dum michi  
placeret. Unde reliquo ei jus patronatus ecclesiarum predictarum villarum dum  
michi placuerit. Et mando et concedo quod ipsa Regina de cetero presentet ad  
ecclesias predictarum villarum, dum michi placuerit. In cuius rei testimonium do  
ei istam cartam. Data Ulixbona, XXVIII die Junii, Rege mandante.

Jacobus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XV.<sup>a</sup>.

[670]

1277 Julho 28, Lisboa — Doação do direito de padroado das igrejas de Montemor-  
-o-Velho à infanta D. Branca.

**Carta de donatione facta donne Blance Infanti de jure patronatus  
ecclesiarum Montis Maioris Veteris**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia  
Rex Portugalie et Algarbii vidi quamdam meam cartam per quam ego dedi donna  
Blanca mee filie villam de Monte Maiore Veteri. Et visa ipsa carta ipsa donna  
Blanca peciit michi quod ego leyxarem eam usare de jure patronatus ecclesiarum  
predicte ville taliter quod ipsa presentaret ad eas. Et ego habui pro bono et pro  
ratione secundum ipsam cartam quam ipsa de me tenet illud quod ipsa donna

---

<sup>310</sup> No texto: *usurare*.

Blanca petebat dum michi placeret. Et relinquo ei dum michi placuerit jus patronatus ecclesiarum dicte ville. Et mando et concedo quod ipsa presentet de cetero ad ecclesias predicte ville dum michi placuerit. In cuius rei testimonium do ei istam cartam. Data Ulixbona, XXVIII die Julii, Rege mandante.

241

Jacobus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XV.<sup>a</sup>.

[671]

1277 Julho 8, Lisboa — Foral de Castro Marim, segundo o modelo de Lisboa.

### **Carta de foro de Castromarim**

In dei nomine et ejus gratia amem. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii una cum uxore mea Regina donna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia et filiis et filiabus meis Infantibus donno Dionisio, donno Alfonso, donna Blanca et donna Sancia, facio cartam de foro vobis populatoribus de Castromarim presentibus et futuris. Videlicet do et concedo vobis forum usus et consuetudines civitatis Ulixbone, excepto jugata de pane quam vobis in perpetuum quito et retineo michi et omnibus meis successoribus in perpetuum omnes furnos panis et omnes salinas constructos et construendos constructas et construendas in Castromarim et in suis terminis et meas tendas. Item retineo michi et omnibus meis successoribus quod non vendatur aliud sal in Castromarim nec in suis terminis, nisi meum sal. Item retineo michi et meis successoribus quod vicinus de Castromarim qui vinum voluerit sacare de Castromarim vel de suis terminis solvat michi de quolibet tonello medium morabitinum de vino quod comparaverint. Et ille qui non fuerit vicinus, de vino quod sacaverit solvat de quolibet tonello I marabitinum. Et propter hoc quito vobis et illis qui vinum sacaverint de Castromarim et de suis terminis, illos almudes de vino quos dant in Ulixbona de portagio de vino quod sacant per mare, salvo jure relegarii in tempore trium mensium, de relego. Item retineo michi et meis successoribus molendina et azenias et pisones factos et faciendos et regalengos meos tam in hereditatibus quam in vinariis et casariis quam in aliis rebus et figueiredos et açouques et fanegas et balnea de villa et de termino de Castromarim et ballenerationem. In omnibus aliis do et concedo vobis forum usus et consuetudines civitatis Ulixbone, quod forum tali est: Do itaque vobis pro foro ut qui publice coram bonis hominibus casam violenter ruperit cum armis, pectet quingentos solidos, et hoc sit sine vozeiro. Et si infra domum ruptor occisus fuerit, occisor vel dominus domus pectet unum marabitinum. Et si ibi vulneratus fuerit, pectet pro eo medium marabitinum. Similiter pro homicidio et pro rauso publice facto, pectet quingentos

solidos, pro merda in buca LX solidos pectet testimonio bonorum hominum, furtum cognitum testimonio bonorum hominum, novies componatur. Qui relegum vini regis ruperit et in relego suum vinum vendiderit, *[fl. 141v]* et inventum fuerit testimonio bonorum hominum, primo pectet V solidos et secundo V solidos et tertio si iterim inventum fuerit, testimonio bonorum hominum, vinum totum effundatur et arcus de cupis vel de tonellibus incindantur. De vino de fora dent de unaquaque carrega unum almude et vendatur aliud in relego. Et habitatores de Castromarim habeant libere tendas suas et furnos ollarum, salvis michi meis tendis factis et faciendis, et de furnis de tegula dent decimam. Qui hominem extra cautum occiderit pectet LX solidos. Et qui vulneraverit hominem extra cautum, pectet XXX solidos. Qui in platea aliquem armis vulneraverit pectet medietatem homicidii. Qui arma per iram denudaverit, vel a domo ea extraxerit per iram et non percutserit, pectet LX solidos. Et homines de Castromarim habeant hereditates suas populatas et illi qui in eis habitaverint pectent pro homicidio et rausso noto et merda in buca LX soldos, medietatem scilicet Regi et medietatem domino hereditatis. Et eant in apelido Regis et nullum aliud forum faciant Regi. Et almotacaria sit de concilio, et mittatur almotace per alcayde et <per> concilium ville, et dent de foro de vaca I denarium, et de zevro I denarium, et de cervo I denarium, et de bestia vel de barca piscati I denarium, et de judicato similiter, et de alcavala III denarios, de cervo et de zevro et de vaca et de porco I denarium. Et de carnario I denarium, piscaiores dent decimam, de equo vel de mula vel de mulo quem vendiderint vel emerint homines de fora a decem marabitinis et supra, dent I marabitinum et a decem marabitinis et infra, dent medium marabitinum. De equa vendita vel comparata dent II solidos et de bove II solidos et de vaca I solidum et de asino vel de asina I solidum. De mauro vel de maura, medium marabitinum. De porco vel de carnario duos denarios. De caprone vel de capra I denarium. De carrega de azezte vel de coriis boum vel zevrorum vel cervorum dent medium marabitinum. De carrega de cera medium marabitinum. De carrega de anil vel de pannis vel de pellibus coneliorum vel de coriis vermelii vel albis, vel de pipere vel de grana unum marabitinum. De bragale duos denarios, de vestitu de pellibus III denarios. De lino vel de alliis vel de cepis, decimam. De piscaito de fora, decimam. De concas vel de vasis ligneis decimam. Et pro omnibus hiis carregis quas vendiderint homines de fora et portagium dederint, si alias proprias emerint non dent portagium ex eis. De carrega panis vel salis quam vendiderint vel emerint homines de fora, de bestia cavalari vel mulari, dent III denarios. De asinari, III medalias. Mercatores ville naturales qui soldadam dare voluerint, recipiatur ab eis. Si autem soldadam dare noluerint dent portagium. De carrega de piscaito quam inde levaverint homines de fora, dent VI denarios. Pedites dent octavam vini et lini. Balistarii habeant

forum militum. Mulier militis que viduaverit habeat honorem militis usque nubat, et si nupserit pediti, faciat forum peditis. Miles qui senuerit vel ita debilitaverit quod exercitum facere non possit, stet in honore suo. Si autem mulier militis viduata talem filium habuerit qui cum ea in domo contineatur et cavalariam facere potuerit, faciat eam pro matre. Almocreve qui per almocravariam vixerit, faciant forum suum semel in anno. Miles vero qui equum suum aut bestias suas ad almocravariam miserit, nullum forum de almocravaria faciat. Coneliarius qui iverit ad sogeyram, et illuc manserit det follem unius conelii. Et qui illuc moratus fuerit, octo diebus vel amplius, det unum conelium cum pelle sua. Et coneliarius de fora, det decimam quociens venerit. Moratores de Castromarim qui panem suum vel vinum vel ficus vel oleum in aliis locis habuerint et ad Castromarim illud ad opus sui duxerint et non ad revendum, non dent inde portagium. Qui cum aliquo rixaverit et post rixam domum suam intraverit, et ibi irato consilio acceperit fustem vel purrinam et eum percutserit, pectet XXX solidos. Si autem inconsulte et casu accidente percutserit, nichil pectet. Inimicus de fora non intret villam super inimicum suum nisi per treugas aut pro directo illi dare. Si equus alicujus aliquem occiderit, dominus equi pectet aut equum aut homicidium quod horum domino equi placuerit. Et clericus habeat forum militis per totum, et si cum muliere inventus turpiter fuerit, maiordomus non mittat manum in eum nec aliquo modo eum capiat, sed mulierem capiat si voluerit. De madeyra que venerit per aquam, dent decimam. De atalaya de villa debet Rex tenere medietatem et milites medietatem suis corporibus. Miles de Castromarim cui meus dives homo beneficerit de terra sua vel de habere suo, per quem eum habeat, ego recipiam eum meo diviti homini in numero suorum militum. Maiordomus vel sagio ejus non ad domum militis vadat sine portario pretoris. Et meus nobilis homo qui Castromarim de me tenuerit, non mittat ibi alium alcayde nisi de Castromarim. De casis quas mei nobiles homines aut freires aut hospitalarii aut monasteria in Castromarim habuerint, faciant forum ville sicut ceteri milites de Castromarim. Ganatum perditum quod maiordomus invenerit, teneat illud usque ad tres menses et per singulos menses faciat de eo preconem dari ut si dominus ejus venerit, detur ei. Si autem dominus ejus dato precone usque ad tres menses non venerit tunc maiordomus faciat de eo comodum suum. De cavalgada de alcayde nichil accipiat alcayde pervim, nisi quod ei milites amore suo dare voluerint. De cavalgada sexaginta militum et supra dividant mecum in campo. Faber aut çapatarius, aut pi/fl. 142 litarius qui in Castromarim casam habuerit et in ea laboraverit, non det de ea ullum forum. Et qui maurum fabrum aut çapatarium habuerit et in domo sua laboraverit, non det pro eo forum. Qui autem ministeriales ferrarii aut çapatarii fuerint, et per officium suum vixerint et casas non habuerint veniant ad tendas meas et faciant michi meum forum. Qui equum

vendiderit aut comparaverit vel maurum extra Castromarim ubi eum comparaverit aut vendiderit ibi det portagium. Et pedites quibus suum habere debuerint dare, dent inde decimam maiordomo. Et maiordomus det eis directum pro decima, et si pro decima eis dare directum noluerit, tunc pretor faciat eis directum dari per portarium suum. Et homines qui habitaverint in hereditatibus de Castromarim si furtum fecerint, ut supradictum est, componatur medietatem Regi, et medietatem domino hereditatis. Moratores de Castromarim non dent luytosam. Adaliles de Castromarim non dent quintam de quinione suorum corporum. Milites de Castromarim non teneant çagam in exercitu Regis. Panetarie dent pro foro de tringita panibus unum. Portagia vero et forum et quinte sarracenorum et aliorum persolvantur sicut consuetudo est, exceptis hiis que superius scripta sunt et vobis relinquo. Et pro alcaydaria de una bestia que venerit de fora cum piscato det duos denarios. Et de barca de piscato minuto II denarios et de toto alio piscato dent suum forum. Hec itaque omnia scripta vobis do pro foro et concedo et ad hec eat maiordomus testimonio bonorum hominum et non ad alia. Milites de Castromarim testificantur cum infançonibus de Portugali. Qui eciam aliquem calcaribus percusserit et testimonio bonorum hominum convictus fuerit, pectet quingentos soldos. De navigio vero mando ut alcayde et duo spadelarii et unus petintal habeant forum militum. Concedo eciam vobis ut nunquam intrent in navigium meum pedites de Castromarim contra suam voluntatem, sed in eorum <sit> beneplacito venire per terram aut per mare venire ad obsequium meum. Siquis igitur factum meum istud vobis firmiter servaverit benedictionibus dei et mei repleatur. Qui vero illud frangere voluerit maledictionem dei et mei consequatur. Facta carta in Ulixbona, VIII.<sup>a</sup> die Julii, Rege mandante, Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> qintadecima.

Comes donnus Gonsalvus Garsie alferaz tenens Neviam confirmat, donnus Johannes de Avoym maiordomus tenens Elboram confirmat, donnus Alfonsus Lupi tenens Ripam Minii confirmat, donnus Didacus Lupi tenens terram de Lameco confirmat, donnus Martinus Alfonsi tenens Chaves confirmat, donnus Martinus Egidii tenens Elbas confirmat, donnus Menendus Roderici de Briteyros tenens Mayam confirmat, donnus Petrus Poncii confirmat, donnus Petrus Johannis de Portel tenens Leyrenam confirmat, donnus Petrus Johannis tenens Trasserram confirmat, donnus Martinus Johannis de Vinali tenens Panoyas confirmat.

Donnus Alfonsus Petri Farina, Martinus Dade pretor Sanctarene, testes.

Rodericus Gomecii, Rodericus Menendi, superjudices, Petrus Pelagii vice superjudex, confirmant.

Petrus Martini Caseval testis, Stephanus Petri de Ratis, Dominicus Johannis Jardus, clericu domini Regis, testes.

Donnus Ordonius archiepiscopus Bracharensis confirmat, donnus Vincentius Portugalensis episcopus confirmat, ecclesia Colim briensis vacat<sup>311</sup>, ecclesia Visensis vacat<sup>312</sup>, donnus Matheus Ulixbonensis episcopus confirmat, donnus Durandus Elborensis episcopus confirmat, frater Valascus Egitaniensis episcopus confirmat, frater Bartholameus Silvensis episcopus confirmat,

Donnus Stephanus Johannis cancellarius confirmat, Jacobus Johannis scribanus domini Regis notuit.

[672]

*1277 Julho 22, Lisboa — Aforamento de um casal em Orjariça (fr. Santa Maria do Castelo e S. Miguel, c. Torres Vedras) a Miguel Gonçalves e sua mulher.*

**Carta de foro de casali de Orjariça facta Micaheli Gonsalvi in termino de Turribus Veteribus**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii una cum uxore mea Regina donna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia et filiis et filiabus nostris Infantibus donno Dionisio, donno Alfonso, donna Blanca, donna Sancia, do et concedo vobis Michaeli Gonsalvi et uxori vestre et successoribus vestris ad forum illud meum casale quod est in loco qui vocatur Orjariça, in termino de Turribus Veteribus, tali pacto quod detis inde michi annuatim et successoribus meis tertiam partem de pane et de lino et de vino et de oleo et de leguminibus et de alliis et de cebolis que deus ibi dederit, et unum caponem et unam fogaciam. Et vos debetis istud casale populare et laborare et non debetis illud vendere nec donare nec cambiare nec atestare nec helemosinare nec aliquo modo alienare, ordini nec militi nec prelado nec clerico nec domine generose nec scutifero nec alicui persone religiose, sed si illud vendere vel donare volueritis, vendatis vel donetis illud tali homini qui faciat inde michi et meis successoribus complete forum supradictum. In cuius rei testimonium do vobis istam meam cartam. Data Ulixbona, XXII die Julii, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum et per Petrum Johannis repositorium maiorem et per Dominicum Vincentii suum clericum.

Jacobus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XV.<sup>a</sup>.

---

<sup>311</sup> Segue-se *confirmat*.

<sup>312</sup> Segue-se *confirmat*.

*1277 Julho 23, Lisboa — Aforamento de uma tenda em Elvas, nos Açouques, a Pedro Domingues e sua mulher Sancha Martins.*

246

### **Carta de foro de tenda de Elbis facta Petro Dominici**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego, Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii, do et concedo vobis Petro Dominici et uxori vestre Sancie Martini et omnibus vestris successoribus illam meam tendam quam habeo [fl. 142v] in Elbis in Açouguis, de qua isti sunt termini: in ouriente et in oucidente rua; in aquilone Stephanus Martini; in africo Dominicus Martini alfayate. Videlicet quod vos detis inde michi et omnibus successoribus meis annuatim pro foro XII libras, de quibus libris debetis dare medietatem pro festo Pascatis, et aliam medietatem pro festo sancti Michaelis de Septembro. Et non debetis ipsam tendam nec partem de ea vendere nec donare nec cambiare nec atestare nec emplazare nec elemosinare nec aliquo modo alienare, militi nec scutifero nec domine generose nec ecclesie nec monasterio nec clero nec alicui alii persone religiose. Sed si eam vendere vel donare volueritis, vendatis vel donetis eam tali homini qui michi et omnibus successoribus meis faciat complete predictum forum. In cuius rei testimonium do vobis istam meam cartam. Data Ulixbona, XXIII.<sup>a</sup> die Julii, Rege mandante.

Martinus Dominici notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XV.<sup>a</sup>.

*1277 Julho 23, Lisboa — Aforamento de uma tenda em Elvas, nos Açouques, a João Gonçalves e sua mulher Mor Peres.*

### **Carta de foro de tenda de Elbis facta Johanni Gonsalvi**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego, Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii, do et concedo vobis Johanni Gonsalvi et uxori vestre Maiori Petri et omnibus vestris successoribus illam meam tendam quam habeo in Elvis que est in açouguis de qua isti sunt termini: in ouriente et in oucidente rua; in aquilone Martinus Petri faber; in africo Stephanus Martini. Videlicet quod vos detis inde michi et omnibus successoribus meis annuatim pro foro terdecim libras, de quibus debetis dare medietatem pro festo Pascatis, et aliam medietatem pro festo sancti Michaelis de Septembro. Et non debetis ipsam tendam nec partem de ea vendere nec donare nec cambiare nec atestare nec emplazare nec elemosinare nec aliquo modo alienare, militi nec scutifero nec domine generose

nec ecclesie nec monasterio nec clero nec alicui alii persone religiose. Sed si eam vendere vel donare volueritis, vendatis vel donetis eam tali homini qui michi et omnibus successoribus meis faciat complete predictum forum. In cuius rei testimonium do vobis istam meam cartam. Data Ulixbona, XXIII die Julii, Rege mandante.

247

Martinus Dominici notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XV.<sup>a</sup>.

[675]

*1277 Julho 23, Lisboa — Aforamento de uma tenda em Elvas, nos Açoques, a Estêvão País Pão e Água.*

**Carta de foro de tenda de Elbis facta Stephano Pelagii**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego, Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii, do et concedo vobis Stephano Pelagii dicto Panis et Aqua et uxori vestre Marie Martini et omnibus vestris successoribus illam meam tendam quam habeo in Elvis que est in Açoquuis, cuius termini isti sunt: in ouriente et in ouci[al]ente rua; in aquilone Martinus Michaelis; in africo Dominicus Dominici Olhalvo. Videlicet quod vos detis inde michi et omnibus successoribus meis annuatim pro foro terdecim libras et medium, de quibus debetis dare medietatem pro festo Pascatis et aliam medietatem pro festo sancti Michaelis de September. Et non debetis ipsam tendam nec partem de ea vendere nec donare nec cambiare nec atestare nec emplazare nec elemosinare nec aliquo modo alienare, militi nec scutifero nec domine generose nec ecclesie nec monasterio nec clero nec alicui alii persone religiose. Sed si eam vendere vel donare volueritis, vendatis vel donetis eam tali homini qui michi et omnibus successoribus meis faciat complete predictum forum. In cuius rei testimonium do vobis istam meam cartam. Data Ulixbona, XXIII<sup>a</sup> die Julii, Rege mandante.

Martinus Dominici notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XV.<sup>a</sup>.

[676]

*1277 Julho 23, Lisboa — Aforamento de uma tenda em Elvas, nos Açoques, a Domingos Domingues Olhalvo e sua mulher Maria Domingues.*

**Carta de foro de tenda de Elbis facta Dominico Dominici dicto Olalvo**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego, Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii, do et concedo vobis Dominico Dominici Olalvo et uxori vestre Marie Dominici et omnibus successoribus vestris illam meam tendam quam

habeo in Elvis que est in Açouguis, cujus isti sunt termini: in ouriente et in oucidente rua; in aquilone Stephanus Pelagii Panis et Aqua; in ariquo Nicholaus Vincentii. Videlicet quod vos detis inde michi et omnibus successoribus meis annuatim pro foro terdecim libras et medium, de quibus debetis dare medietatem pro festo Pascatis, et aliam medietatem pro festo sancti Michaelis de Septembro. Et non debetis ipsam tendam nec partem de ea vendere nec donare nec cambiare nec atestare nec emplazare nec elemosinare nec aliquo modo alienare, militi nec scutifero nec domine generose nec ecclesie nec monasterio nec clero nec alicui alii persone religiose. Sed si eam vendere vel donare volueritis, vendatis vel donetis eam tali homini qui michi et omnibus successoribus meis faciat complete predictum forum. In cujus rei testimonium do vobis istam meam cartam. Data Ulixbona, XXIII.<sup>a</sup> die Julii, Rege mandante.

Martinus Dominici notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XV.<sup>a</sup>.

[677]

*1277 Julho 23, Lisboa — Aforamento de uma tenda em Elvas, nos Açougues, a Domingos Barcelos e sua mulher Urraca Peres e a João Galego.*

#### **Carta de foro de tenda de Elbis facta Dominico Barcelos**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego, Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii, do et concedo vobis Dominico Barcelos et uxori vestre Orrace Petri et Johanni Galleco alfayate et omnibus successoribus vestris illam meam tendam quam habeo in Elvis, que est in Açouguis, cujus isti sunt termini: in ouriente et in oucidente et in aquilone rua; in ariquo Petrus Pardal. Videlicet quod vos detis inde michi et omnibus successoribus meis annuatim pro foro quindecim libras, de quibus debetis dare medietatem pro festo sancti Michaelis de Septembro et aliam medietatem pro festo Pascatis. Et non debetis ipsam tendam nec partem de ea vendere nec donare nec cambiare nec atestare nec emplazare nec elemosinare nec aliquo modo alienare, militi nec scutifero nec domine generose nec ecclesie nec monasterio nec clero nec alicui alii persone religiose. Sed si eam vendere vel donare volueritis, vendatis vel donetis eam tali homini qui michi et omnibus meis successoribus faciat *fl. 143*/complete predictum forum. In cujus rei testimonium do vobis istam cartam. Data Ulixbona, XXIII.<sup>a</sup> die Julii, Rege mandante.

Martinus Dominici notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XV.<sup>a</sup>.

*1277 Julho 23, Lisboa — Aforamento de uma tenda em Elvas, nos Açouques, a Martim Peres ferreiro e sua mulher Maria Anes.*

**Carta de foro de tenda de Elbis facta Martino Petri ferrario**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii, do et concedo vobis Martino Petri ferrario et uxori vestre Marie Johannis et omnibus successoribus vestris illam meam tendam quam habeo in Elvis que est in Açouguis, de qua isti sunt termini: in ouriente et in oucidente rua; in aquilone Nicholaus Vincentii; et in africo rua. Videlicet quod vos detis inde michi et omnibus successoribus meis annuatim pro foro quindecim libras de quibus debetis dare medietatem pro festo Pascatis, et aliam medietatem pro festo sancti Michaelis de Septembro. Et non debetis ipsam tendam nec partem de ea vendere nec donare, nec cambiare nec atestare, nec emplazare, nec elemosinare, nec aliquo modo alienare, militi, nec scutifero, nec domine generose, nec ecclesie, nec monasterio, nec clero, nec alicui alii persone religiose. Sed si eam vendere vel donare volueritis, vendatis vel donetis eam tali homini qui michi et omnibus successoribus meis faciat complete predictum forum. In cuius rei testimonium do vobis istam meam cartam. Data Ulixbona, XXIII.<sup>a</sup> die Julii, Rege mandante.

Martinus Dominici notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XV.<sup>a</sup>.

*1277 Julho 23, Lisboa — Aforamento de uma tenda em Elvas, nos Açouques, a Nicolau Vicente e sua mulher Elvira Martins.*

**Carta de foro de tenda de Elbis facta Nicholao Vincentii**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego, Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii, do et concedo vobis Nicholao Vincentii et uxori vestre Elvire Martini et omnibus vestris successoribus illam meam tendam quam habeo in Elvis, in Açouguis, de qua isti sunt termini: in ouriente et in oucidente rua; in aquilone Dominicus Dominici Olhalvo; in africo Martinus Petri faber. Videlicet quod vos detis inde michi et omnibus successoribus meis annuatim pro foro terdecim libras et medium, de quibus debetis dare medietatem pro festo Paschatis et aliam medietatem pro festo sancti Michaelis de Septembro. Et non debetis ipsam tendam nec partem de ea vendere nec donare, nec cambiare, nec atestare, nec emplazare, nec elemosinare, nec aliquo modo alienare, militi nec scutifero nec domine generose nec ecclesie, nec monasterio, nec clero, nec alicui alii persone

religiose. Sed si eam vendere vel donare volueritis, vendatis vel donetis eam tali homini qui michi et omnibus meis successoribus faciat complete predictum forum. In cuius rei testimonium do vobis istam meam cartam. Data Ulixbona, XXIII.<sup>a</sup> die Julii, Rege mandante.

Martinus Dominici notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XV.<sup>a</sup>.

[680]

*1277 Julho 23, Lisboa — Aforamento de uma tenda em Elvas, nos Açouques, a Martim Miguéis e sua mulher Domingas Martins.*

### **Carta de tenda de Elbis facta Martino Michaelis**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego, Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii, do et concedo vobis Martino Michaelis et uxori vestre Dominice Martini et omnibus successoribus vestris illam meam tendam quam habeo in Elvis que est in Açouguis, cujus isti sunt termini: in ouriente et in ouidente rua; in aquilone Adela alfayate; in affrico Stephanus Pelagii Panis et Aqua. Videlicet quod vos detis inde michi et omnibus successoribus meis annuatim pro foro quindecim libras et medium, de quibus debetis dare medietatem pro festo sancti Michaelis, et aliam medietatem pro festo Pascatis. Et non debetis ipsam tendam nec partem de ea vendere nec donare, nec cambiare, nec atestare, nec emplazare nec elemosinare, nec aliquo modo alienare, militi nec scutifero nec domine generose, nec ecclesie, nec monasterio, nec clero, nec alicui alii persone religiose. Sed si eam vendere vel donare volueritis, vendatis vel donetis eam tali homini qui michi et omnibus successoribus meis faciat complete predictum forum. In cuius rei testimonium do vobis istam meam cartam. Data Ulixbona, XXIII.<sup>a</sup> die Julii, Rege mandante.

Martinus Dominici notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XV.<sup>a</sup>

[681]

*1277 Julho 23, Lisboa — Aforamento de uma tenda em Elvas, nos Açouques, a Adele Mouro.*

### **Carta de tenda de Elbis facta Adele Mauro**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego, Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii, do et concedo tibi Adela Mauro et omnibus successoribus tuis illam meam tendam quam habeo in Elvis que est in Açouguis, de qua isti sunt termini: in ouriente et in ouidente rua; in aquilone Gonsalvus

Dominici; in affrico Martinus Michaelis de Badaloui. Videlicet quod tu et omnes successores tui detis inde michi et omnibus successoribus meis annuatim pro foro decem et sex libras et medium, de quibus debetis dare medietatem pro festo Pascatis, et aliam medietatem pro festo sancti Michaelis de Septembro. Et non debetis ipsam tendam vendere, nec partem de ea, nec donare nec cambiare nec atestare nec elemosinare nec emplazare nec aliquo modo alienare, militi nec scutifero nec domine generose nec ecclesie nec monasterio nec clero nec alicui alii persone religiose. Sed si eam vendere vel donare volueritis, vendatis vel donetis eam tali homini qui michi et omnibus successoribus meis faciat complete dictum forum. In cuius rei testimonium do vobis istam meam cartam. Data Ulixbona, XXIII.<sup>a</sup> die Julii, Rege mandante.

Martinus Dominici notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XV.<sup>a</sup>.

[682]

*1277 Agosto 13, Lisboa — Aforamento de um casal em Louredo (fr. Abragão, c. Penafiel) a João Abril e a Domingos Pais e respectivas mulheres.*

### **Carta de foro casalis de Penafidelis**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego, Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii, do et concedo vobis Johanni Aprilis et Dominico Pelagii et uxoribus et omnibus vestris successoribus ad forum pro ad semper illud meum casale de sub carraria quod ego habeo in Pena Fideli in loco qui dicitur Louredo, tali videlicet pacto quod vos et omnes successores vestri detis inde michi et omnibus successoribus meis annuatim quintam partem de pane, de vino, de lino, et de leguminibus, et pro directuris unam spatulam de *[fl. 143v]* porco, de novem costis, et unum cabritum, et tres alqueires de castaneis siccis, et unam medium libram de cera, et unam gallinam cum viginti ovis. Et vos nec successores vestri non debetis ipsum casale nec partem de eo vendere<sup>313</sup> nec donare nec emplazare nec atestare nec aliquo modo alienare, militi nec scutifero nec domine generose nec ecclesie nec ordini nec alicui alii potenti. Sed si eum vendere vel donare volueritis, vendatis vel donetis eum tali homini laboratori qui michi et omnibus successoribus meis faciat complete predictum forum. In cuius rei testimonium do vobis istam meam cartam. Data Ulixbona, XIII.<sup>a</sup> die Agusti, Rege mandante per Petrum Pelagii vice superjudicem.

Martinus Dominici notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XV.<sup>a</sup>.

---

<sup>313</sup> Repete *vendere*.

*1277 Agosto 13, Lisboa — Aforamento de um casal em Louredo (fr. Abragão, c. Penafiel) Martim Mendes Chavas e Domingos Anes de Penedelo.*

### **Carta de foro casalis de Louredo de Penafidelis**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego, Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii, do et concedo vobis Martino Menendi dicto Chavas et Dominico Johannis de Penedelo et uxoribus et omnibus successoribus vestris ad forum pro ad semper, illud meum casale de super carraria quod ego habeo in Penafideli, in loco qui dicitur Louredo, tali videlicet pacto quod vos et omnes successores vestri detis inde michi et successoribus meis annuatim quintam partem de pane, de vino, de lino et de leguminibus, et pro directuris unam spatulam de porco de novem costis, et unum cabritum, et tres alqueires de castaneis siccis, et unam medium libram de cera, et unam gallinam cum viginti ovis. Et vos non debetis nec successores vestri ipsum casale nec partem de eo vendere nec donare nec atestare nec emplazare nec aliquo modo alienare, militi nec scutifero nec domine generose nec ecclesie nec ordini nec alicui alii potenti. Sed si eum vendere vel donare volueritis, vendatis vel donetis eum tali homini laboratori qui michi et successoribus meis faciat predictum forum. In cuius rei testimonium do inde vobis istam meam cartam. Data Ulixbona, XIII.<sup>a</sup> die Agusti, Rege mandante per Petrum Pelagii vice superjudicem.

Martinus Dominici notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XV.<sup>a</sup>.

*1277 Agosto 28, Lisboa — Carta ao almoxarife e aos escrivães de Silves, mandando que dêem a foro os reguengos de Silves, metade aos sarracenos e metade aos cristãos.*

### **Carta de foro de regalengo de Silve facta christianis et sarracenis**

Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii, vobis Dominico Petri meo almoxariffo et meis scribanis de Silve, salutem. Mando vobis quod vos detis medietatem de meis regalenguis de Silve sarracenis ad forum, et christianis aliam medietatem ad forum. Scilicet quod dent annuatim michi et meis successoribus quartam partem de pane et de lino et de vino et de alliis et de cepis et de leguminibus et de oleo et de molendinis similiter quartam partem sicut michi dant de omnibus istis, in Ulixbona et in terminis suis. Et ipsi sunt defensi et emparati sicut sunt in Ulixbona illi qui in meis regalenguis habitant. Et vos almoxarifus

teneatis eos in garda et sitis suus vicarius et faciatis quod faciant directum quando aliquis eos demandaverint, sicut faciunt illi qui in meis regalengis Ulixbone morantur. Et christiani veniant ad me cum vestra carta et ego dabo eis cartam de foro pro ad se et pro suis successoribus pro ad semper. Data Ulixbona. XXVIII die Agusti, Rege mandante per donnum Johannem de Avoym suum maiordomum.

253

Jacobus Johannis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XV.<sup>a</sup>.

[685]

*1277 Dezembro 25, Lisboa — Carta permitindo pescar na freguesia do Castelo do Neiva (c. Viana do Castelo), pagando o respectivo direito.*

**Carta per que El Rey Dom Alfonso mandou que pescasem em Neiva e dessem a el seu derecho**

Don Alfonso pela graça de deus Rey de Portugal e do Algarve, a todos aqueles que esta mha carta virem faço saber que eu mando e outorgo que todos aqueles que de fora parte quiserem venir pescar na pescaria da freeguesia da mha egreja de Santiago de Nevha, que venham hy pescar e dem a mi meu navao derecto e quando esses homees que hy veerem pescar se quiserem ende ir, vaasse en paz e non sejam porem teundos nem chamados por foreyros, salvo que esses homees non sejam meus foreyros. E se meus foreyros forem, nom no leyxem porende a seer e façam a mi meu foro assi como usaron a fazer atees aqui. E que esto non venha en dovida, dou ende a Silvestre Martiiz abbade davandicta egreja esta mha carta.

Dada em Lixbona, XXV dias andados de Dezenbro, El Rey o mandou per el conde don Gonçalo et per don Johan de Avoyn seu mayordomo et per Domingos Joahnnes Jardo seu clero.

Vicente Fernandiz a fez. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XV.<sup>a</sup>.

[686]

*1278 Janeiro 8, Lisboa — Carta informando da recepção de uma missiva do mosteiro de Lorvão, transmitindo que recebiam a infanta D. Branca por sua senhora.*

**Karta per que abadessa de Lorvaao e o convento mandavam dizer a El-Rey don Afonso que recebiam donna Branca pro senhor**

Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii universis presentem cartam inspecturis notum facio quod michi quadam littera religiosarum donnarum

abbatisse et conventus de Lorvano eiusdem abbatisse sigillo sigillata per illustrem filiam meam donnam Bra[n]cam presentata, cuius tenor talis est:

“Ao muyto alto senor don Affonso pela graça de deus Rey de Portugal e do Algarve Orraca Rodriguez abbadessa e o convento do moesteyro de Lorvano enviam homildosamente beyjar vossas manos. Sennor, nos per bona parança e per onra de nos e do Moesteyro de Lorvano recebemos a muy nobre Infante donna Branca vossa filha pro senor de nos e do davandito moesteyro, e de todalas cousas que a nos e a esse moesteiro perteence et perteencer devem, e metemos toto so seu poder e so sa garda que ela em nos e em todalas cousas davanditas aja tal e tanto poder qual e quanto a Rayna donna Thareja ouve et acostumeou aaver na abadessa e nas donas e no Moesteyro davandicto, e nas sas cousas. Unde vos pedimos senor por mercee que vos plaza e que o firmedes tam bem por nos come per aquelas que depos nos veerem. Dada no dito Moesteyro de Lorvano, IIII.<sup>o</sup> dias por andar do mes de Dezembro, [fl. 144] Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XV.<sup>a</sup>”

Dictam litteram vidi et diligenter inspici feci et ob reverenciam prehabite donne Brance, et utilitatis prefati monasterii, dictam literam approbans, quicquid in ea continetur, roboro et confirmo. Necnon quicquid ratione juris patronatus in dicto Monasterio habeo et habere debeo, prefate filie mee tempore vite ejus confero et concedo. In cuius rei testimonium do ei istam cartam. Data Ulixbona, VIII die Januarii, Rege mandante.

Jacobus Johanis notavit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XVI.<sup>a</sup>.

[687]

*1278 Janeiro 15, Lisboa — Carta de sentença sobre os limites de Montemor-o-Velho, julgados em corte, devido a conflito com a ordem do Templo.*

### **Karta de juizo sobre los termhos de Monte Maior o Velho per u partem**

Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii, universis presentem cartam inspecturis notum facio quod cum olim esset questio inter me et fratres de Templo, super divisione de terminis de inter Montem Maiorem Veterem et Sauri, et de inter Montem Maiorem et Eguam, de beneplacito nostro fuit ibi facta quedam inquisitio. Et curia mea visa ipsa inquisitione et habitu super ea consilio, fuit michi judicatum pro termino de Monte Maiore quod terminus de Monte Maiore dividatur per portum de Ayras qui portus stat magis directe de Campo Astroso, qui portus est magis chegatus ad Egam, et per fontem de Monte Moyri, qui fons est magis chegatus ad Souri. Et ego do et concedo donne Brance mee filie dictum terminum quod habeat et teneat et possideat illum et habeat inde

totos directos sicut habet de villa de Monte Maiore Veteri. In cuius rei testimonium do et concedo ei istam meam cartam. Data Ulrixbona, XV.<sup>a</sup> die Januarii, Rege mandante per donnum Johanem de Avoym suum maiordomum.

Jacobus Johanis notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XVI.<sup>a</sup>.

255

[688]

1278 Janeiro 11, Lisboa — Carta ao alcaide e aos alvazis de Montemor-o-Velho, mandando que não exijam anúduva aos homens de Santa Cruz, pois estão isentos por privilégio real.

**Karta per que El Rey <mandou> ao conçelho de Monte Maior o Velho que os homees de sancta Crus non fezesem com elles no muro**

Don Alfonso, pela graça de deus Rey de Portugal et do Algarve, a vos alcayde et alvaziis de Monte Mayor o Velho saude. Sabede que fiz chamar perante mim o priol e o convento do Moesteyro de sancta Crux de Coimbra e seus homeens, os quaes am en vossa vila de Monte Mayor e en seus termhos sobre demanda que mha filha donna Blanca lhes entendia<sup>314</sup> a fazer per razon que esses seus homeens fezessem no muro dessa vila com esse concelho e outros foros reaes, esse priol e convento mandarom a mi mostrar privilegios e cartas de meus antecessores e mynhas per que diziam que non eram aaquesto teudos, e eu vistos esses privilegios meus e de meus an[te]cessores e as cartas mandei e mando que esses homeens non sejam a esto teudos en mays que e conteudo en esses privilegios e cartas. Unde vos eu mando que vos non constrengades nen passedes mais en esto contra eles ca o que conteudo en seus pivilegios e cartas, unde al non façades. Dada en Lixbona, XI dias andados de Janeyro, El Rey o mandou per don Alfonso Farina e per Martim Dade et per Pedro Caseval, corregedores dos feytos do Reyno.

Vicente Fernandiz a fez. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XVI.<sup>a</sup>.

E que veja en como fazedes meu mandado, mando que o davandito priol e convento tenham ende esta mha carta.

---

<sup>314</sup> No texto *entendendia*, com a sílaba *den* sopontada.

1278 Fevereiro 23, Lisboa — Doação do castelo e vila da Lourinhã, com todas suas rendas, pertenças e direitos régios, ao infante D. Afonso.

256

**Karta per que El Rey dom Affonso deu a Raynha donna Beatrix<sup>313</sup> a villa da Lourinhãa**

In nome da sancta triidade, do padre e do filho e do spiritu sancto, amen. Por que os homees e a renembrança dos feytos que fazem non podem sempre durar nos corações dos homees que depoys nacem, porem foy achada a escriptura que as cousas traspassadas per firmedoem da scriptura sejam sempre presentes. E porende eu don Affonso pela graça de deus Rey de Portugal e do Algarve en sembra com mha moller Rayna donna Beatrix filha do muy nobre don Affonso Rey de Castella e de Leon, e con meu filho don Dinis, e con mhas filhas donna Branca e donna Sancha, con todo meu sen, e com todo meu entendimento, en mha vida, e en mha saude, e de mha bona voontade, dou e outorgo a vos don Alffonso meu filho, e da sobredicta Rayna donna Beatrix mha molher, o meu castello e a mha villa da Lourinaa con todos seus termyos desse castelho e dessa villa da Lourina, e con todas sas rendas e con todas sas perteeças e con todos aqueles dereytos reaes que eu hy hey, e de derecto devo aver, e con sa coleyta, e con todo outro senhorio real que eu hy ey e de dereyto devo aver, assi en mar, come en terra, assi nas cousas spiritaes, come nas cousas temporaes, por vosso erdamento pera sempre. E daqui avante me parto e me sayo de todo aquel dereyto que eu hy ei e de dereyto devo aver, e meto vos en ele per vir d'erdamento pera todo sempre. E aquel e aqueles que esta mha doaçom gardarem assi como e de suzo dicto, aja e ajam a mha beezon e a de deus padre poderoso. E se pela ventura alguu ou alguus contra esta mha doaçam e contra este meu feyto e contra esta mha carta veyrem quiser, ou quiserem, ou embargar ou quebrantar, en nenhuma maneyra non no possa, nem no possam fazer, nem lhy seja estavil, quem quer que contra estas cousas de suzo dictas faça, nem mande fazer, ou queyra, ou queyram fazer. E sobre todo esto aja e ajam a mha maldiçom, e a de deus padre poderoso. E que esta mha doaçom, e esta mha carta, e este meu feyto sejam mays firmes, e mais estavils pera todo sempre e nunca possa veir en duvyda, dou ende a vos dom Affonso meu filho, e da sobredicta Rayna donna Beatrix mha moller, esta mha carta aberta seelada do meu seelho do chumbo, a qual confirmo e revoro com mhas manos proprias. Dado en Lixbona, cinque dias por andar de Fevereyro, El Rey o mandou na Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XVI.<sup>a</sup>.

---

<sup>315</sup> Apesar de a epígrafe dizer que a doação é feita a D. Beatriz, pelo texto conclui-se, com clareza, que a doação é feita ao infante D. Afonso, filho de D. Afonso III e de D. Beatriz.

El conde dom Gonsalo Garsia alferaz teente Nevha, dom Joham d'Avoym mayordomo d'el Rey teente Alentegio, dom Affonso Lopiz teente Souza, dom Diago Lopiz teente Lamego, dom Meem Rodriguez teente a Maya, dom Martim Afonso teente Monte Negro, dom Martim Gil teente Elvas, dom Pedr' Eanes teente Trasserra, don Pedro Ponço, Pedr' Eanes de Portel teente Leyrena, dom Nuno Martiz ayo de dom Dinis teente Bragança, Martim Eanes do Vynal teente Panoyas, Joham Rodriguez de Briteyros, Fernam Perez de Barvosa, confirmam.

Roy Meendiz, Roy Gomez, sobrejuyzes, confirmam. Joham Reymondo alcayde de Lixbona, Vaasco Perez Farina, testemunhas. Joham Lobeyra, Joham Velho, Lourenço Gonçalviz Magro, Abril Perez, Martim Rodriguez Rebotim, testemunhas.

Dom Ordonho arcibispo de Bragaa, dom Vincente bispo do Porto, dom Matheus bispo de Lixbona, dom Duram bispo d'Evora, frey Bartholomeu bispo de Silves, frey Vaasco bispo da Garda, confirmam. A eygreja de Coymbra vaga, a eygreja de Viseu vaga.

Dom Alffonso Perez Faryna, Martino Dade alcayde de Sanctarem, Pedro Affonso de Zamora, Pedro Martinz Caseval, Lopo Rodriguez, Stevam Peres coonigo de Bragaa, Domingos Johanes coonigo de Evora, Domingos Peres copeyro mayor, dom Vivaldo genoies cittadano de Lixbona, testemunhas.

Dom Stevam Eanes chanceler d'el Rey confirma, James Eanes scrivam del Rei a screvyu<sup>316</sup>.

[690]

*1262 Maio, Braga — Carta dos prelados do Reino, solicitando ao Papa o levantamento do interdito e a dispensa de consanguinidade entre o Rei e D. Beatriz.*

**[fl. 144v] Littera prelatorum Regni Portugalie directa domino Pape super dispensatione domini Regi et Regine et filiorum suorum**

Sanctissimo patri ac domino Urbano, divina providencia sacrosante Romane ecclesie summo pontifici, ejusque fratrum reverendo collegio, Martinus ejusdem permissione archiepiscopus Bracarensis, Egidius Tudensis, Vincentius Portugalensis, Egeas Colimbriensis, Martinus Elborensis, Rodericus Egitanensis, Mateus Visensis, Petrus Lamecensis, ecclesiarum ministri humiles, et capitula eorumdem et capitulum Ulixbonensem terram coram beatis pedibus humilibus osculari. Sanctitatis vestre clemencie presentibus intimetur quod olim donnus

---

<sup>316</sup> Os nomes dos confirmantes e testemunhas, a partir do tenente de Bragança, prolongaram a coluna ocupando toda a margem inferior, tendo-se transferido os nomes do chanceler e do escrivão para a margem direita ao lado dos tenentes.

Alfonsus Rex Portugalie Illustris in principio Regis sui propter gravia et evidencia que sibi emminebant et regno pericula evitenda, nobile muliere comitissa Bolonie uxore ejus superstite, nobilem donnam Beatricem natam serenissimi donni Alfonsi Regis Castelle et Legionis, ad huc infra annos nubiles constitutam et quarta sibi consanguineitatis linea actinentem de facto duxit uxorem, ex qua jam geminam prolem noscitur suscepisse. Unde cum propter hoc loca ad que ipsos devenire contingit non absque gravi animarum et rerum et cleri, et populi detrimento, et scandalo, auctoritate sancte memorie Alexandri pape predecessoris vestri supposita sint ecclesiastico interdicto procurante ut dicitur comitissa prefacta, et ea jam sublata de medio Rex idem citra certum sui et regni periculum ac multorum stragem consorcium prefate nobilis non valeat declinare, pietatem vestram flexis genibus exoramus, quatinus ad cautum malum hinc inde vitandum et utilitatem non solum Regis et Regine predictorum sed eciam tocius Regni procurandam et pacem propter deum et tam occasionem tamque evidentem utilitatem dignemini dispensare cum ipsis, ut possint licite, in conjugali copula remanere, et similiter cum ipsorum prole suscepta et eciam suscipienda, ad ipsis ante dispensationem obtentam. Ut ad suscessionem Regni post mortem patris, et ad quislibet alios actos deinceps legitimi habeantur speramus enim et certum habemus quod hoc erit vobis meritorium apud deum, et ecclesie dei ac clero et universis populis Regni hujus admodum fructuosum. Data Bracare, mense Maii, anno domini M.<sup>o</sup> CC.<sup>o</sup> LXII.<sup>o</sup>

[691]

*1261 Março 1, Coimbra — Cartas às autoridades do Reino informando que recebeu sob a sua protecção o chanceler Estêvão Anes com todos os seus bens e os seus homens.*

**Littera domini Regis per quam recipit in comenda donnum Stephanum cancellarium suum cum omnibus bonis suis et suorum<sup>317</sup>**

Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Comes Bolonie, omnibus riquishominibus, pretoribus, judicibus, comendatoribus et alvazilibus et meyrinis, et omnibus aliis de meo Regno, ad quos carta ista pervernerit, salutem et amorem. Sciatis quod ego recipio in mea garda et in mea encomenda et sub mea defensione, Stephanum Johannis dilectum ac fidelem cancellarium meum cum omnibus hominibus et hereditatibus, possessionibus et prestimoniis suis, que

---

<sup>317</sup> Na margem esquerda, em letra diferente mas coeva, repete a epígrafe, acrescentando-se até o patronímico do chanceler (*Johannis*).

tenet et tenuerit tam de me quam de aliis quibuscumque, et cum omnibus rebus suis, mobilibus et inmobilibus, et cum quanto habet in meo Regno. Unde mando firmiter et defendo quod nullus sit ausus pausare in domibus nec in hereditatibus nec in prestimoniis suis, contra voluntatem suam, nec facere sibi in eis, nec in hominibus suis, neque in causis suis, gravamen nec forciam neque tortum, quia quicumque sibi fecerit, remanebit pro meo inimico et calumpniabor ei in corpore et in habere, et pectabit michi quingentos marabitinos pro meo encauto, et insuper emendabit dicto cancellario ad plenum dampnum, quod sibi fecerit aut cui ipse dederit vocem suam. Et ut supradictus meus cancellarius et omnes homines sui et omnes res sue sint melius defensi et amparati, dedi eidem meo cancellario istam meam cartam apertam, mei sigilli munimine communitam in testimonio hujus rei. Data apud civitatem Colimbriensem, prima die Marcii, Rege mandante, Era M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> LXXX.<sup>a</sup> IX.<sup>a</sup><sup>318</sup>

[692]

1284 Janeiro 8, Sevilha — A Rainha D. Beatriz doa o castelo de Moura a D. Vasco Martins Serrão e sua mulher D. Teresa Peres, em recompensa pelos serviços prestados por aquele e por seus irmãos.

**Carta de doação do castelo de Moura a dom Vasco Serram pella Rayna dona Beatriz<sup>319</sup>**

Dona Beatris por graça de deus Rayna de Portugal e do Algarve, etc.. A quantos esta carta virem faço saber que confirmando eu os grandes merecimentos de dom Vasco Martinz Serran meu vasalo filho de dom Martim Ruiz mestre de Calatrava e os muitos serviços que el e sa mulher dona Tareeya Periz inha criada mi figerom e todos os mesteres de caminhos que fige nestes Reinos de Castella e nos de Portugal em que mi sempre acompanharam, e os acinados serviços que o dito dom Vasco e dom frey Alvaro Martinz e dom frey Pedro Martinz maestre de Oclez seus irmãos figerom al Rey meo marido e Senhor que deus perdoe, ajudando o a deitar os mouros do Allgarve, no que figerom grandes despezas do que aviam per nosso serviço e consirando mais como don Alvaro Roiz e seu avo dom Pedro Ruiz façendo guerra aos mouros

---

<sup>318</sup> Este documento conclui-se no início da segunda coluna da fl. 144v. A parte restante da coluna foi deixada em branco até ser preenchida pelo documento que se segue e que, originalmente, não fazia parte deste registo.

<sup>319</sup> Esta carta é um acrescento posterior, em letra diferente, bem mais cursiva que a demais. Tal como outras cartas da mesma rainha, a sua integração tardia, talvez nos inícios da época moderna, aproveitou alguns espaços que permaneceram em branco nesta parte final do Registo.

tomarom o castello de Moura a alcaydeça delle matando lhe seu despozado no caminho, o qual teve e defendeo con seus amigos e soldados enquanto o non largou a ordem do Espital de consentimento dos Reis; e resguardando os grandes devedos do linhagem que ei com elle e con aqueles de que elle decende e a mo pedir o maestre d' Ocles seu irmão por todas estas rezões e por os serviços que espero ainda receber do dicto dom Vasco e por lhe fazer bem e merçee dou lhe a el por herdamento pera todo sempre o meu castello de Moura com todas suas rendas e jurdicoes assi como em outro tempo a ordem do Espital o melhor ouve con entradas e con saidas novas e antigas e con todos seus termos e poços e fontes e montes e rotos e por romper pobrados e por pobrar e con todo outro señorio que eu hi ei <assi e pella guiza que o ouve d'El Rey meu padre><sup>320</sup> per tal preito que depois de sa morte fique a Roy Vasques seu filho e depois da morte desse fique aos hereos dele e que direitamente vierem dessa linha e mando mais ainda que o dito don Vasco e os outros seguintes esta linha possão desse herdamento fazer assi como de sa propria possesson e prometo en bôa fee que nunqua contra esta doaçon venha e mando firmemente e defendo so pena de maldiçon de deus e minha que nenhum seja ouzado que contra esta inha va, mais aquel ou aqueles que a britar quigerem non possam nem valha, mais sol pola tentaçon aja a pena de suzo dita, e peite a esse dom Vasco ou aqueles que de suzo son escritos mil marabitinos da bôa moeda e a doaçon fique firme em si e por este ser mais firme e mais estavel e non vir em duvida dou ende a el esta inha carta que tenha em testemunho seelada do meu selo. Data en Sevilha, VIII de Janeyro. A Rayna o mandou per Martim Paaiz seu chançaler e por frey Juyaam seu capelaam.

Stevam Perez a fez. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> XX.<sup>a</sup> II.<sup>a</sup>.

Eu Martim Paaiz chançaler da Rayna fuy presente. Ego frater Julianus capelanus domine Regine fui presente. Eu frey Alvaro Paaez o teólogo, testemunha. Eu Vicente Soares scrivaam da Rayna fui presente<sup>321</sup>.

[693]

1271 Maio 24, Lisboa — Foral de Evora Monte (c. Estremoz).

#### *[fl. 145] Carta de foro de Evoramonte*

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii una

<sup>320</sup> O que vem entre <> foi acrescentado na margem inferior, com chamada para o texto.

<sup>321</sup> Em nota de difícil leitura, de cuja interpretação não estamos seguros, no fim do texto, acrescenta-se: *adviso que esta letra e outra que vem adiante he impostura por ma guarda dos amciaes pasados.*

cum uxore mea Regina donna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia, et filiis et filiabus nostris Infantibus donno Dionisio donno Alfonso, donna Blanca, et donna Sancia, facio cartam de foro vobis omnibus populatoribus de mea villa que vocatur Evoramonte et eidem ville pro terminis confero et assigno. Videlicet quomodo partitur ex una parte cum Estremoz per Teram, deinde cum Alandroal, et per Alvices, deinde quomodo dividit cum termino de Terena, et cum Monsaraz, per aquam de Alcorvisca, quomodo intrat ipsa aqua in Paredeelas, et de Paredeelas ad infestum per aquam de Alarucha, et deinde quomodo vadit ad fontem de Figueyra, et de ipso fonte quomodo vadit ad aquam de Carvalio, et deinde quomodo vadit ad aquam de Çafargela, quomodo vadit ad Teram. Do et concedo vobis predictam villam ad habitandum jure hereditario per forum per quod jura regalia inferius plenarie scripta michi et successoribus meis, a vobis et a successoribus vestris persolvantur. Do itaque vobis pro foro ut qui publice coram bonis hominibus casam violenter cum armis ruperit, pectet quingentos solidos et hoc sit sine vozeyro. Et si infra domum ruptor occisus fuerit, occisor vel dominus domus pectet unum marabitinum. Et si ibi vulneratus fuerit, pectet pro eo medium marabitinum. Similiter pro homicidio et rauso publice facto, pectet quingentos solidos. Pro merda in bucca, sexaginta solidos pectet testimonio bonorum hominum, furtum cognitum testimonio bonorum hominum, novies componatur. Qui relegum vini Regis ruperit et in relego vinum vendiderit et inventum fuerit testimonio bonorum hominum, primo pectet quinque solidos, et secundo quinque solidos. Et si tercio inventum fuerit testimonio bonorum hominum, vinum totum effundatur et arcus cuparum incindantur<sup>322</sup>. De vino de fora de unaquaque carrega unum almude, et vendatur illud in relego. De jugada vero hoc mando ut usque ad Nathalem domini trahatur, et de unoquoque jugo boum dent unum modium milii vel tritici<sup>323</sup> quale laboraverint, et si de utroque laboraverint de utroque dent per alqueire directum ville, et sit quartarius de quatuordecim alqueiriis, et meciatur sine brachio curvato et tabula supraposita. Et parceyro de cavaleyro qui boves non habuerit non det jugatam. Et habitatores de Evoramonte habeant libere<sup>324</sup> tendas, furnos panis scilicet et ollarum. Et de furnis de telia dent decimam. Qui hominem extra cautum occiderit, pectet sexaginta solidos. Et qui vulneraverit hominem extra cautum, pectet triginta solidos. Qui in platea aliquem armis vulneraverit, pectet medietatem homicidii. Qui arma per iram denudaverit vel a domo ea extraxerit per iram et non percusserit, pectet sexaginta solidos. Et homines de Evoramonte habeant hereditates suas populatas, et illi qui in eis habitaverint pectent pro homicidio et

<sup>322</sup> No texto: *inscindantur*.

<sup>323</sup> Segue-se um / sopontado.

<sup>324</sup> No texto: *libereras*, com a sílaba *ras* sopontada.

rausso noto et merda in buca sexaginta solidos, medietatem scilicet Regi, et  
medietatem domino hereditatis, et eant in apelidum Regis et nullum aliud forum  
faciant Regi. Et almotaçaria sit de concilio, et mittatur almotace per pretorem et  
concilium ville. Et dent de foro de vacca unum denarium, et de zevro unum  
denarium, et de cervo unum denarium, et de bestia de piscato unum denarium,  
et de judicato similiter, et de alcavala tres denarios, de cervo et de zevro et de  
vaca et de porco unum denarium, et de carneyro unum denarium. De equo vel  
de mula vel de mulo quem vendiderint vel emerint homines de fora, a decem  
marabitinis et supra dent unum marabitinum, et a decem marabitinis et infra dent  
medium marabitinum. De equa vendita vel comparata duos solidos, et de bove  
II.<sup>os</sup> solidos, et de vaca I solidum, et de asino I solidum, et de asina I solidum.  
De mauro et de maura medium marabitinum. De porco vel de carneyrio duos  
denarios. De caprone vel de capra unum denarium. De carrega de azeyte vel de  
coriis boum vel zevrorum vel cervorum dent medium marabitinum. De carrega  
de cera medium marabitinum. De carrega de anil vel de pannis vel de pellibus  
coniliorum vel de coriis vermelii vel albis vel de pipere vel de grana unum  
marabitinum. De bracali duos denarios. De vestitu de pellibus tres denarios. De  
lino vel de alliis vel de cepis decimam. De piscato de fora decimam. De concas  
vel de vasis ligneis decimam, et pro omnibus hiis carrigis quas vendiderint  
homines de fora et portagium dederint, si alias proprias emerint, non dent  
portagium ex eis. De carrega panis vel salis quam vendiderint vel emerint  
homines de fora, de bestia cavalari vel mulari, dent tres denarios. De asinari, tres  
medalias. Mercatores naturales ville qui soldadam dare voluerint recipiatur ab  
eis, si autem soldadam dare noluerint, dent portagium. De carrega de piscato  
quam inde homines de fora levaverint, dent sex denarios. Cavom si laboraverit  
triticum, det unam taeygam, et si laboraverit milium, similiter. Et de geyras de  
bobus unum quartarium de tritico vel de milio quod laboraverit. Pedites dent  
octavam vini et lini. Balistarii habeant forum militum. Mulier militis que  
viduaverit, habeat honorem militis usque nubat, et si nupserit pediti, faciat forum  
peditis. Miles qui senuerit vel ita debilitaverit quod exercitum facere non possit,  
stet in honore suo. Si autem mulier militis viduata talem filium habuerit qui cum  
ea in domo contineatur et cavalariam facere potuerit, faciat *[fl. 145v]* eam pro  
matre. Almocreve qui per almocravariam vixerit faciat suum forum semel in  
anno. Miles vero qui equum suum aut bestias suas ad almoqravariam miserit,  
nullum forum de almoqravarria faciat. Coniliarius qui fuerit ad sogeyram et illuc  
manserit, det unam pellem conelii. Et qui illuc moratus fuerit octo diebus et  
amplius, det unum conelium cum sua pelle. Coniliarius de fora det decimam  
quociens venit. Moratores de Evoramonte qui suum panem, vinum, vel ficus vel  
oleum in aliis locis habuerint et ad Evoramonte illud ad opus suum duxerint et

non ad revendendum, non dent inde portagium. Qui cum aliquo rixaverit et post rixam domum suam intraverit ibi inico consilio acceperit fustem vel porrinam et eum percusserit pectet triginta solidos. Si autem inconsulte et casu accidente percusserit, nichil pectet. Inimicus de fora non intret villam super inimicum suum nisi per treugas vel pro dare illi directum. Si equus alicujus aliquem occiderit, dominus equi pectet aut equum aut homicidium quod horum domino equi placuerit. Clericus habeat forum militis per totum, et si cum muliere inventus turpiter fuerit, non mittat maiordomus non mittat maiordomus in eum manus nec aliquo modo capiat eum, sed capiat mulierem si voluerit. De atalaya de villa debet Rex tenere medietatem et milites medietatem suis corporibus. Militem de Evoramonte cui meus riqushomo benefecerit de terra sua vel de suo habere per quod eum habeat, ego eum recipiam meo riquohomini in numero suorum militum. Maiordomus vel ejus sagio non vadant ad domum militis, sine portario pretoris. Et meus nobilis homo qui Evoramonte de me tenuerit, non mittat ibi alium pretorem nisi de Evoramonte. De casis quas mei nobiles homines aut freyres aut hospitalarii vel monasteria in Evoramonte habuerint, faciant forum ville sicut ceteri milites de Evoramonte. Ganatum perditicium quod maiordomus invenerit, teneat illud usque ad tres menses, et per singulos menses faciat de eo preconem dari ut si dominus ejus venerit, detur ei. Si autem dominus ejus dato precone usque ad tres menses venerit, tunc maiordomus faciat de eo suum comodum. De cavalgada pretoris nichil pervim pretore accipiat, nisi quod milites ei amore suo dare milites voluerint. De cavalgada sexaginta militum et supra, dividant mecum in campo. Faber aut zapatarius vel pelitarius qui in Evoramonte casam habuerit et in ea laboraverit, non det de ea ullum forum. Et qui maurum fabrum aut zapatarium habuerit et in domo sua laboraverit, non det pro eo forum. Qui autem ministeriales ferrarii aut zapatarii fuerint et per officium istud vixerint, et casas non habuerint, veniant ad meas tendas et faciant michi meum forum. Qui equum vendiderit vel comparaverit vel maurum extra villam ubi eum vendiderit vel comparaverit, ibi det portagium. Et pedites quibus dare debuerint suum habere, dent inde decimam maiordomo. Et maiordomus det sibi directum pro decima, et si pro ea noluerit sibi dare directum, tunc pretor faciat eis dari directum per suum portarium. Et homines qui habitaverint in hereditatibus de Evoramonte, si fecerint furtum ut supradictum est, componatur scilicet medietas Regi et medietas domino hereditatis. Moratores de Evoramonte non dent luytosam. Adayles de ipsa villa non dent quintam de quinonibus suorum corporum. Milites ipsius ville non teneant çagam, set teneant deanteyram in exercitu Regis. Panetarie dent pro foro de triginta panibus unum. Portagia vero et forum et quinte sarracenorum et aliorum ita persolvantur sicut consuetudo est, exceptis his que supra scripta sunt et vobis relinquimus. Et pro alcaydaria de una

bestia que venerit de fora, dent duos denarios. Hec itaque omnia prescripta vobis do pro foro et concedo, et ad hec vadat maiordomus testimonio bonorum hominum, et non ad alia. Milites de Evoramonte testificentur cum infantionibus de Portugalia. Quis eciam aliquem calcaribus percusserit et testimonio bonorum hominum convictus fuerit, pectet V.<sup>e</sup> soldos. Do itaque vobis ut nostram almotaçariam habeatis et eam pro voluntate vestra disponatis. Mando eciam quod nec meus pretor ville nec maiordomus nec alvaziles nec aliquis alias audeat forciare nullum hominem de Evoramonte nec de fora de suo vino, nec de suo pane nec de suo piscato, nec de suis carnibus, nec de aliis rebus suis. Ad huc mando quod mei maiordomi non vadant extra villam prehendere homines nec roubare, nec forciare, sed si fecerint calumpnias, faciant eos vocari per portarium pretoris coram pretore et alvazilibus, et sanent eis quod fecerint sicut mandaverint pretor et alvaziles. Et concilium cambiet suos alvaziles annuatim. Preterea mando ut pater non pectet calumpniam pro filio suo, sed filius pectet eam si illam fecerit. Et si non habuerit per quod sanet eam, sanet illam per suum corfplus. Mando etiam quod de mauris et judeis percussis veniant se conqueri pretori et alvazilibus sicut fuit consuetudo patris mei. Ad hoc mando quod maiordomi non pignorent ullum hominem de Evoramonte, donec vocent eum ad concilium coram pretore et alvazilibus. Addo etiam ad hoc amore vestro ut si aliquis pignoraverit sine meo maiordomo, aut sine suo sagione aut sine portario pretoris, pectet tantum pro quanto pignoraverit, et non plus. Si quis igitur hoc meum factum vobis firmiter servaverit, benedictionem dei et meam habeat in eternum. Qui vero illud frangere voluerit, maledicionem dei et meam in perpetuum consequatur. Data Ulixbona, XXIII.<sup>a</sup> die Maii. Rege mandante. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> IX.<sup>a</sup>.

Donnus Gonsalvus Garsie alferaz, donnus Johannes de Avoyno maiordomus curie, Alfonsus Suerii superjudex, confirmant.

Rodericus Garsie de Pavia, Johannes Suerii Conelius, Fernandus Fernandi Cogominus, Martinnus Johannis de Vinali, Petrus Martini Petarinus, Petrus Martini Caseval, testes.

Donnus Stephanus Johannis cancellarius confirmat. Martinus Johannis notarius cancellarie notuit.<sup>325</sup>

---

<sup>325</sup> A fl. 146-146v está em branco, traçada em cada uma das faces por duas linhas cruzadas em diagonal, no centro das quais se escreveu a palavra *Branca*.

1240 Janeiro 16, Lisboa — D. Sancho II doa o castelo de Mértola a D. Paio Peres Correia, comendador de Alcácer, e aos freires de Santiago.

[fl. 147] **Karta ordinis de Ocles de donatione castelli de Mertola**

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Notum sit omnibus has litteras inspecturis quod ego Santius secundus dei gratia Portugalie Rex, de mea bona et libera voluntate et de consensu et auctoritate meorum procerum et magnatum, et pro multo bono servicio quod michi fecerunt donnus Pelagius Petri Corrigia comendator de Alcazar et fratres ejusdem castri ordinis milicie sancti Jacobi, et pro remedio anime mee et patris mei et matris mee et predecessorum meorum, do et concedo eis et ordini milicie sancti Jacobi castellum meum de Merthola cum omnibus terminis suis. In primo per frume de Vascon ubi intrat in Oudiana et per ipsum frumen de Vascon usque ad suas cimalias et de ipsis cimaliis de Vascon sicut potet venire via directa ad medianam matham de Almodouvar et per medianam matham de Almodouvar sicut potet venire directe ad primam alanzadioriam de rivulo de Colubris et de alanzadoria de rivulo de Colubris sicut venit aqua de rivulo de Colubris usque ad locum ubi intrat in Terges, deinde per medianam venam de Terges usque ad locum ubi intrat in Odiana, contra Serpam et Alfajar de Penam et Ayamonte, due partes de terminis sint de Mertola et tercia pars sit de predictis castris. Do et concedo eis predictum castrum cum istis terminis supradictis, et cum omnibus suis pertinenciis, et cum omni jure regali quod ibi habeo et habere debeo, et ipsi debent ibi tenere conventum suum pro ad defensionem et tuitionem et quisitionem Regni mei, et querere michi bonum sicut domino naturali. Mando igitur et concedo ut habeant ipsum castellum cum omnibus terminis et pertinenciis suis jure hereditario in eternum pacifice et quiete. Siquis autem tam de propinquis meis quam de extraneis hoc factum meum frangere vel irrumperem voluerit, ei nullatenus concedatur set pro sola temptatione ira et maledicto omnipotentis dei patris et filii et spiritus sancti et beate marie virginis gloriose et omnium sanctorum veniat super ipsum et cum juda traditore sepultus jacet in inferno. Quicumque vero hoc meum factum quod bene et misericorditer factum est observare fecerit et voluerit observare omnipotentis dei et beate virginis gloriose benedictionibus repleatur et cum sanctis et electis dei in regno celesti accipiat portionem. Et ut hoc factum meum maioris roboris obtineat firmitatem istam cartam donationis et perpetua firmitudinis meo sigillo feci sigilari et meis manibus propriis roboravi. Actum Ulixbona, XVI die Januarii, Era M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> LXX.<sup>a</sup> VIII.<sup>a</sup>.

Qui presentes fuerunt: ego donnus Martinus Johannis signifer curie confirmo, ego donnus Rodericus Sancii confirmo, ego donnus Egidius Valasci confirmo, ego donnus Martinus Egidii confirmo, ego donnus April Petri confirmo, ego donnus Menendus Garsie confirmo, ego donnus Johannes Garsie confirmo, ego donnus Johannes Martini confirmo.

Donus Stephanus Suerii, donnus Johannes Petri Rotundus, donnus Petrus Johannis de Portu Carrario, testes.

Ego Silvester archiepiscopus Bracarensis confirmo, ego Petrus Portugalensis episcopus confirmo, ego Pelagius Lamecensis episcopus confirmo, ego Vincentius Egitanensis

episcopus confirmo, ego Egidius Visensis episcopus confirmo, ego Tiburcius Colim briensis episcopus confirmo,

Suerius Gonsalviz superjudex curie, Vincentius Didaci, Alfonsus Martini, testes.

Ego donnus Durandus Froyaz cancellarius curie. Ego Dominicus Juliani scriptor curie notavi.

[695]

*1235 Março 31, Lisboa — D. Sancho II doa o castelo de Aljustrel a D. Paio Peres Correia, comendador de Alcácer, e aos freires de Santiago.*

### **Carta ordinis de Ocles de donatione castelli de Aljustre**

In nomine sancte et individue trinitatis patris et filii et spirictus sancti amen. Quoniam acta hominum quandoque a memoria eorum labuntur, nisi scriptura confirmentur. Idcirco ego Sancius secundus dei gratia Portugalie Rex filius Illustris Regis Aldefonsi et Regine donne Urrace et nepos Illustrissimorum Regum Sancii Regis Portugalie et Aldefonsi Regis Castelle de beneplacito meo et de consensu curie mee facio cartam donationis et perpetue firmitudinis ordini milicie sancti Jacobi et vobis Pelagio Petri comendatori de Alcazar conventui ejusdem loci, de ipso meo castello de Aljustre cum istis terminis, scilicet: in primo per focem de rivulo de Colubris ubi intrat in Terges et deinde per ipsum frumen de rivulo de Colubris usque ad suas cimalias et de ipsis cimaliis de rivulo de Colubris quomodo vadit directe ad cerrum ubi vertuntur aque ad Oeyras et ad Torredanus et exinde quomodo vadit directe ad Alcariam de Alpertinas et de ipsa Alcaria de Alpertinas sicut vadit directe ad Alcariam de Bovibus, et de Alcaria de Bovibus quomodo vadit directe ad cimalias de Almeyxenal et de cimaliis de Almeyxenal quomodo vadit directe ad cimalias de Benalgaz et exinde ad azouges de Benazeval et exinde per carpium de Torgala, et deinde ad Sterium Comendatoris quomodo intrat in Udimiram et per medianam venam de Udimiram quomodo intrat in mare, et contra Elboram per monasterium de Udivelas quod est super Arrancadam donni Henrici et de Aljustre usque ad predictum monasterium de Udivelas et ad predictam focem de rivulo de Colubris sicut potet esse via directa super ipsam viam, versus Begiam extendantur per unam leguam termini predicti castelli, et termini predicti castelli de Aljustre junctent se de predicto monasterio de Udivelas usque ad mare cum terminis de Alcazar. Do et concedo vobis et successoribus vestris supradictum cas/*fl. 147v* tellum de Aljustre cum ipsis terminis supradictis, cum montibus et fontibus et pascuis et ferrariis et pescariis, et cum ingressibus et egressibus suis, et cum omni jure regali quod ibi habeo et habere debeo jure hereditario in eternum, exceptis adicia et baleatione, et de ipsis adicia et baleatione do vobis decimam eorum omnium quod de ipsis adicia et baleatione habuero. Et hoc facio pro remedio anime mee patris mei et matris mee et parentum meorum et pro multo bono servicio quod michi et regno fecistis et facitis. Qui hoc factum meum quod bene et misericorditer factum est observaverit, sit benedictus. Et si forte quod absit aliquis contra istud factum meum venire presumpserit, non sit ei licitum

sed pro sola temptatione sit maledictus a deo et cum Juda traditore in inferno dampnatus et a deo separatus amen. Et ut factum meum maius robur optineat, hanc cartam siglo meo proprio feci communiri, et meis manibus roboravi. Que fuit facta apud Ulixbonam, pridie Kalendas Aprilis, sub Era M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> LXX.<sup>a</sup> III.<sup>a</sup>.

267

Qui presentes fuerunt: donnus Martinus Johannis signifer curie confirmat, donnus Gonsalvus Menendi tenens Lamecum et Viseum confirmat, donnus Rodericus Sancii tenens Mayam et Vermui et Alefone confirmat, donnus Petrus Johannis tenens Strematuram confirmat, donnus Poncius Alfonsi tenens Bayam<sup>326</sup> confirmat, donnus Egidius Valasquiz tenens Sausam confirmat, donnus Martinus Egidii tenens Ripam Minii confirmat, donnus Valascus Menendi tenens Braganciam confirmat, donnus Menendus Garsie tenens Trasserram confirmat, donnus Fernandus Johannis tenens Balistarios confirmat, donnus Martinus Pelagii tenens Laniosum confirmat, donnus Stephanus Suerii tenens Belmir confirmat, donnus Petrus Laurencii meyrinus maior Portugalie confirmat, Petrus Martini superjudex tocius Regni confirmat, Petrus Pelagii capellanus confirmat.

Donnus Sylvester archiepiscopus Bracarensis confirmat, Magister Vincentius electus Egitaliensis cancellarius curie confirmat, donnus Pelagius episcopus Lamecensis confirmat, donnus Egidius episcopus Visensis confirmat, Magister Tiburcius electus Colimbriensis confirmat, donnus Fernandus episcopus Elborensis confirmat.

Henricus Martini notavit.

[696]

1255 Fevereiro 16, Santarém — Doação do castelo de Aljustrel a D. Paio Peres Correia e a D. Gonçalo Peres, respectivamente mestre de Santiago e comendador de Alcácer, e aos freires de Santiago.

### **Carta ordinis de Ocles de donatione castelli de Aljustre**

In nomine sancte et individue trinitatis patris et filii et spirictus sancti amen. Quoniam acta hominum quandoque a memoria eorum labuntur nisi scriptura hominum confirmentur. Idcirco ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Comes Bolonie, una cum uxore mea Regina donna Beatrice filia Illustris Regis Castelle et Legionis, et de meo beneplacito et de consensu curie mee, facio cartam donationis et perpetue firmitudinis ordini milicie sancti Jacobi et vobis donno Pelagio Petri Corrigia magistro et donno Gonsalvo Petri comendatori ejusdem ordinis in Portugalie et toti conventui ejusdem ordinis de ipso meo castello de Aljustre cum istis terminis, scilicet: in primo per focem de rivulo de Colubris ubi intrat in Terges, et deinde per ipsum flumen de rivulo de Colubris usque ad suas cimalias, et de ipsis cimaliis de rivulo de Colubris quomodo vadit directe ad cerrum ubi vertuntur

---

<sup>326</sup> No texto: *Gayam.*

aque ad Oeyras et ad Torredanos, et exinde quomodo vadit directe ad alcariam de Alpertinas et de ipsa alcariam de Alpertinas sicut vadit directe ad alcariam de Bovibus, et de alcariam de Bobus quomodo vadit directe ad cimalias de Almeyxal et de cimaliis de Almeyxal quomodo vadit directe ad cimalias de Benalgaz, et exinde ad azouges de Benazeval et exinde per carpium de Torgala, et deinde ad Steyrum Comendatoris quomodo intrat in Oudimiram, et per medium venam de Udymira quomodo intrat in mare, et contra Elboram per monasterium de Udivelas quod est super Arrancadam donni Henrici <et> de Aljustre usque ad predictum monasterium de Udivelas, et ad predictam focem de rivulo de Colubris sicut potest esse via directa super ipsam viam, versus Begiam extendantur per unam leugam termini predicti castelli. Et termini predicti castelli de Aljustre junctent se de predicto monasterio de Udivelas usque ad mare cum terminis de Alcazar. Do et concedo vobis et successoribus vestris supradictum castellum de Aljustre cum ipsis terminis supradictis cum montibus et fontibus et pascuis et ferrariis et pescariis et cum ingressibus et egressibus suis et cum omni jure regali quod ibi habeo et habere debeo jure hereditario in eternum exceptis adicia et baleatione. Do vobis decimam eorum omnium que de ipsis adicia et baleatione habeo. Et hoc facio pro remedio anime mee et patris mei et matris mee et parentum meorum, et pro multo bono servicio quod michi et Regno fecistis et facitis. Qui hoc factum meum quod bene et misericorditer factum est observaverit sit benedictus. Et si forte quod absit aliquis contra istud factum meum venire presumpserit non sit ei licitum, set pro sola temptatione sit maledictus a deo et cum juda traditore in inferno dampnatus et a deo separatus, amen. Et ut factum meum maius robur optineat firmitatis hanc cartam sigillo meo proprio feci communiri et meis propriis manibus roboravi. Que fuit facta in Sanctarena, XVI die Februarii, Era M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> LX<sup>a</sup>.<sup>3</sup> III.<sup>a</sup>.

Qui presentes fuerunt: donnus Johannes Alfonsi signifer curie confirmat, donnus Egidius Martini maiordomus curie confirmat, donnus Menendus Garsia tenens terram de Panoyas confirmat, donnus Gonsalvus Garsia tenens terram de Nevia confirmat, donnus Fernandus Lupi tenens terram de Bragancia confirmat, donnus Alfonsus Lupi tenens terram de Sausa confirmat, donnus Didacus Lupi tenens terram de Lameco confirmat, donnus Petrus Poncii tenens Trasserram confirmat. *[fl. 148]*

Johannes de Avoyno subsignifer curie, Johannes Suerii Conelio, Egeas Laurencii de Cunia, testes.

Donnus Johannes archiepiscopus Bracarensis confirmat, donnus Julianus episcopus Portugalensis confirmat, donnus Egeas episcopus Columbriensis confirmat, donnus Arias episcopus Ulixbonensis confirmat, donnus Martinus episcopus Elborensis confirmat, donnus Egeas episcopus Lamecensis confirmat, donnus Matheus electus Visensis confirmat, donnus Rodericus episcopus Egitaniensis confirmat.

Stephanus Spinel, Fernandus Fernandi Cogominus, Petrus Martini Petarino,  
Rodericus Petri superjudex, testes.

Donnus Stephanus Johannis cancellarius, Dominicus Vincentii notarius curie  
notavit.

269

[697]

*1255 Fevereiro 14, Santarém — Doação do castelo de Mértola à ordem de Santiago,  
sendo Mestre D. Paio Peres Correia e comendador em Portugal D. Gonçalo  
Peres.*

### **Carta ordinis de Ocles de donatione castelli de Mertola**

In nomine patris et filii et spirictu sancti amen. Notum sit omnibus has litteras inspecturis quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Comes Bolonie una cum uxore mea Regina donna Beatrice filia Illustris Regis Castelle et Legionis, de mea bona et libera voluntate et de consensu et auctoritate meorum procerum et magnatum et pro multo bono servicio quod michi fecerunt donnus Pelagius Petri Corrigia magister ordinis milicie sancti Jacobi et donnus Gonsalvus Petri comendator ejusdem ordinis in Portugalie et fratres ejusdem ordinis et pro remedio anime mee et patris mei et matris mee et predecessorum meorum, do et concedo eisdem magistro et ordini et fratribus milicie sancti Jacobi castellum meum de Merthola cum omnibus terminis suis: in primo per flumen de Vascon ubi intrat in Odianam, et per ipsum flumen de Vascon usque ad suas cimalias et de ipsis cimaliis de Vascon, sicut potet venire via directa ad medianam matam de Almodouvar, et per medianam matam de Almodouvar sicut potet venire directe ad primam alanzadriam de rivulo de Colubris et de alanzadria de rivulo de Colubris sicut venit aqua de rivulo de Colubris usque ad locum ubi intrat in Terges, deinde per medianam venam de Terges usque ad locum ubi intrat in Odianam contra Serpam et Alfajar de Pena et Ayamonte due partes de termino sint de Merthola et tercia pars sit de predictis castris. Do et concedo eis predictum castellum cum istis terminis supradictis et cum omnibus suis pertinenciis et cum omni jure regali quod ibi habeo et habere debeo, et ipsi debent tenere conventum suum pro ad defensionem et tuicionem et acquisitionem Regni mei, et querere michi bonum sicut domino naturali. Mando igitur et concedo ut habeant ipsum castellum cum omnibus terminis et pertinenciis suis jure hereditario in eternum pacifice et quiete. Siquis autem tam de propinquis meis quam de extraneis hoc factum meum frangere vel irrumperem voluerit, ei nullatenus concedatur, set pro sola temptatione ira et maledictio omnipotentis dei patris et filii et spiritus sancti et beate Marie virginis gloriose et omnium sanctorum veniat super ipsum et cum Juda traditore

sepultus jaceat in inferno. Quicumque vero hoc meum factum quod bene et misericorditer factum est observare fecerit, et voluerit observare, omnipotentis dei et beate Marie virginis gloriose benedictionibus repleatur, et cum sanctis et electis dei in regno celesti accipiat portionem. Et ut hoc factum meum maioris roboris obtineat firmitatem, istam cartam donationis et perpetue firmitudinis meo sigillo feci sigillari, et meis manibus propriis roboravi. Data apud Sanctarenam, Rege mandante XIII<sup>a</sup>. die Februarii, Era M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> LX<sup>a</sup>. III<sup>a</sup>.

Donnus Johannes Alfonsi signifer curie, donnus Egidius Martini maiordomus curie, donnus Menendus Garsie tenens terram de Panoyas, donnus Gonsalvus Garsie tenens terram de Nevya, donnus Fernandus Lupi tenens Braganciam, donnus Alfonsus Lupi tenens Sausam, donnus Didacus Lupi tenens Lamecum, donnus Petrus Poncii tenens Trasserram, confirmant.

Johannes de Avoyno subsignifer curie, Menendus Suerii de Merloo, Johannes Suerii Conelio, Egeas Laurencii de Cunya, testes.

Donnus Johannes archiepiscopus Bracharensis confirmat, donnus Julianus episcopus Portugalensis confirmat, donnus Egeas episcopus Columbriensis confirmat, donnus Arias episcopus Ulixbonensis confirmat, donnus Martinus episcopus Elborensis confirmat, donnus Egeas episcopus Lamecensis confirmat, donnus Rodericus episcopus Egitaliensis confirmat, donnus Matheus electus Visensis confirmat.

Stephanus Spinel, Fernandus Fernandi Cogomino, Petrus Martini Petarino, Rodericus Petri superjudex, testes.

Donnus Stephanus Johannis cancellarius curie, Johannes Suerii notavit.

[698]

*1255 Fevereiro 20, Santarém — Doação do castelo de Cacela à ordem de Santiago, sendo Mestre D. Paio Peres Correia e comendador em Portugal D. Gonçalo Peres.*

### **Carta ordinis de Ocles de donatione castelli de Caçala**

In nomine patris et filii et spiritu sancti amen. Notum sit omnibus has litteras inspecturis quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Comes Bolonie una cum uxore mea Regina donna Beatrice filia Illustris Regis Castelle et Legionis, de mea libera voluntate et de consensu curie mee et auctoritate meorum procerum et magnatum et pro multo bono servicio quod michi fecerunt donnus Pelagi Petri Corrigia magister milicie ordinis sancti Jacobi et donnus Gonsalvus Petri comendator ejusdem ordinis in Portugalie et fratres ejusdem ordinis et pro remedio anime mee et patris et matris mee et predecessorum meorum, do et concedo eis

et ordini milicie sancti Jacobi omnibusque successoribus eorum in perpetuum castellum [fl. 148v] de Caçala cum istis terminis, scilicet: per medianam venam fluminis de Benaamor quomodo descendit de summo serre usque ad mare, et termini predicti castelli junctent se cum terminis de Mertola et Ayamonte. Do et concedo vobis predictum castellum meum cum omnibus terminis predictis et cum omnibus suis pertinenciis et cum ingressibus et egressibus suis, tam per mare quam per terram, et cum omni jure regali quod ibi habeo et habere debedo, et quod ipsi me diligent et querant michi bonum sicut debent querere domino naturali, et habeant ipsum castellum pacifice et quiete, et possideant illud jure hereditario in eternum. Siquis autem tam de propinquis meis quam de extraneis venerit qui hoc factum meum attemptare vel irrumpere voluerit, ei nullatenus concedatur, set pro sola atemptatione iram omnipotentis dei patris et filii et spiritus sancti et gloriose virginis Marie et maledictio veniat super ipsum, et cum Juda traditore sepultus jacet in inferno. Quicumque vero hoc factum meum quod bene et misericorditer factum est observaverit et observari fecerit et voluerit observare, omnipotentis dei et beate virginis Marie benedictionibus repleatur, et cum sanctis et electis dei in regno dei accipiat portionem. Et ut hoc factum meum maioris roboris obtineat firmitatem istam cartam donationis et perpetue firmitudinis meo sigillo feci sigillari et meis manibus propriis roboravi. Actum apud Sanctarenam, XX.<sup>a</sup> die Februarii, Era M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> LX<sup>v</sup>.<sup>a</sup> III.<sup>a</sup>.

Donnus Johannes Alfonsi signifer curie confirmat, donnus Egidius Martini maiordomus curie confirmat, donnus Menendus Garsie tenens terram de Panoyas confirmat, donnus Gonsalvus Garsie tenens terram de Nevia confirmat, donnus Fernandus Lupi tenens Braganciam confirmat, donnus Alfonsus Lupi tenens Sausam confirmat, donnus Didacus Lupi tenens Lamecum confirmat, donnus Petrus Poncii tenens Trasserram confirmat.

Donnus Johannes de Avoyno subsignifer curie, Menendus Suerii de Merloo, Johannes Suerii Conelio, Egeas Laurencii de Cunya, testes.

Donnus Johannes archiepiscopus Bracharensis confirmat, donnus Julianus episcopus Portugalensis confirmat, donnus Egeas episcopus Columbriensis confirmat, donnus Aryas episcopus Ulixbonensis confirmat, donnus Martinus episcopus Elborensis confirmat, donnus Egeas episcopus Lamecensis confirmat, donnus Rodericus episcopus Egitaliensis confirmat, donnus Matheus electus Visensis confirmat.

Stephanus Spinel, Fernandus Fernandi Cogomio, Petrus Martini Petarino, Rodericus Petri superjudex, testes.

Donnus Stephanus Johannis cancellarius curie, Dominicus Vincentii notavit.

1255 Fevereiro 20, Santarém — Doação do castelo e vila de Sesimbra à ordem de Santiago, sendo Mestre D. Paio Peres Correia e comendador em Portugal D. Gonçalo Peres.

### **Carta ordinis de Ocles de donatione castelli et ville de Sisimbria**

In nomine patris et filii et spiritu sancti amen. Hec est carta donationis et perpetue firmitudinis quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Comes Bolonie una cum uxore mea Regina donna Beatrice filia Illustris Regis Castelle et Legionis, jussi fieri vobis Pelagio Corrigia magistro ordinis milicie sancti Jacobi et Gonsalvo Petri comendatori ejusdem ordinis in Regno Portugalie et fratribus ejusdem ordinis milicie sancti Jacobi tam presentibus quan futuris de illo meo castello et villa de Sisimbria. Do vobis et omnibus successoribus vestris predictam villam et castrum cum omnibus suis terminis novis et antiquis et cum ingressibus et egressibus et cum quanto ibi habeo et habere debeo et cum omni jure regali, excepto illo quod in aliis vestris castellis de Ultra Tagum regibus reservatur, ut eam jure hereditario habeatis perpetuo possideatis, et faciatis de ea quicquid vobis placuerit. Et hoc facio pro salute anime mee et pro remedio peccatorum meorum, et ut in orationibus vestris quas deo funditis particeps efficiat. Quicumque igitur hoc factum meum integrum et illesum observaverit a deo sit benedictus. Qui aliter attemptare voluerit, non sit ei licitum sed pro sola temptatione sit maledictus et cum Juda traditore in inferno dampnatus. Donatione autem in sui robore permanente. Et ut hec donatio mea in dubium non veniat, feci hanc cartam mei sigilli munimine communiri. Que fuit facta apud Sanctarenam, XX.<sup>a</sup> die Februarii, Era M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> LX<sup>a</sup>.<sup>327</sup> III.<sup>a</sup>.

Donnus Johannes Alfonsi signifer curie confirmat, donnus Egidius Martini maiordomus curie confirmat, donnus Menendus Garsie tenens terram de Panoias confirmat, donnus Gonsalvus Garsie tenens terram de Nevya confirmat, donnus Fernandus Lupi tenens terram de Bragancia confirmat, donnus Alfonsus Lupiz tenens terram de Sausa confirmat, donnus Didacus Lupiz tenens terram de Lameco confirmat<sup>327</sup>, donnus Petrus Poncii tenens Trasserram confirmat.

Donnus Johannes de Avoyno subsignifer curie, Menendus Suerii de Merloo, Johannes Suerii Conelio, Egeas Laurentii de Cunya, testes.

Donnus Johannes archiepiscopus Bracarensis confirmat, donnus Julianus episcopus Portugalensis confirmat, donnus Egeas episcopus Columbriensis confirmat, donnus Aryas episcopus Ulixbonensis confirmat, donnus Martinus

---

<sup>327</sup> Os nomes dos tenentes *donnus Alfonsus Lupiz* e *donnus Didacus Lupiz*, talvez por esquecimento, só foram escritos depois das testemunhas. Colocámo-los, todavia, no lugar que habitualmente ocupam.

episcopus Elborensis confirmat, donnus Egeas episcopus Lamecensis confirmat, donnus Rodericus episcopus Egitaliensis confirmat, donnus Matheus electus Visensis confirmat.

Fernandus Fernandi Cogomino, Petrus Martini Petarino, Rodericus Petri superjudex, testes.

Donnus Stephanus Johannis cancellarius curie, Dominicus Vincentii notavit.

273

[700]

*1255 Fevereiro 20, Santarém — Doação do castelo de Aiamonte à ordem de Santiago, sendo Mestre D. Paio Peres Correia e comendador em Portugal D. Gonçalo Peres.*

*[fl. 149] Carta ordinis de Ocles de donatione castelli de Ayamonte*

In nomine patris et filii et spiritu sancti amen. Notum sit omnibus has litteras inspecturis quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Comes Bolonie, una cum uxore mea Regina donna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia, de mea bona et libera voluntate et de consensu et auctoritate meorum procerum et magnatum et pro multo bono servicio quod michi fecerunt donnus Pelagius Petri Corrigia magister ordinis milicie sancti Jacobi et Gonsalvus Petri comendator de Mertola et fratres ejusdem ordinis milicie sancti Jacobi et pro remedio anime mee et patris mei et matris mee et predecessorum meorum. Do et concedo eis et ordini milicie sancti Jacobi, omnibusque successoribus eorum in perpetuum castellum meum de Ayamonte cum istis terminis, scilicet: quod termini predicti castelli junctent se cum terminis de Mertola et de Cazela et contra Gevolaleom et contra Olvam et contra Saltes dividantur termini predicti castelli per Odiel et cum omnibus suis pertinenciis et cum ingressibus et egressibus suis, tam per mare quam per terram et cum omni jure regali quod ibi habeo et habere debeo, ut dicti magistri et fratres me diligent et querant michi bonum sicut domino naturali, et habeant ipsum castellum pacifice et quiete, et possideant illud, jure hereditario in eternum. Siquis autem tam de propinquis meis quam de extraneis venerit qui hoc factum attemptare vel irrumpere voluerit, ei nullatenus concedatur, sed pro sola attemptatione ira omnipotentis dei patris et filii et spiritus sancti et gloriose virginis Marie et maledictio veniat super ipsum, et cum Juda traditore sepultus jacet in inferno. Quicumque hoc vero hoc factum meum quod bene et misericorditer factum est observaverit et observare fecerit et voluerit observare omnipotentis dei et beate gloriose virginis Marie benedictionibus repleatur et cum sanctis et electis dei in Regno dei accipiat portionem. Et ut hoc factum meum maioris roboris obtineat firmitatem, istam cartam donationis et perpetue firmitudinis meo sigillo

feci sigillari et meis manibus propriis roboravi. Actum apud Sanctarenam, XX.<sup>a</sup>  
die Februarii, Era M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> LX<sup>v</sup>.<sup>a</sup> III.<sup>a</sup>.

Donnus Johannes Alfonsi signifer curie confirmat, donnus Egidius Martini  
maiordomus curie confirmat, donnus Menendus Garsie tenens terram de  
Panoyas confirmat, donnus Gonsalvus Garsie tenens Neivam confirmat, donnus  
Alfonsus Lupi Sausam confirmat, donnus Fernandus Lupi tenens Braganciam  
confirmat, donnus Didacus Lupi tenens Lamecum confirmat, donnus Petrus  
Poncii tenens Beyram confirmat.

Johannes de Avoyno, Menendus Suerii de Merloo, Johannes Suerii Conelio,  
Egeas Laurentii de Cunia, testes.

Donnus Johannes archiepiscopus Bracarensis confirmat, donnus Julianus  
episcopus Portugalensis confirmat, donnus Egeas episcopus Colim briensis  
confirmat, donnus Arias episcopus Ulixbonensis confirmat, donnus Martinus  
episcopus Elborensis confirmat, donnus Rodericus episcopus Egitaliensis  
confirmat, donnus Egeas episcopus Lamecensis confirmat, donnus Matheus  
electus Visensis confirmat.

Stephanus Spinel, Fernandus Fernandi Cogomino, Rodericus Petri  
superjudex, Petrus Martini Petarino, testes.

Donnus Stephanus Johannis cancellarius curie, Johannes Sugerii notarius  
curie notavit.

[701]

1186 Outubro 28 — D. Sancho I doa os castelos de Alcácer, de Palmela, de  
Almada e de Arruda à ordem de Santiago, sendo Mestre D. Sancho  
Fernandes.

### **Carta ordinis de Ocles de donatione castellorum de Alcazar, Palmela, Almadana et Arruda**

In Dei nomine. Quoniam morum assiduitate et legis sa[n]ctione didicimus quod acta  
virorum bonorum scripto comedari debeant ut comendata ab hominum memoria non  
decidant, et omnibus preterita presencialiter consistant. Idcirco ego Sancius dei gratia  
Portugalie Rex magni Regis donni Alfonsi et Regine donne Maphalde filius una cum uxore  
mea Regina donna Dulcia et filio meo Rege donno Alfonso et filiabus meis Regina donna  
Tarasia et Regina donna Sancia, facio cartam donationis et firmitudinis perpetue vobis  
donno Sancio Fernandi dei gratia milicie<sup>328</sup> sancti Jacobi magistro et fratribus vestris  
presentibus et futuris de illis meis castellis scilicet Alcazar, Palmela, Almadana et Arruda.  
Damus itaque vobis atque concedimus prenominata castella cum omnibus suis terminis

---

<sup>328</sup> No texto *milicie*.

novis et veteribus in honore dei et beati Jacobi apostoli, ut vos et omnes vestri ordinis successores ea et quicquid in eis ad jus regale pertinet, jure hereditario habeatis et perpetuo possideatis. Tali videlicet condicione ut michi et filiis meis et nostris successoribus cum eis obediendo serviatis. Quicumque igitur hoc nostrum factum roboraverit et roboratum conservaverit sit benedictus a Deo amen. Et quicumque illud fregerit vel frangere voluerit, quicquid ipse fecerit, a filiis et a successoribus ejus in irritum ducatur. Facta carta V.<sup>o</sup> Kalendas Novembris, sub Era M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> XXIII.<sup>a</sup>.

Nos supranominati qui hanc cartam jussimus facere manibus propriis roboramus. Qui presentes fuerunt: Godinus Bracarensis archiepiscopus confirmat, Martinus Colim briensis episcopus confirmat, Martinus Portugalensis episcopus confirmat, Johannes Visensis episcopus confirmat, Godinus Lamecensis episcopus confirmat, Suerius Ulixbonensis episcopus confirmat, Pelagius Elborensis episcopus confirmat.

Menendus Gonsalvii maiordomus curie confirmat, Petrus Alfonsi regis signifer confirmat, Suarius Egee confirmat, Petrus Fernandi confirmat, Johannes Fernandi regis dapifer<sup>329</sup> confirmat. *[fl. 149v]* Egeas Pelagii, Martinus Merlim, Reymondus Johannis, testes.

Julianus curie notarius.

[702]

*1218 Janeiro 27, Santarém — D. Afonso II confirma a doação dos castelos de Alcácer, de Palmela, de Almada e de Arruda à ordem de Santiago, sendo Mestre D. Sancho Fernandes.*

### **Carta ordinis de Ocles de confirmatione castellorum de Alcazar, Palmela, Almadana et Arruda**

Ego Alfonsus secundus dei gratia Portugalie Rex desiderans justiciam et cupiens unicuique jura sua integre conservare una cum uxore mea Regina donna Urraca et filiis nostris Infantibus donno Sancio et donno Alfonso et donna Alionor presenti pagina cartam illam quam pater meus Rex donnus Sancius inclite memorie de castris illis, videlicet Alcazar, Palmela, Almadana et Arruda, fecit donno Sancio Fernandi magistro militie sancti Jacobi suisque successoribus in perpetuum roboro et confirmo et donationem illam ratam et firmam habeo et me ipsam in perpetuum observaturum promitto. Ut autem confirmatio mea maius robur obtineat hanc cartam feci meo sigillo plumbeo comuniri. Que fuit facta apud Santarenam, VI.<sup>a</sup> Kalendas Februarii, Era M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> quinquagesima VI.<sup>a</sup>.

Nos supranominati qui eam fieri precepimus coram subscriptis eam roboravimus et in ea hec signa apponi fecimus +++++.

Qui affuerunt: donnus Martinus Johannis signifer domini Regis confirmat, donnus Petrus Johannis maiordomus curie confirmat, donnus Laurencius Suarii confirmat, donnus Gil Valasquiz confirmat, donnus Gomecius Suarii confirmat, donnus Johannes Fernandi

---

<sup>329</sup> Segue-se *ts.*

confirmat, donnus Fernandus Fernandi confirmat, donnus Rodericus Menendi confirmat, donnus Poncios Alfonsi confirmat, donnus Lopus Alfonsi confirmat.

Donnus Stephanus Bracharensis archiepiscopus confirmat, donnus Martinus Portugalensis episcopus confirmat, donnus Petrus Columbriensis episcopus confirmat, donnus Suarius Ulixbonensis episcopus confirmat, donnus Suarius Elborensis episcopus confirmat, donnus Pelagius Lamecensis episcopus confirmat, donnus Bartholomeus Visensis episcopus confirmat, donnus Martinus Egitaniensis episcopus confirmat.

Magister Pelagius cantor Portugalensis testis, Petrus Garsie testis, Petrus Petri testis, Vincentius Menendi testis, Martinus Petri testis, Johannes Petri testis.

Gunsalvus Menendi cancellarius curie, Fernandus Suarii scripsit.

[703]

*1255 Fevereiro 24, Santarém — Confirmação da doação dos castelos de Alcácer, de Palmela, de Almada e de Arruda à ordem de Santiago.*

**Carta ordinis de Ocles de confirmatione castellorum de Alcazar, Palmela, Almadana et Arruda**

Ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Comes Bolonie, desiderans justiciam et cupiens unicuique jura sua integre observare, una cum uxore mea Regina donna Beatrice filia Illustris Regis Castelle et Legionis, presenti pagina cartam illam quam avus meus Rex donnus Sancius et pater meus Rex donnus Alfonsus inclite memorie de castris illis scilicet videlicet Alcazar, Palmela, Almadana et Arruda, fecerunt donno Sancio Fernandi magistro ordinis milicie sancti Jacobi suisque successoribus in perpetuum roboro et confirmo, et donationem illam ratam et firmam habeo et me ipsam in perpetuum observaturum promitto. Ut hec autem confirmatio mea maius robur obtineat, hanc cartam feci meo sigillo sigillari. Que fuit facta apud Sanctarenam, VI.<sup>o</sup> Kalendas Marcii, Era M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> LX<sup>c</sup>.<sup>a</sup> III.<sup>a</sup>.

Donnus Johannes Alfonsi signifer curie confirmat, donnus Egidius Martini maiordomus curie confirmat, donnus Menendus Garsie tenens terram de Panoyas confirmat, donnus Gonsalvus Garsie tenens terram de Nevya confirmat, donnus Fernandus Lupi tenens terram de Bragancia confirmat, donnus Alfonsus Lupi terram de Sausa confirmat, donnus Didacus Lupi tenens terram de Lameco confirmat, donnus Petrus Poncii tenens terram de Trasserra confirmat.

Johannes de Avoyno subsignifer curie, Menendus Suarii de Merloo, Johannes Suarii Conelio, Egeas Laurencii de Cunia, testes.

Dunnus Johannes Bracharensis archiepiscopus confirmat, donnus Julianus Portugalensis episcopus confirmat, donnus Egeas Columbriensis episcopus confirmat, donnus Aryas episcopus Ulixbonensis confirmat, donnus Martinus

episcopus Elborensis confirmat, donnus Egeas episcopus Lamecensis confirmat, donnus Rodericus episcopus Egitaliensis confirmat, donnus Matheus electus Visensis confirmat.

Stephanus Spinel, Fernandus Fernandi Cogomino, Petrus Martini Petarino, Rodericus Petri superjudex, testes.

Donnus Stephanus Johannis cancellarius curie, Dominicus Vincentii notarius curie notavit.

277

[704]

*[1255 Fevereiro 24, Santarém] — Doação do direito de padroado das igrejas de Alcácer, de Palmela e de Almada à ordem de Santiago, sendo Mestre D. Paio Peres Correia e comendador em Portugal D. Gonçalo Peres.*

### **Carta ordinis de Ocles de donatione ecclesiarum de Alcazar et de aliis locis**

In christi nomine et ejus gratia. Quia ea que geruntur in tempore ne labuntur cum tempore consueverunt scripture testimonio perhenari. Idcirco ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Comes Bolonie una cum uxore mea donna Beatrice Regina, filia Illustris Regis Castelle et Legionis, pro remissione meorum peccaminum, facio cartam donationis et perpetue firmitudinis vobis dono Pelagio Petri Corrigia magistro milicie ordinis sancti Jacobi et Gonsalvo Petri comendatori ejusdem ordinis in regno Portugalie et toto conventui ejusdem ordinis et successoribus vestris de omni jure patronatus quod habeo et michi competit sive de jure sive de facto in ecclesiis de Alcazar et de Palmela et de Almadana et de terminis eorumdem habendum et possidendum jure perpetuo in eternum. Habeatis vos igitur ab hac die in antea et omnes successores vestri prefatum jus patronatus in prefatis<sup>330</sup> ecclesiis ad dei servicium et predicti ordinis comodum cunctis temporibus seculorum. Et quicumque hanc meam donationem bene et integre observaverit, benedicionem dei omni<sup>fl. 150</sup> potentis habeat adque meam. Ut autem hec mea donatio perpetuum robur obtineat, hanc donationis cartam feci mei sigilli munimine roborari. Actum...<sup>331</sup>

---

<sup>330</sup> Segue-se *et.*

<sup>331</sup> A transcrição desta carta foi interrompida, faltando nomeadamente a data. Cremos que esta doação completa a anterior, pelo que propusémos a mesma datação.

*1255 Março 19, Santarém — Carta a D. Martim Nunes, Mestre da ordem do Templo, informando ter jurado, nas mãos do bispo de Évora, que não faria venda da moeda.*

### **Karta juramenti quod dominus Rex fecit super moneta non exigenda**

Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Comes Bolonie, dilecto amico suo viro religioso donno Martino Nuniz magistro milicie Templi in tribus Regnis Hyspanie salutem et sincere dilectionis affectum. Dilectioni vestre notum facio quod cum neccesse haberem monetam meam frangere pro ut predecessores mei usque ad tempus mei regiminis eam consueverunt frangere maior pars cleri et populi Regni mei humiliter et instantissime michi supplicarunt quod illis solitam et consuetam monetam facerem usque ad proximum septennium in suo pondere conservari, et unusquisque michi pro conservatione ipsius monete solveret certam pecunie quantitatem, quo per me concesso et michi maiori parte dicte pecunie jam soluta, vos et quidam alii de Regno meo clerici et layci michi super hoc consulentes asserebatis solutionem predictam pro conservatione ipsius monete cedere in maximum cleri et populi et tocius Regni prejudicium et in meum non modicum detrimentum supplicantes ut nunquam de cetero pro conservatione monete ab hominibus Regni Portugalie per me vel per alium aliquid exigerem vel exigi facerem vel permitterem nisi quod in fractione monete predecessores mei recipere consueverunt. Tamdem ego pro justicia et bona Regni consuetudine conservandis petitionem vestram et ipsorum grataanter admisi et in manibus venerabilis patris donni Martini episcopi Elborensis juravi et juro ad sancta dei evangelia prestita fide corporali quod nunquam monetam Regni Portugalie vendam nec vendi faciam nec aliquid exigam vel exigi permittam vel faciam pro eadem, nisi quod in fractione et pro fractione monete offerri predecessoribus meis vel per eosdem exigi consuevit. Ad que omnia predicta et singula me et successores meos omnes generaliter et specialiter obligavi et oblico. Et hec omnia et singula promitto sub debito prestiti juramenti me bona fide et sine dolo ac fraude vel terrore in omnibus et per omnia servaturum. Et quicumque contra predicta vel aliquid predictorum venire temptaverit iram et indignationem omnipotentis dei et maledicionem meam incurrat. in cuius rei testimonium vobis presentes litteras feci fieri et mei sigilli munimine communiri. Data apud Santarenam, XIII.º Kalendas Aprilis, Rege mandante sub Era M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> LX<sup>c</sup>.<sup>a</sup> III.<sup>a</sup>, ano dominici M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> L.<sup>a</sup> IIII.<sup>a</sup>.<sup>332</sup>

---

<sup>332</sup> Não se verificando coincidência entre os sistemas de datação romano e cristão presentes neste e no doc. 707, optámos por seguir a era de César, enquanto forma habitual de datação deste Registo.

*1255 Março 19, Santarém — Registo da outorga do documento anterior ao mestre de Santiago, ao mestre de Avis, ao prior do Hospital e ao bispo de Évora.*

**Memoriale de cartis super moneta.**

Item abbas Alcobacie habuit consimilem cartam in testimonium. Et similiter magister milicie sancti Jacobi et magister de Avis et prior Hospitalis Jherosolimitani in Regno Portugalie et episcopus Elborensis habuerunt consimiles cartas in testimonium hujus rey.

*1255 Março 16, Santarém — Carta enviada ao Papa, informando ter jurado, nas mãos do bispo de Évora, que não faria venda da moeda.*

**Karta domini Regis missa domino Pape super facto monetæ**

Sanctissimo patri ac domino A. divina providentia sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici. Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Comes Bolonie cum summa reverentia pedum oscula beatorum. Sanctitati vestre notum facio quod cum vellem monetam in Regno meo frangere prout predecessores mei usque ad tempus mei regiminis eam consueverunt frangere maior pars cleri et populi ejusdem regni me rogavit quod illis solitam et consuetam monetam facerem usque ad septennium in suo pondere conservari et unusquisque michi pro ejusdem conservatione monetæ solveret certam pecunie quantitatem. Quo per me concesso et michi maiori parte dicte peccunie jam soluta, quidam de Regno ejusdem clericorum et layorum michi super hoc consulentes asserebant solutionem predictam pro conservatione ipsius monetæ cedere in maximum cleri et populi et tocius Regni prejudicium et in meum non modicum detrimentum, suplicant ut nunquam de cetero pro conservatione monetæ per me vel per alium aliquid exigerem vel exigi facerem vel permitterem nisi ea que in fractione monetæ predecessores mei consueverunt recipere. Tandem ego pro justicia et bona regni consuetudine conservandis petitionem eorum grataanter admisi et in manibus venerabilis patris donni Martini episcopi Elborensis juravi et juro ad sancta dei Evangelia quod nunquam de cetero monetam vendam nec vendi faciam nec aliquid exigam vel exigi permittam vel faciam pro eadem, nisi quod in fractione et pro fratione monetæ offerri predecessoribus meis vel per eosdem exigi consuevit. Ad que predicta omnia et singula me et omnes successores meos generaliter et specialiter obligo et eciam obligavi, et hec omnia et singula

promitto sub debito prestiti juramenti me bona fide et sine dolo ac fraude vel terrore in omnibus et per omnia servaturum. Quicumque vero contra predicta vel aliquid predictorum venire atemptaverit iram et indignatione omnipotentis dei et maledicionem meam incurrat, et super hiis omnibus concessi ordinibus et aliis de Regno qui eas recipere voluerunt meas patentes litteras mei sigilli munimine communitas. Quo circa sanctitati vestre supplico humiliter et devote. Quatinus hoc factum pro libertate et utilitate Regni juramento firmatum dignemini confirmare. Datum apud Sanctarenam, XVI.<sup>a</sup> die Martii, anno domini M.<sup>o</sup> CC.<sup>o</sup> L.<sup>o</sup> IIII.<sup>o</sup>, Era M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> LX<sup>c</sup>.<sup>a</sup> III.<sup>a</sup>.

[708]

*1255 Abril 1, Santarém — Sentença sobre a contenda entre a ordem de Santiago e o concelho de Beja sobre pastos, corte de madeira, montadigo e caça de coelhos e de veados.*

**Karta de contenda inter magistrum de Ocles et suum ordinem et concilium de Begia super pascuis de terminis villarum ipsius ordinis**

Notum sit omnibus presentes litteras inspecturis, quod ego, Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Comes Bolonie, ut non esset de cetero contenda super pascuis de ganatis et super cortamento de madeira [fl. 150v] et super montadigo et filliata de coniliis et de aliis venatis inter donnum Pelagium Petri magistrum ordinis milicie sancti Jacobi et donnum Gonsalvum Petri comendatorem maiorem de Mertola et conventum ipsius loci et suos successores ex una parte et pretorem et alvaziles et concilium et vicinos et moratores de Begia et successores eorum ex altera, mandavi et mando de beneplacito ambarum partium quod pretor et alvaziles et concilium et vicini et moratores de Begia et eorum successores filient et cortent maderiam et pascant sui ganati in totis terminis de castellis et de villis que sunt ejusdem ordinis ultra Tagum in Regno Portugalie, et filient et mactent coniliis et alias venatos in ipsorum castellorum et villarum terminis ubicunque eos invenerint sine aliquo foro de montatico et terradigo libere et in pace preter quam in coutadis de coniliis. Et similiter mandavi et mando quod supradicti magister et comendator et conventus et vicini et moratores de Mertola et de Alvistre et de Terrom et eorum successores filient et cortent maderiam et pascant sui ganati in totis terminis de Begia et mactent et filient coniliis et alias venatos in suis terminis ubicunque eos invenerint sine aliquo foro de montatico et de terradigo libere et in pace preter quam in coutadis de coniliis. Et ego quitavi et quito pro me et pro meis successoribus predictis magistro et comendatori et conventui et omnibus vicinis et moratoribus de Mertola et de Alvistre et de

Terrom et omnibus suis successoribus montaticum et terradigum de suis ganatis in totis terminis de Begia. Et pro isto quitamento de isto montatico et terradigo quod ego facio similiter dicti magister et comendator et conventus et vicini de totis castellis et villis de ultra Tagum ejusdem ordinis in Regno Portugalie pro se et pro suis successoribus, quitaverunt et quitant concilio et omnibus vicinis et moratoribus de Begia et eorum successoribus montaticum et terradigum de suis ganatis in omnibus terminis predictorum castellorum et villarum. Et de isto fuerunt facta due carte per alphabetum divise quarum altera fuit sigillata cum sigillo meo, et sigillis predictorum magistri Uclensis et comendatoris et conventus de Mertola, et conciliorum de Almadana, et de Sisimbria, et de Palmela, et de Setuval, et de Cabrela, et de Alcazar, et de Terrom, et de Alvistre, et de Mertola, et de Ayamonte, et de Cazala, et de sancto Jacobo de Cazem. Et illa remansit concilio de Begia et altera fuit sigillata cum sigillo meo et cum sigillo concilii de Begia et illam retinuerunt magister et comendator et conventus supradicti in perpetuum testimonium hujus rey. Actum apud Sanctarenam, prima die Aprilis, Era M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> LX<sup>v</sup>.<sup>a</sup> III.<sup>a</sup>.

[709]

*1255 Maio 3, Lisboa — Doação do direito de padroado da igreja de Sesimbra à ordem de Santiago.*

**Carta ordinis de Ocles de donatione juris patronatus ecclesie de Sisimbria**

In dei nomine. Ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Comes Bolonie una cum uxore mea Regina donna Beatrice, Illustris Regis Castelle et Legionis filia, facio cartam donationis et perpetue firmitudinis vobis dono Pelagio Petri Corrigia magistro ordinis milicie sancti Jacobi et dono Gonsalvo Petri comendatori de Mertola et conventui ejusdem ordinis et successoribus vestris, de toto jure patronatus quod habeo, vel habere debeo, sive de jure sive de facto, in ecclesia de Sisimbria et de terminis ejusdem castri, perpetuo habendum et possidendum. Et hanc donationem facio vobis pro remedio anime mee et patris mei et matris mee. Habeatis vos igitur ab hac die in antea et omnes successores vestri ordinis prefatum jus patronatus ad servicium dei et predicti ordinis utilitatem liberum et in perpetuum. Et quicumque contra istam meam donationem venerit vel irrumpere voluerit sit maledictus a deo amen, et cum Juda traditore dampnatus amen. Et quicumque hoc factum meum et hanc donationem meam bene et integre observaverit, sit benedictus a deo amen. Facta carta apud Ulixbonam, III.<sup>o</sup> die Madii, Era M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> LX<sup>v</sup>.<sup>a</sup> III.<sup>a</sup>.

Donnus Johannes Alfonsi signifer curie confirmat, donnus Egidius Martini maiordomus curie confirmat, donnus Menendus Garsie tenens Pannoyas<sup>333</sup> confirmat, donnus Gonsalvus Garsie tenens Neviam confirmat, donnus Fernandus Lupi tenens Braganciam confirmat, donnus Alfonsus Lupi tenens Sausam confirmat, donnus Didacus Lupi tenens Lamecum confirmat, donnus Petrus Poncii tenens Trasserram confirmat.

Donnus Johannes Bracarensis archiepiscopus confirmat, donnus Aryas episcopus Ulixbonensis confirmat, donnus Martinus episcopus Elborensis confirmat, donnus Egeas episcopus Colimbriensis confirmat, donnus Rodericus episcopus Egitaniensis confirmat, donnus Egeas episcopus Lamecensis confirmat, donnus Matheus electus Visensis confirmat, donnus Julianus episcopus Portugalensis confirmat.

Donnus Johannes de Avoyno subsignifer curie, donnus Menendus Suerii de Merloo, donnus Johannes Suerii, donnus Egeas Laurencii, Stephanus Petri Spinel, Johannes Suarii archidiaconus Kalagurritanus, Martinus Petri clericus, testes.

Donnus Stephanus Johannis cancellarius curie, Dominicus Petri notarius Regis scripsit.

[710]

*1255 Junho 5, Lisboa — Carta confirmando os direitos que tinha o pretor de Atouguia sobre as coisas que saíam e entravam pela foz de Atouguia (c. Peniche).*

### **Carta inquisitionis super directis de Atouguia que debet habere pretor**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod ego, Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Comes Bolonie, feci fieri inquisitionem super directis que pretor de Atouguia debedat levare de illis rebus que veniunt vel exeunt per focem de Atouguia, et inveni per bonos *[fl. 151]* homines juratos super sancta dei evangelia quod pretor de Atouguya levabat in tempore patris mei decimam de madeyra laborata et de castaneis et de nucibus et de avellanis et eciam levabat portaginem de vino quod exibat per focem de Atouguya. Unde ego mando quod pretor de Atouguya levet de cetero decimam de madeyra laborata et de castaneis et de nucibus et de avellanis et protaginem de vino quod exiverit per focem de Atouguya. In cuius rei testimonium do dicto pretori de Atouguya istam meam cartam apertam mei sigilli munimine roboratam. Data in Ulixbona. Rege mandante per donnum Egidium Martini maiordomum curie et per cancellarium et per

---

<sup>333</sup> No texto: *Pennoyas*.

Pelagium Pelagii superjudicem, V.<sup>a</sup> die Junii.

Dominicus Vincentii scripsit. Era M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> LX<sup>v</sup>.<sup>a</sup> III.<sup>a</sup>.

283

[711]

*1255 Junho 5, Lisboa — Carta ao almoxarife e ao escrivão de Santarém, sacadores dos direitos régios de Atouguia, para que deixem o pretor de Azambuja levar a dízima da madeira aparada, das castanhas, das nozes e das avelãs, bem como a portagem do vinho que sair pela foz de Atouguia (c. Peniche).*

### **Carta super directis leyxandis pretori de Atouguya**

Alfonsus dei gracia Rex Portugalie et Comes Bolonie, vobis almoxarifo et scribano de Sanctarena et omnibus aliis qui sacatis meos directos de Atouguya salutem. Mando vobis quod de cetero leyxetis levare pretori de Atouguya decimam de maderya laborata et de castaneis et de nucibus et de avellanis et portaginem de vino quod exiverit per focem de Atouguya, quia ego inveni per testimonium bonorum hominum quod predictus pretor de Atouguya levabat in tempore patris mei decimam de maderia laborata et de castaneis et de nucibus et de avellanis et portaginem de vino quod exiverit per focem de Atouguya. Data in Ulixbona, Rege mandante per donnum Egidium Martini maiordomum curie et per cancellarium et per Pelagium Pelagii superjudicem, V.<sup>a</sup> die Junii.

Dominicus Vincentii scripsit. Era M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> LX<sup>v</sup>.<sup>a</sup> III.<sup>a</sup>.

[712]

*1255 Março 18, Santarém — Doação do direito de pescaria de Sesimbra à ordem de Santiago, sendo Mestre D. Paio Peres Correia e comendador em Portugal D. Gonçalo Peres.*

### **Carta ordinis de Ocles de donatione piscarie de Sisimbra**

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Notum sit omnibus presentes litteras inspecturis, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Comes Bolonie, una cum uxore mea Regina donna Beatrice filia Illustris Regis Castelle et Legionis, facio cartam donationis et perpetue firmitudinis vobis dono Pelagio Petri Corrigia magistro milicie sancti Jacobi, et vobis dono Gonsalvo Petri comendatori ejusdem ordinis in Regno Portugalie, et toti conventui ejusdem ordinis super foro et consuetudine de piscaria de Sisimbra ut vos et omnes successores vestri possitis de cetero recipere totum directum piscaminis in vestris piscatoribus qui fuerint vicini et moratores de Sisimbra et de Almadana et de Setuval et de Alcazar. De

supervenientibus vero piscatoribus aliunde qui non sint vicini nec moratores de supradictis vestris villis si ibidem piscati fuerint, do vobis centum libras in quolibet anno portugalense monete et non magis, solvendas vobis et successoribus vestris in prima die Septembris, per homines meos qui ibi collegerint de illis supervenientibus piscatoribus partem meam in eadem piscaria de Sisimbria si ibi venerit tantum de supervenientibus piscatoribus per quos possitis eas habere, et si ibi non suffecerit, ego et successores mei non teneamur vobis dare nec successoribus vestris nisi quantum ibi habundaverit usque ad dictas C libras et totum aliud directum debet michi et meis successoribus in salvo de supervenientibus piscatoribus remanere. Et piscatores supervenientes habeant vendam et comparum, et aquam et ligna, et exidam pro ad salgandum et siccandum suum piscatum, et<sup>334</sup> pro ad faciendum cabanas in terra si necesse fuerit, et pro ad reficiendum recia sua in termino de Sisimbria. Et si supervenientes piscatores aliquid fecerint correctione dignum corrigant illud secundum forum et consuetudinem ipsius terre. Et nullus faciat ejus super hoc malum nec forciam neque tortum. Ut autem hec mea donatio roboris obtineat firmitatem feci vobis inde presentem cartam fieri et mei sigilli munimine roborari. Que fuit facta apud Sanctarenam, Rege mandante, XV.<sup>o</sup> Kalendas Aprilis, Era M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> LX<sup>v</sup>.<sup>a</sup> III.<sup>a</sup>.

Donnus Johannes Alfonsi signifer curie confirmat, donnus Egidius Martini maiordomus curie confirmat, donnus Menendus Garsie tenens terram de Pannoyas<sup>335</sup> confirmat, donnus Gonsalvus Garsie tenens terram de Nevia confirmat, donnus Fernandus Lupi tenens terram de Bragancia confirmat, donnus Alfonsus Lupi tenens terram de Sausa confirmat, donnus Didacus Lupi tenens terram de Lameco confirmat, donnus Petrus Poncii tenens terram de Trassera confirmat.

Johannes de Avoyno subsignifer curie, Menendus Suerii de Merloo, Johannes Suarii Conelio, Egeas Laurencii de Cunia, testes.

Donnus Johannes archiepiscopus Bracarensis confirmat, donnus Julianus episcopus Portugalensis confirmat, donnus Egeas episcopus Columbriensis confirmat, donnus Aryas episcopus Ulixbonensis confirmat, donnus Martinus episcopus Elborensis confirmat, donnus Egeas episcopus Lamecensis confirmat, donnus Rodericus episcopus Egitaliensis confirmat, donnus Matheus electus Visensis confirmat.

Stephanus Spinel, Fernandus Fernandi Cogomino, Petrus Martini Petarino, Rodericus Petri superjudex, testes.

Donnus Stephanus Johannis cancellarius curie, Dominicus Vincentii notarius curie notavit.

---

<sup>334</sup> Segue-se um *a riscado*.

<sup>335</sup> No texto: *Pennoyas*.

1255 Março 25, Santarém — Carta de feira da Guarda.

### **Carta de feira de Guarda**

285

In christi nomine et ejus gratia. Notum sit omnibus presentes litteras inspecturis, quod ego, Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Comes Bolonie, *[fl. 151v]* considerans utilitatem publicam et privatam tam mee civitatis de Guardia quam eciam tocius Regni Portugalie et eciam vicinorum locorum circumadjacentium, stabiliyi et stabilio feriam de cetero in quolibet anno in ipsa civitate de Guardia duraturam per quindecim dies, octo videlicet dies ante festum sancti Johannis Baptiste in mense Junii, et octo dies post ipsam festum. Mandavi etiam et mando quod per quindecim dies ante dictum festum sancti Johannis et per alias quindecim dies post ipsum festum omnes qui ad eandem feriam venerint, veniant securi et in salvo per totum Regnum Portugalie, cum rebus et mercaturis suis, inveniendo ad ipsam feriam et in stando et in redeundo de ipsa ferya. Et nullus sit ausus malum facere nec pignorare venientes ad ipsam feriam, et stantes in ea, et recedentes ad illa, in ipsis predictis tringinta diebus pro aliquo debito nec pro alia demanda nisi fuerit probatum per instrumentum publicum vel per testes legitimos quod illud debitum debuit persolvi in ipsa feria. Et quicumque contra hoc statutum et mandatum meum venerit, pectabit michi trecentos marabitinos, et insuper remanebit pro meo inimico, et ego calumpniabor ei in corpore et in habere. Data in Sanctarena, Rege mandante per donnum Egidium Martini maiordomum curie et per donnum Stephanum Johannis cancellarium.

Dominicus Vincentii scripsit. VIII.<sup>o</sup> Kalendas Aprilis, sub Era M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> LX<sup>v</sup>.<sup>a</sup> tertia.

1255 Abril 4, Santarém — Carta de perdão de Gomes Peres de Alvarenga e de seu irmão Estêvão Anes ao concelho de Elvas pela morte de seus irmãos Fernando e Paio Peres de Alvarenga.

### **Carta remissionis mortis Fernandi Petri et Pelagii Petri facte concilio de Elvis**

Notum sit omnibus presentes litteras inspecturis, quod ego Gomecius Petri de Alvarenga miles, et Stephanus Johannis frater meus, de nostra propria et bona voluntate toti concilio de Elvis tam illis qui ibi sunt quam aliis qui ibi non sunt et qui ibi debent esse post nos, perdonamus totum homicidium et totam malam voluntatem quam habebamus de eis in perpetuum pro morte Fernandi Petri et

Pelagii Petri fratrum nostrorum. Et promittimus et obligamus nos bona fide et sine malo engano quod nunquam de cetero eis pro morte ipsorum fratrum nostrorum malum faciamus in corporibus nec in haberemus per nos nec per alios nec in facto nec in dicto nec in consilio. Et damus eis treuguam pro quinquaginta annis bona fide et sine malo engano. Et ut istud strumentum et perdonatio sit perpetua et firma, presentem inde cartam in testimonium eis dedimus cum sigillis donni Alfonsi Illustris Regis Portugalie et Comitis Bolonie et concilii Santarene et mei supradicti Gomecii Petri sigillatam. Que fuit facta apud Sanctarenam, IIII.<sup>a</sup> die Aprilis, Era M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> LX<sup>v</sup>.<sup>a</sup> III.<sup>a</sup>.

Qui presentes fuerunt et viderunt et audierunt: donnus Egidius Martini maiordomus curie, donnus Stephanus Johannis cancellarius, donnus Johannes de Avoyno subsignifer Regis, donnus Egeas Laurencii, Martinus Dade pretor Sanctarene, Fernandus Curutelo miles Sanctarene, Rodericus Petri, Pelagius Pelagii, superjudices curie, magister Thomas thesaurarius Bracarensis, Johannes Suerii archidiaconus Calagurritanus, Johannes Petri, Martinus Petri, alvaziles Sanctarene, Johannes Egee miles Sanctarene, Arias Fernandi soprinus episcopi Egitaliensis, Martinus Petri, Johannes Fernandi, clerici domini Regis, Johannes Menendi quondam meyrinus, donnus Petrus Vermudi, Petrus Francus filius ejus, Johannes Laurencii, Dominicus Johannis, mercatores Sanctarene.

Dominicus Petri scribanus cancellarie scripsit.

[715]

*1255 Maio 6, Lisboa — Confirmação da doação dos castelos de Alcácer, de Palmela e de Almada à ordem de Santiago, feita por D. Sancho I em 28 de Outubro de 1185, e já confirmada por D. Afonso II em 26 de Janeiro de 1218.*

### **Carta ordinis de Ocles de donatione super castellis de Alcazar, Palmela et de Almadana**

In christi nomine et ejus gratia. Notum sit omnibus presentes litteras inspecturis, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Comes Bolonie vidi cartam donni Alfonsi felicis recordationis patris mei et inclite recordationis donni Sancii avi mei, cuius carte talis est tenor:

In Dei nomine. Quoniam morum assiduitate et legis sanctione didicimus quod acta virorum bonorum scripto comedari debeant ut comendata ab hominum memoria non decidunt, et omnibus preterita presencialiter consistant. Iccirco ego Sancius dei gratia Portugalensis Rex, magni Regis donni Alfonsi et Regine donne Maphalde filius, una cum uxore mea Regina donna Dulcia et filio meo Rege donno Alfonso et filiabus meis Regina donna Tarasia et Regina donna Sancia, facio cartam donationis et firmitudinis perpetue vobis

donno Sancio Fernandi, dei gratia milicie sancti Jacobi magistro et fratribus vestris presentibus et futuris de illis meis castellis, scilicet Alcazar, Palmela, Almadana. Damus itaque vobis atque concedimus prenominata castella cum terminis et divisionibus: in primo per lonbum de serra de Alcazovis quomodo ferit in Exaramam et ultra Exaramam per lonbum quomodo vadit ad capita de Severena, et de ipsis capitibus quomodo ferit Charneca in monasterium quod jacet in ripa de Odivelas<sup>336</sup> et ultra Odivelas, sicut vadit directe ad forcadas de Alfondum, et de ipsis forcadas quomodo vadit directe ad Alvaladi, et de Alvaladi quomodo vadit lonbum inter Coronam et Bencolaz usque ad cerrum de Monte Acuto, et per aquam que descendit de Monte Acuto usque ad mare. Et de predictis Alcazovis sicut vadit directe ad fontem de Chiriana, et inde sicut vadit directe ad serram de Arloth, *[fl. 152]* et sicut vadit de ipsa serra ad Rengiam, et de Rengia ad cimalias de Campo Maiori, et inde quomodo ferit cerrum in Caniam, et ultra Caniam dividit cum Culuchy, et termini de Palmela dividunt<sup>337</sup> cum Culuchy per venam de Cania, de Tago usque ad focem de Lavar, et termini de Palmela junctent se cum terminis de Alcazar et de Almadana. Termini et divisiones de Palmela et de Almadana sint per Tagum de foce de Alpena usque ad focem de Cania, et ex alia parte usque ad mare. Damus vobis atque concedimus prenominata castella cum istis terminis supradictis et divisionibus in honore dei et gloriose virginis Marie et beati Jacobi apostoli ut vos et omnes vestri ordinis successores ea, et quicquid in eis ad jus regale pertinet, jure hereditario habeatis et possideatis perpetuo pacifice et quiete. Quicumque igitur hoc factum nostrum roboraverit et roboratum conservaverit sit benedictus a Deo amen. Quicumque illud fregerit ut frangere voluerit, sit maledictus a deo amen, et quicquid ipse fecerit a filiis et a successoribus in irritum ducatur. Facta carta, V.<sup>o</sup> Kalendas Novembris, sub Era M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> XXIII.<sup>a</sup>. Nos supranominati qui hanc cartam jussimus facere, manibus proprii roboramus.

Qui presentes fuerunt: donnus Godinus Bracharensis archiepiscopus confirmat, Martinus Colimbriensis episcopus confirmat, Martinus Portugalensis episcopus confirmat, Johannes Visensis episcopus confirmat, Godinus Lamecensis episcopus confirmat, Suarius Ulixbonensis episcopus confirmat, Pelagius Elboensis episcopus confirmat.

Menendus Gonsalvii maiordomus curie confirmat, Petrus Alfonsi Regis signifer confirmat, Suarius Egee confirmat, Petrus Fernandi confirmat, Johannes Fernandi Regis dapifer [*confirmat*].

Egeas Pelagii, Martinus Merlim, Reymondus Johannis, testes.

Julianus curie notarius.

### **Carta de Ocles de confirmatione castrorum de Alcazar et de Palmela et de Almadana**

Ego Alfonsus dei gratia Portugalensis Rex, desiderans justiciam et cupiens unicuique jura sua integre observare, una cum uxore mea Regina donna Urraca, et filiis nostris Infantibus donno Sancio et donno Alfonso et donna Alionor, presenti pagina cartam illam quam pater

---

<sup>336</sup> Segue-se, sopontado, *sicut vadit directe*.

<sup>337</sup> No texto: *dividat*.

meus Rex donnus Sancius inclite memorie de castris illis scilicet videlicet Alcazar, Palmela, Almadana fecit donno Sancio Fernandi magistro ordinis milicie sancti Jacobi suisque successoribus in perpetuum roboro et confirmo et donationem illam ratam et firmam habeo et me ipsam in perpetuum obervaturum promitto. Ut autem confirmatio mea maius robur obtineat hanc cartam feci meo plumbeo sigillo communiri. Que fuit facta apud Sanctarenam, VII.<sup>o</sup> Kalendas Februarii, in Era M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> L.<sup>a</sup> VI.<sup>a</sup>. Nos supranominati qui eam fieri precepimus coram [subs]criptis eam roboravimus et in ea hec signa apponi fecimus +++++.

Qui affuerunt: donnus Martinus Johannis signifer domini Regis confirmat, donnus Petrus Johannis maiordomus curie confirmat, donnus Laurencius Suerii confirmat, donnus Egidius Valasci confirmat, donnus Gomecius Suerii confirmat, donnus Johannes Fernandi confirmat, donnus Fernandus Fernandi confirmat, [donnus] Rodericus Menendi confirmat, donnus Poncios Alfonsi confirmat, donnus Lupus Alfonsi confirmat.

Vincentius Menendi testis, Martinus Petri testis, Johannes Petri testis.

Donnus Stephanus Bracarensis archiepiscopus confirmat, donnus Martinus episcopus Portugalensis confirmat, donnus Petrus episcopus Colimbriensis confirmat, donnus Suarius Ulixbonensis episcopus confirmat, donnus Suarius Elborensis episcopus confirmat, donnus Pelagius Lamecensis episcopus confirmat, donnus Bartholomeus Visensis episcopus confirmat, donnus Martinus episcopus Egitaniensis confirmat.

Magister Pelagius cantor Portugalensis testis, Petrus Petri testis, Petrus Garsie testis.

Gomsalvus Menendi cancellarius curie, Johannes Dominici scripsit.

### **Karta confirmationis ordinis de Ocles super castellis de Alcazar, Palmela et Almadana**

Ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Comes Bolonie, una cum uxore mea Regina donna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia, presenti paginam cartam illam quam avus meus Rex donnus Sancius dedit donno Sancio Fernandi, magistro ordini militie<sup>338</sup> sancti Jacobi et ejus successoribus ejusdem ordinis, et quam pater meus Rex donnus Alfonsus eidem ordini confirmavit, de castris illis videlicet Alcazar, Palmela, Almadana cum supradictis terminis, vobis dono Pelagio Petri dicto Corrigie magistro ordinis milicie sancti Jacobi et dono Gonsalvo Petri comendatori ejusdem ordinis in Regno Portugalie suisque successoribus in perpetuum, roboro et confirmo. Et donationem illam ratam et firmam habeo et me ipsam in perpetuum obervaturum promitto. Ut autem ista mea confirmatio maius robur obtineat hanc cartam eisdem sub meo sigillo feci communiri. Que fuit facta apud Ulixbonam, VI.<sup>a</sup> die Madii, Era M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> LX<sup>a</sup>.<sup>3</sup> III.<sup>a</sup>.

Donnus Johannes Alfonsi signifer curie confirmat, donnus Egidius Martini maiordomus curie confirmat, donnus Menendus Garsie tenens Panoyas confirmat, donnus Gonsalvus Garsie tenens Neviam confirmat, donnus Fernandus Lupi tenens Braganciam confirmat, donnus Alfonsus Lupi tenens

---

<sup>338</sup> No texto *militie*.

Soousam confirmat, donnus Didacus Lupi tenens Lamecum confirmat, donnus Petrus Poncii tenens Trasserram confirmat.

Donnus Johannes archiepiscopus Braccarensis confirmat, donnus Aryas Ulixbonensis episcopus confirmat, donnus Egeas Colimbriensis episcopus confirmat, donnus Martinus Elborensis episcopus confirmat, donnus Rodericus Egitaniensis episcopus confirmat, donnus Julianus episcopus Portugalensis confirmat, donnus Egeas Lamecensis episcopus confirmat, donnus Matheus *[fl. 152v]* electus Visensis confirmat.

Johannes de Avoyno subsignifer Regis, Johannes Suerii Conelio, Menendus Suerii, Egeas Laurencii, Vincencius Didaci superjudex<sup>339</sup>, Petrus Pelagii, superjudex<sup>340</sup>, testes.

Donnus Stephanus Johannis cancellarius, Dominicus Petri notarius Regis scripsit.

[716]

*1255 Maio 12, Lisboa — Doação do direito de padroado da igreja de Porto de Mós ao mosteiro de Alcobaça.*

### **Karta Alcobacie de donatione juris patronatus ecclesie de Portu Molarum**

In christi nomine et ejus gratia. Quia labilis est hominum memoria et rerum turbe non sufficit, inventum fuit scripture remedium ut facta mortalium firma fierent et ad posteros eorum scripture testimonio servarentur. Idcirco ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Comes Bolonie una cum uxore mea Regina donna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia do et concedo vobis dono Stephano abbatii et conventui monasterii Alcobacie et omnibus successoribus vestris pro remedio meorum peccaminum et parentum meorum jus patronatus ecclesie sancte Marie de Portu Molarum habendum in perpetuum et possidendum, quod ego in ipsa ecclesia habeo et de jure habere debeo tam de jure quam de facto, et omnem dominium et jurisdictionem et proprietatem quas ego in ipsa ecclesia supradicta habeo et de jure habere debeo transfero in vos, et facio vos veros patronos et confirmo. Habeatis vos igitur et omnes successores vestri et possideatis pacifice et quiete ab hac die in antea prefatum jus patronatus ad servicium dei et vestri monasterii utilitatem cunctis temporibus seculorum. Si quis vero tam de meis quam de extraneis quod deus advertat venerit, qui istam meam donationem irrumpere vel in aliquo diminuere attemptaverit non sit sibi licitum set

---

<sup>339</sup> No texto: *superjustice*.

<sup>340</sup> Cfr. nota anterior.

pro sola temptatione iram omnipotentis dei et beate virginis Marie et omnium sanctorum et maledictionem meam et meorum progenitorum incurrat. Donatione et concessione ista nichilominus in suo robore in perpetuum valitura. Et ut hec mea donatio et concessio maioris roboris obtineat firmitatem et non possit in dubium revocari presentem meam cartam patentem vobis precepi fieri et mei sigilli munimine roborari. Quam cartam meis manibus propriis roboro et confirmo. Data apud civitatem Ulixbonem, XII.<sup>o</sup> die Maii, Era M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> LX<sup>a</sup>.<sup>a</sup> III.<sup>a</sup>.

Donnus Johannes Alfonsi signifer curie tenens Ripam Minii, donnus Egidius Martini maiordomus curie tenens Sintriam, donnus Menendus Garsie tenens Panoyas, donnus Gonsalvus Garsie tenens Barroso, donnus Fernandus Lupi tenens Braganciam, donnus Alfonsus Lupi tenens Sausam, donnus Didacus Lupi tenens terram de Lameco, donnus Petrus Poncii tenens terram de Sena, confirmant.

Menendus Suerii de Merloo, Johannes de Avoyno, Johannes Suerii Conelio, Egeas Laurencii de Cunya, testes.

Donnus Johannes archiepiscopus Bracarensis, donnus Julianus episcopus Portugalensis, donnus Arias episcopus Ulixbonensis, donnus Egeas episcopus Colimbriensis, donnus Rodericus Egitaliensis, donnus Martinus episcopus Elborensis, donnus Egeas episcopus Lamecensis, donnus Matheus electus Visensis, confirmant.

Fernandus Fernandi Cogomino, Petrus Martini Petarino, Alfonsus Martini Vivas, Lupus Roderici, testes.

Stephanus Johannis cancellarius curie, Johannes Suerii notarius notuit.

[717]

*1255 Maio 16, Lisboa — Aforamento do reguengo de Colares (c. Sintra) a Pedro Miguéis e sua mulher Maria Esteves.*

### **Carta de foro de regalengo de Colares in termino de Sintria**

Notum sit omnibus presentes litteras inspecturis, quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Comes Bolonie una cum uxore mea Regina donna Beatrice, Illustris Regis Castelle et Legionis filia, do et concedo vobis Petro Michaelis et uxori vestre Marie Stephani meum regalengum quod jacet in Colares in termino de Sintria, videlicet ad portum de Basam quod tenuit Martinus Petri castelanus de Regina donna Urraca, et est in duabus peccis, et una pecia jacet super ipso portu de Bazam, et alia pecia sub ipso portu. Do vobis ipsum regalengum sicut dividit per aquam de Mazuphal et sicut dividit cum Almargem de Mauris et sicut dividit cum alio meo regalengo de Colares quod tenent alii laboratores, tali videlicet pacto quod plantetis vineas in ipso regalengo et detis inde michi et omnibus

successoribus meis quartam partem de vino et de omnibus fructibus quos vobis deus dederit ibi, pro ut dant michi de aliis meis regalengis que sunt circa illud. Habeatis igitur supradictum regalengum cum terminis et divisionibus supradictis, et cum supradicto foro, et omnes posteritas vestra, et faciatis de eo quicquid vestre placuerit voluntati, faciendo michi et omnibus successoribus meis de eo supradictum forum cunctis temporibus seculorum. Et quicquid istud factum meum bene et integre observaverit, sit benedictus a deo amen. Et quicumque contra hoc factum meum venire temptaverit iram omnipotentis dei et beate Marie virginis et omnium sanctorum et maledicionem meam incurrat quicquid ipse fecerit, a suis successoribus in irritum ducatur. Facta carta apud Ulixbonam, XVI.<sup>o</sup> die Madii, Rege mandante per donnum Egidium Martini maiordomum curie et per cancellarium.

Dominicus Petri fecit. Era M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> LX<sup>o</sup>.<sup>a</sup> tercia.

[718]

1255 Junho 16, Lisboa — Foral de Aroche, segundo o modelo de Elvas.

### **Carta de foro de Arouchi**

In nomine sancte et individue trinitatis patris et filii et spiritus sancti amen. Ego Rex Alfonsus tercius Portugalie et Comes Bolonie filius Illustris Regis Alfonsi et Regina donne Urrace, una cum uxore mea Regina donna Beatrice filia Illustris Regis Castelle et Legionis, volens populare Arouchi[tam] quam habeo a Sarracenis, do vobis populatoribus de Arouchi[tam] presentibus quam futuris forum et custume de Elvis, videlicet ut due partes de militibus vadant in fossato et tria pars remaneat in villa et in una vice faciant fossatum in anno, et qui non iverit *fl. 153* ad fossatum pectet pro foro quinque soldos pro fossadeyra, et pro homicidio pectet centum soldos ad palatium, et pro casa derrota cum armis scudis et spadis pectet trecentos soldos et septima ad palatium, et qui furtaverit pectet pro uno novem, et habeat intentor duos quiniones et septem partes ad palatium, et qui mulierem aforciaverit et illa clamando dixerit quod ab illo est aforciata, et ille negaverit det illa auctorgamentum de tribus hominibus tales qualis ille fuerit, ille juret cum duodecim et si non habuerit auctorgamentum juret ipse solus, et si non potuerit jurare, pectet ad illam trecentos soldos, et septima ad palatium, et testimonia mentirosa et fidele mentiroso pectet sexaginta<sup>341</sup> soldos et septima ad palatium et duplet el aver, et qui in mercato aut in concilio vel in ecclesia feriret pectet sexaginta soldos, medios ad palatium et medios ad concilium, et de mediis

---

<sup>341</sup> Segue-se *sexaginta* sopontado.

de concilio septima ad palatium, et homo qui fuerit gentilis aut eredoro, qui non sedeat meyrino, et qui in villa pignos aflando et fiador et ad montem fuerit pignorare, duplet pignoram et pectet sexaginta soldos et septima ad palatium, et qui non iverit ad sinalem de judice et pignos sacudiret ad saiom, pectet I soldum ad judicem, et qui non fuerit ad apilidum cavallarii et pedones, exceptis hiis qui sunt in servicio alieno, pectet miles X soldos et pedones quinque soldos ad vicinos. Et qui habuerit aldeyam et unum jugum de bobus et quadraginta oves, et unum asinum et duos lectos conparet caballum, et qui quebrantaverit sinal cum sua muliere pectet unum soldum ad judicem, et mulier que leyxaverit maritum suum de benedicionibus pectet trecentos soldos, et septima ad palatium, et qui leyxaverit mulierem suam pectet unum denarium ad judicem, et qui caballum alienum calvagaverit pro uno die pectet unum carnarium, et si magis pectet as angueyras pro uno die sex denarios, et pro una nocte unum soldum, et qui feriret de lancea aut de spata pro intrada pectet decem soldos, et si trouciret de altera parte pectet viginti soldos ad querelosum, et qui quebrantaverit occulum aut brachium aut dentem pro unoquoque membro pectet centum soldos alisiado, et illet det septimam ad palatium. Qui<sup>342</sup> mulierem alienam ante suum maritum feriret pectet tringita soldos, et septima ad palatium. Qui moyo alieno in suo ero mudaverit pectet quinque soldos et septima ad palatium. Qui linde alieno quebrantaverit, pectet quinque soldos et septima ad palatium. Qui conducteyro alieno mactaverit, suus amo colligat homicidium et det septimam ad palatium. Similiter de suo ortolano et de quarteyro et de suo moleyro et de suo solarengo. Qui habuerit vassallos in suo solare, aut in sua hereditate, non serviant ad alterum hominem de tota sua facienda, nisi ad dominum de solare. Tende et molendini et furni de hominibus de Arouchi sint liberi de foro. Milites de Arouchi sint in judicio pro podestades et infaciones de Portugalia. Clerici vero habeant mores militum. Pedones sint in judicio pro caballariis villanis de altera terra. Qui venerit vozeyro ad suum vicinum pro hominibus de foras de villa, pectet decem solidos et septima ad palatium. Ganado de Arouchi non sit montado in nulla terra et homini cui se anafragaverit suum adextrado quamvis habeat alium sedeat excusatum usque ad caput anni. Mancebo qui mactaverit hominem foras de villa, et fugerit suus amo non pectet homicidium. Por todas querelas de palatio judex sit vozeyro. Qui in villa pignoraverit cum saione et sacudiverit pignores ei auctorguet el saion<sup>343</sup> et prendat concilium de tribus collationibus, et pignoret pro sexaginta soldos, medios ad concilium et medios ad rancurosum. Barones de Arouchi non sedeant in prestamo dados. Et si homines de Arouchi habuerint judicium cum hominibus de

---

<sup>342</sup> Segue-se um *m* sublinhado.

<sup>343</sup> No texto: *saiori*.

alia terra non currat inter eos firma, sed currat per enquisam aut reto. Et omnes qui voluerint pausare cum suo ganato in terminis de Arouchi preendant de illis montatigo, de grege de ovibus quatuor carnarios et de busto de vaccis unam vaccam. Iste montatigo est de conalis. Et omnes milites qui fuerint in fossato vel in gardia, omnes caballi qui se perdiderint in algara vel in lite primum erectis eis sine quinta, et postea detis michi quintam directam. Et omnes homines de Arouchi qui invenerint homines de aliis civitatibus talliando aut levando madeyram de montibus suis, preendant totum quod invenerint sine calumpnia. De azarias et de gardas quintam partem michi date sine aliqua offrecione. Quicumque ganatum domesticum pignorare vel rapere fecerit pectet sexaginta soldos ad palatium, et duplet ganatum domino suo. Testo vero et perhempniter firmo ut quicunque mercatores vel viatores christianos judeos sive mauros pignoraverit nisi fuerit fideiussor vel debitor, quicumque fecerit, pectet sexaginta soldos ad palatium et duplet ganatum quod prendiderit domino suo, et insuper pectet centum marabitinos pro cauto quod fregerit. Rex habeat medietatem et concilium medietatem. Siquis ad vestram villam venerit per vim cibos aut alias res accipere, et ibi mortuus vel percussus fuerit, non pectet pro eo aliquam calumpniam, nec suorum parentum homicide habeantur. Et si cum querimonia de ipso ad regem vel ad dominum terre venerit, pectet centum marabitinos, medietatem regi et medietatem concilio. Mando et concedo quod si aliquis fuerit latro et si jam per unum annum vel duos furari vel rapere dimisit, si pro aliqua re repetitus fuerit *ffl.153v* quam commisit salvet se tamquam latro, et si latro est et latro fuit, omnino pereat, et subbeat penam latronis. Et si aliquis repetitur pro furto et non est latro neque fuit, respondeat ad suos foros. Si aliquis homo filiam alienam rapuerit extra suam voluntatem donet eam ad suos parentes, et pectet illis trecentos marabitinos et septima ad palatium, et insuper sedeat homicida. Et portagem de troxel de caballo de pannis de lana vel de lino unum soldum, de trouxel de lana unum soldum, de trouxel de fustae quinque soldos, de trouxel de pannis de colore quinque soldos. De carrega de asino sex denarios. De carrega de coniliis de christianis quinque soldos. De carrega de coniliis de mauris unum marabitinum. De portagine de caballo quem vendiderint in azougue unum soldum, de mulo unum soldum, de asino VI denarios, de bove sex denarios, de carnario tres mealias, de porco duos denarios, de furom duos denarios. De carrega de pane et de vino tres mealias, de carrega de peon unum denarium. De mauro quem vendiderint in mercato unum soldum. De mauro qui se redemerit decimam. De mauro qui talia cum domino suo decimam. De corio de vacca et de zevra duos denarios. De corio de cervo et de gamo tres mealias. De carrega de cera VI soldos. De carrega de azeyte V. De carrega de piscato VI denarios. Ista portagio est de hominibus de foras de villa et est tercia de suo hospite et due partes sunt de Rege.

Ego supradictus Rex Alfonsus tercarius Portugalie et Comes Bolonie filius Regis Alfonsi et Regine donne Urrace una cum uxore mea Regina donna Beatrice filia Illustris Regis Castelle et Legionis hanc cartam roboramus et confirmamus. Quisquis hanc cartam irrumpere voluerit sit maledictus et excommunicatus, amen. Facta carta apud Ulixbonam, XVI.<sup>o</sup> Kalendas Julii, Era M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> LX<sup>v</sup>.<sup>a</sup> III.<sup>a</sup>.

Donnus Johannes Alfonsi signifer curie confirmat, donnus Egidius Martini maiordomus curie confirmat, donnus Menendus Garsie tenens terram de Pannoniis confirmat, donnus Gonsalvus Garsie tenens terram de Nevya confirmat, donnus Fernandus Lupi tenens terram de Bragancia confirmat, donnus Alfonsus Lopiz tenens terram de Sausa <confirmat>, donnus Didacus Lopiz tenens terram de Lameco confirmat, donnus Petrus Poncii tenens Trasserram confirmat.

Donnus Johannes archiepiscopus Bracarensis confirmat, donnus Julianus episcopus Portugalensis confirmat, donnus Egeas episcopus Columbriensis confirmat, donnus Arias episcopus Ulixbonensis confirmat, donnus Martinus episcopus Elborensis confirmat, donnus Rodericus episcopus Egitanensis confirmat, donnus Egeas episcopus Lamecensis confirmat, donnus Matheus electus Visensis confirmat.

Donnus Stephanus Johannis cancellarius curie, Dominicus Vincentii notuit.

[719]

*1272 Janeiro 9, Lisboa — Carta a Nuno Viegas, alcaide de Marachique, mandando que não entre nos termos de Mértola e de Aljustrel para exigir montádigo, devendo reintegrar a ordem de Santiago se já algo apreendeu.*

Alfonsus Dei gratia Rex Portugalie et Algarbii vobis Munyo Egee pretori de Marachiqui salutem. Mando vobis quod de cetero non intretis in terminos de Merthola et de Aljustre pro montado nec pro alia re, et si inde aliquid filiastis integrate illud quod inde filiastis magistro et ordini milicie sancti Jacobi, et leyxate eos usare per illos marcos et per illas divisiones per ubi solebant usare, quia debeo ibi enviare bonos homines in quibus adveni me cum magistro et ordine supradicto, qui debent videre ipsos marcos et ipsas divisiones, si stant quomodo debent stare aut per ubi usent ipsi fratres et si inde venerint quod stant bene quod leyxant eos stare, et si invenerint quod non stant quomodo debent quod corrigant. Unde aliter non faciatis. Data Ulixbona, IX.<sup>a</sup> die Januarii. Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno maiordomum suum et per cancellarium et per Rodericum Garsie de Pavya et per Fernandum Fernandi Cogominum et per Johannem Suerii Conelium et per alios de consilio suo.

Johannes Vincentii notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> X.<sup>a</sup>.

*1272 Janeiro 4, Lisboa — Composição com a ordem de Santiago sobre Tavira, Cacela, Castro Marim, Aveiras e os respectivos direitos de padroado, e sobre o pão, vinho e outros víveres que iam pela foz do Guadiana para Mértola.*

**Carta compositionis inter dominum Regem et ordinem de Ocles super Tavira et aliis rebus**

In nomine sancte et individue trinitatis patris et filii et spiritus sancti amen. Notum sit omnibus presens scriptum inspecturi, quod cum in[ter] nos magistrum Gomecium Zamorensem canonicum, fratrem Geraldum Dominici doctorem fratrum predicatorum Ulixbone et Dominicum Johannis canonicum Elborensem per Illustrem donnum Alfonsum Regem Portugalie et Algarbii et donnum Pelagium Petri eadem magistrum ordinis milicie sancti Jacobi et Johannem Reymondi comendatorem sancti Jacobi de Caçem procuratorem tredecim, et capituli generalis predicti ordinis extiterit compromissum prout in compromisso inde confecto plenius continentur, cuius tenor talis est:

“Noverint universi presens compromissum inspecturi, quod cum inter nos donnum Alfonsum dei gratia Regem Portugalie et Algarbii ex una parte et donnum Pelagium Petri eadem magistrum milicie sancti Jacobi et Johannem Reymondi comendatorem sancti Jacobi de Caçem procuratorem capituli ejusdem ordinis ex altera, controversie cause et questiones verterentur super Tavira et terminis suis, Caçala cum terminis suis, Castromarin quod est in termino de Caçala ut dicitur, et super juribus eorumdem, et super Aaveyras cum terminis suis, et super juribus patronatus ipsius loci, et omnium predictorum locorum ecclesiarum factarum et faciendarum, et super pane, vino et quibusdam aliis que sunt ad comedendum vel bibendum que per mare portantur ad Mertolam per focem de Udiana a moratoribus de Mertola de nostra communi voluntate simpliciter et de plano in viros providos et discretos, donnum Gomecium doctorem legum ca/fl.154/honicum Zamorensem, religiosum virum fratrem Geraldum Dominici doctorem fratrum predicatorum Ulixbone, et Dominicum Johannis canonicum Elborensem presentes et recipientes in se hoc compromissum, a nobis communiter electos, super omnibus predictis et singulis premissorum compromittimus sub hac forma, quod quicquid ipsi arbitri arbitratu fuerint, statuerint diffinierint sentenciaverint laudaverint mandaverint disposuerint ordinaverint super omnibus predictis et ipsorum quolibet inter nos, lite contestata et non contestata, diebus feriatis et non feriatis, stando, procedendo sive sedendo, in scriptis et sine scriptis, semel vel pluries, una die sive diversis temporibus, presentibus partibus sive absentibus, sive altera partium presente sive absente,

causa instructa et non instructa, vocatis partibus et non vocatis, de die vel de nocte, omni loco, tutis ordine servato et non servato, nos predicte partes adimpleremus, et observaremus. Promitentes nos predicti Rex et magister et ego predictus procurator nomine ipsius ordinis cuius sum procurator adinvicem contra arbitrium, diffinitionem, sentenciam, laudum, mandatum, dispositionem seu ordinationem predictorum arbitrorum, sub pena decem milium marcarum puri et examinati argenti aliquatenus non venire. Et ego predictus Rex ad hoc per memoratam penam sub ypoteca rerum mearum me astringo. Et nos magister et procurator sepedicti per eandem penam sub ypoteca rerum nostrarum et nostri ordinis, nos et nostram ordinem astringimus. Promittimus eciam per stipulationem sollempnem nos predicte partes quod quociens alter nostrum venerit de jure vel de facto contra omnia vel singula que ipsi arbitri arbitratores vel amicabiles compositores arbitrati fuerint statuerint diffinierint sententiaverint disposuerint seu ordinaverint in predictis et in quolibet predictorum parti alteri arbitrio, stuatuto, diffinitioni, sentencie, laudo, mandato, dispositioni seu ordinationi patenti tociens solvat penam superius memoratam, eisdem arbitrio statuto diffinitione sentencia laudo mandato dispositione seu ordinatione in suo robore incommutabiliter duraturis. Addicimus insuper quod alter nostrum dolum non committat in compromisso nec dolo faciat vel procuret quo minus compromissum et singula in eo contenta robur obtineant firmitatis. Item addicimus quod incontinenti lata sententia nos predicte partes eam confirmemus et emologemus. Item addicimus quod alter nostrum recurri ad arbitrium boni viri. Item addicimus quod alter nostrum ratione rerum de quibus compromitimus vel ratione personarum compromittencium vel earum in quas compromitimus nichil componat nec dicat de jure vel de facto, ab inicio vel ex post facto, contra dictum compromissum nec contra aliqua in eo contenta, nec contra mandatum, sentenciam, diffinitionem, arbitrium, laudum, statu[tu]m, dispositionem seu ordinationem dictorum arbitrorum. Item abrenunciamus super omnibus predictis beneficio restitutionis in integrum et omni juris auxilio. Et omnia supradicta et singula bona fide et sub pena superius memorata, nos predicte partes promittimus prout jacent perpetuo servatuos. Et ut hec non possint in dubium venire, nos predicti Rex et magister presens compromissum facimus sigillorum nostrorum munimine communiri. Et ego Johannes Reymondi predictus procurator sigillo nostri capitulo cuius sum procurator presens compromissum facio sigillari. Actum fuit hoc apud Ulixbonam, III.<sup>o</sup> Kalendas Januarii, Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> IX.<sup>a</sup> .”

Tenor autem procriptionis talis est:

“Noverint universi presentem litteram inspecturi, quod nos tredecim et capitulum generale ordinis milicie sancti Jacobi de consensu donni Pelagii dei gratia magistri nostri ordinis, constituimus, ordinamus sive facimus donnum

Johannem Reymondi fratrem nostrum comendatorem sancti Jacobi de Caçem procuratorem nostrum sindicum vel actorem in causa sive causis que inter nos et predictum magistrum nostrum nomine ordinis nostri ex una parte et donum Alfonsum dei gratia Illustrum Regem Portugalie et Algarpii ex altera vertuntur veterti sperantur super Tavira cum terminis suis juribus patronatus eorumdem locorum Caçala cum terminis suis et Castrummarim quod dicimus esse in terminis ipsius Caçalle et juri patronatus ipsorum locorum ad agendum super premissis, et respondendum coram quocumque judice ecclesiastico sive mundano, jurandum in animabus nostris de quolibet genere sacramenti componendum et compromittendum in arbitros vel amicabiles compositores et ad penam in compromisso apponendum, juxta ipsius procuratoris arbitrium nos et ordinem nostram obligandum, prout ei placuerit et visum fuerit expedire, ratum et firmum nos promittimus habituros quicquid actum fuerit per predictum procuratorem per viam judicii sive compromissi in omnibus premissis et ipsorum quolibet sub ypoteca rerum nostrarum relevando ipsum de judicato solvendo. In cuius rey testimonium hanc procriptionem facimus nostri sigilli munimine consignari. Data in Merida, III.<sup>o</sup> Nonas Novembris, Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> IX.<sup>a</sup> .”

Nos memorati arbitri pro bono pacis et concordie et pro tranquillitate et utilitate utriusque partis cognita veritate de omnibus supradictis concorditer et de communi nostro assensu ex potestate nobis data a partibus in predictis, taliter mandamus, laudamus, judicamus, arbitramus, diffinimus et ordinamus quod Tavira cum terminis suis, pascuis, montibus, fontibus, ingressibus et egressibus, rivulis, juribus et omnibus pertinenciis suis, remaneat predicto domino Regi et successoribus suis quod ad omnia temporalia et eant habeant teneant possideant jure hereditario in perpetuum. Jura vero patronatus ejusdem ville et terminorum suorum ecclesiarum factarum et faciendarum remaneant *[fl. 154v]* dictis magistro et ordini et habeant, teneant et possideant ea in perpetuum et sint sua, excepto jure patronatus ecclesie sancti Jacobi de Tavira. Item predictus Rex et successores sui habeant teneant et possideant jure hereditario in perpetuum quo ad omnia temporalia Caçalam cum terminis suis, ingressibus et egressibus, pascuis, montibus, fontibus, rivulis, et cum omnibus juribus et pertinenciis suis, et Castrummarim quod jacet in termino de Caçala ut dicitur, cum omnibus juribus et pertinenciis suis. Jura vero patronatus ecclesiarum factarum et faciendarum istorum duorum locorum et terminorum suorum remaneant magistro et ordini et habeant teneant et possideant ea in perpetuum et sint sua, prout modo termini predictorum locorum jacent. Et si dictus magister et ordo voluerint fundare seu de novo construere aliquas ecclesias in predictis duobus locis et terminis suis, dominus Rex det eis locum competentem ad ipsas ecclesias edificandas et ad cimiterium earumdem. Det etiam dominus Rex domos quas nunc dominus Rex habet de morada in Tavira que fuerunt de

Abenfalixa que dividuntur cum domibus Silvensis episcopi, et det eis illas ut eas habet et de jure debet habere. Et magister et ordo habeant teneant et possideant eas, jure hereditario in perpetuum, et sint sue. Item remaneat dictis magistro et ordini Agomeyra cum tota hereditate que fuit Pelagii Suerii cum juribus et pertinenciis suis. Et det dominus Rex magistro et ordini in illo termino quem dederit Castromarim, quatuor jugarias hereditatis que sunt due ad annum et ad vicem. Det etiam eis dominus Rex locum ad vinariam et casariam. Item mandamus, adjudicamus et laudamus, quod si moratores de Mertola asportaverint per mare ad Mertolam panem vel vinum vel alias res ad comedendum vel bibendum et intraverint per focem de Udiana et non asportaverint eas ad vendendum nec ad regatandum et non aportarem in aliquo loco Regis et recta via iverint aportare ad Mertolam, non dent domino Regi decimam nec custumagem. Et se aportarem in aliquo loco Regis, dent suum directum secundum consuetudinem ipsius loci. Item mandamus, adjudicamus, laudamus quod dominus Rex det magistro et ordini Aaveyras cum terminis suis, pascuis, montibus, fontibus, ingressibus, egressibus, rivulis, juribus et omnibus pertinenciis suis, que ibi habet vel habere debet, et cum jure patronatus quod ibi habet. Et quia dominus Rex jus patronatus ecclesie sancti Jacobi de Tavira contulit episcopo et ecclesie Silvensis pro remedio anime sue cum contradonationem suam venire non debeat in recompensatione juris patronatus predicte ecclesie de communi voluntate Regis, magistri et predicti procuratoris dat dominus Rex magistro et ordini jus patronatus ville sancte Marie de Faarom et terminorum suorum tam ecclesie ibi facte quam ecclesiarum ibi faciendarum. Et mandamus et adjudicamus quod magister predictus procurator nomine suo, ordinis et procuratorio, renuncient donationibus factis magistro et ordini de villa de Tavira et de Caçala cum terminis suis, quo ad temporalia a donno Alfonso Rege Portugalie et Algarpii et a bone memorie donno Sancio secundo Illustri Rege Portugalie et omnibus confirmationibus super predictis locis habitis et obtentis quo ad temporalia et omni juri, actioni sive donationi super predictis locis sibi competentibus, et dent inde domino Regi litteras donationis, et privilegium domini Pape, que habent super predictis locis. Retento tamen magistro et ordini plene et integre jus patronatus de Tavira et de terminis suis excepto jure patronatus ecclesie sancti Jacobi ejusdem ville sicut superius est expressum. Et mandamus et adjudicamus quod dominus Rex renunciet omni juri actioni et actioni sibi competenti in villa et terminis de Aaveyras et in jure patronatus ejusdem loci et in jure patronatus de Tavira, et de Caçala, et de Castromarim, et de sancta Maria de Faarom et terminorum suorum tam in ecclesiis factis quam faciendis, excepto jure patronatus ecclesie sancti Jacobi de Tavira, et quod ex nunc ut ipse habet, concedit magistro et ordini supradictis. Et mandamus, laudamus, judicamus, arbitramus, diffinimus et ordinamus sub memorata pena quod omnia supradicta et quolibet

predictorum compleantur, rectificentur et emologentur, et effectui perducantur per dominum Regem, magistrum et ordinem supradictos, prout in compromisso inde confecto plenius continentur. Et ut hoc non possit alicui in dubium devenire, mandamus inde fieri duas patentes litteras consimiles quarum una debet remanere apud dominum Regem, et alia penes magistrum et ordinem supradictos. Et mandamus quod in isto arbitrio, mandato, judicio seu laudo, predicti Rex et magister apponant sua sigilla, et quod predictus procurator ponat ibi sigillum capituli ordinis supradicti. Et ego predictus Rex nomine meo, et nos magister et procurator nomine nostro et ordinis, omnia supradicta et singula rata et firmum habentes, ea approbamus, confirmamus et emologamus, et sub pena in compromisso posita, ea nos et ordinem promittimus perpetuo servatueros. In cuius rei testimonio has cartas nos predicti Rex, magister nostris sigillis, et ego predictus procurator sigillo predicti capituli facimus communiri. Acta sunt hec apud Ulixbonam, III.<sup>a</sup> die Januarii, Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> X.<sup>a</sup>. Et ego supradictus Rex cum voluntate et expresso assensu uxoris mee Regine donne Beatricis, Illustris Regis Castelle et Legionis filie, et filiorum nostrorum Infantum donni Dionisii, donni Alfonsi, donne Blance et donne Sancie, et curie mee omnia supradicta et singula feci approbavi et emologavi et nunc approbo et emologo et confirmo, sub pena in compromisso posita prout superius est expressum. Et ego *[fl. 155]* supradicta Regina donna Beatrix, donnus Dionisius, donnus Alfonsus, donna Blanca et donna Sancia, omnia supradicta et singula approbamus et confirmamus et emologamus. Acta sunt hec apud Ulixbonam, die, hora et Era supradictis. Rege, magistro et procuratore supradictis mandantibus, per donnum Johannem de Avoyno suum maiordomum et per Rodericum Garsie de Pavya et per Johannem Suerii Conelium et per Fernandum Fernandi Cogomino et per Martinum Johannis de Vinali et per Petrum Alfonsi de Çamora et per Petrum Martini Caseval et per Magistrum Gomecium canonicum Zamorensem, et per fratrem Geraldum Dominici doctorem fratum predicatorum Ulixbone et per Dominicum Johannis canonicum Elborensis, arbitros supradictos.

Jacobus Johannis notuit.

[721]

*1272 Janeiro 20, Lisboa — A Ordem de Santiago concede ao Rei bens e direitos em Lisboa e Xabregas, recebendo em troca bens no Barreiro e em Almada.*

#### **Carta domini Regis de donatione sibi facta de almunya de Exebregas**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod nos donnus Pelagius Petri dei gratia magister ordinis milicie sancti Jacobi cum consensu capituli

ordinis supradicti, damus et concedimus illustri donno Alfonso dei gratia regi Portugalie et Algarpii et omnibus successoribus suis in perpetuum totum directum quod habemus in almuyna que jacet almuynam predicti domini Regis in Eixebregas cum juribus et pertinenciis suis que dicitur de Elconde et fculnetum quod habemus in Ulixbona apud balnea domini Regis supradicti, in loco qui dicitur Çafarigio. Damus et concedimus ei et successoribus suis totum nostrum directum de predicta almoyna et predicta almoyna et predictum fculnetum in comcambio in perpetuum, pro sanyas et pro vinea, quas Martinus Johannis quondam portarius maior ejusdem domini Regis comparavit in Coima, et pro almoyna quam idem Martinus Johannis comparavit in Almadaa quas sanyas, vineam et almoynam idem dominus Rex nobis et ordini nostro dedit in concambio pro nostro directo de predicta almoyna et pro dicto fculneto. In cuius rei testimonium dedimus eidem domino Regi istam nostram cartam sigilli nostri et sigilli capituli supradicti munimine consignatam. Data Ulixbona, XX.<sup>a</sup> die Januarii, Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> X.<sup>a</sup>

[722]

*[1271 Dezembro 30, Lisboa]<sup>344</sup> — Notícia de um compromisso entre o rei e o ordem de Santiago.*

**Memoriale compromissi facti inter dominum Regem et ordinem de Ocles**

Tenor autem compromissi quod fuit inter dominum Regem, magistrum et procuratorem ordinis milicie sancti Jacobi in supradicta littera de sentencia seu compositione lata inter illos de verbo ad verbum plenius continetur. Et ideo non fuit hic tenor ejusdem compromissi registratus.

[723]

*1272 Janeiro 5, Lisboa — Carta sobre as alçadas de juízes das vilas da ordem de Santiago.*

**Karta de Ocles super alçadis de suis villis faciendis ad dominum Regem**

Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii universis, presentem cartam inspecturis, notum facio quod donnus Pelagius magister ordinis milicie sancti Jacobi nomine suo et sui ordinis queyxavit se de me curie mee, quod ego faciebam sibi forciam super alçadis de judicibus de villis ipsi magistri et ordinis. Et curia mea

---

<sup>344</sup> A data proposta remete para o compromisso inserido no doc. n.º 720, ao qual se referirá esta notícia.

a[u]lditis rationibus utriusque partis mandavit ad placitum<sup>345</sup> meum et ipsius magistri et ordinis<sup>346</sup>. Quod si aliquis se agravaret de judicibus qui sunt in villis ipsius ordinis quod non possit se alçare nisi duas vices, videlicet prima alcet se ad magistrum si fuerit in Regno, et de ipso magistro ad me, et si ibi non fuerit magister alcet se ad comendatorem maiorem et de ipso ad me, et si ibi non fuerit comendator maior, alcet se ad illum qui fuerit in suo loco et de ipso ad me. Et iste alçade usent se de cetero sicut superius est jam dictum. Et ut istud postea in dubium non vertatur, mea curia mandavit ad meum placitum et ispius magistri et ordinis inde fieri duas cartas sigillatas mei sigilli et sigilli dicti magistri, et sigilli capituli ipsius ordinis, quarum dicta curia mea dedit michi unam et aliam consimilem eisdem magistro et ordini in testimonium hujus rey. Data Ulixbona, V.<sup>a</sup> die Januarii, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno maiordomum suum et per donnum Stephanum Johannis cancellarium et per Rodericum Garsie de Pavya et per Fernandum Fernandi Cogominum et per Johannem Suerii Conelium et per fratrem Geraldum doctorem fratrum predicatorum Ulixbone.

Petrus Pelagii notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> X.<sup>a</sup>.

[724]

*1272 Janeiro 5, Lisboa — Carta para que somente seis dos homens que moram nas terras da ordem de Santiago se possam escusar do serviço por causa do trabalho na mina da Adiça.*

### **Carta facta inter dominum Regem et ordinem de Ocles super hominibus de adiça**

Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarpii, universis presentem cartam inspecturis notum facio quod donnus Pelagius magister ordinis milicie sancti Jacobi nomine suo et sui ordinis queyxavit se de me curie mee quod ego faciebam sibi forciam super hominibus que morantur in terra ipsius ordinis qui excusant se de servicio per rationem de mea adiça. Et mea curia auditis rationibus utriusque partis, mandavit ad placitum meum et ipsius magistri et ordinis quod super facto de ipsa adiça non possint se excusare<sup>347</sup> de terra ipsius ordinis per rationem de adiça, nisi sex homines et non magis, et ipsi homines sint excusati in illis rebus in quibus sint illi qui sunt de mea terra, per rationem de ipsa adiça, et non magis. Et ut istud postea in dubium non vertatur, mea curia mandavit ad meum placitum et ipsius magistri et ordinis inde fieri duas cartas sigillatas mei sigilli et sigilli dicti

<sup>345</sup> Corrigido de *palacitum*, sopontando o primeiro *a*.

<sup>346</sup> Segue-se *et curia mea* sopontado.

<sup>347</sup> Repete *excusare*, estando sopontado na primeira ocorrência.

magistri et sigilli capituli ipsius ordinis, quarum mea curia dicta dedit michi unam et aliam eisdem magistro et ordini in testimonium hujus rey. Data Ulixbona, V.<sup>a</sup> die Januarii, Rege mandante per donnum Johannem de Avoyno maiordomum suum et per donnum Stephanum Johannis cancellarium et per Rodericum Garsie de Pavya et per Fernandum Fernandi Cogomino et per Johannem Suerii Conelium et per fratrem Geraldum Dominici doctorem fratrum predicatorum Ulixbone.

Petrus Pelagii notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> X.<sup>a</sup>.

[725]

*1272 Janeiro 5, Lisboa — Acordo com a ordem de Santiago sobre mouros forros.*

**Carta adveniencie inter dominum Regem et ordinem de Ocles super mauris forris**

*[fl. 155v] Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii, universis presentem cartam inspecturis notum facio, quod donnus Pelagius magister ordinis milicie sancti Jacobi nomine suo et sui ordinis queyxavit se de me curie mee quod ego faciebam sibi forciam super mauris forris vel qui se forrabant de Regno Portugalie et Algarbii. Et curia mea, auditis rationibus utriusque partis mandavit ad meum placitum et ipsius magistri et ordinis, quod maori forri vel qui se forrarent de Regno Portugalie et Algarbii quod magister non recipiat illos in villis ipsius ordinis pro ad morandum ibi nec pro ad aliam causam, que se posset tornare ad dampnum meum. Similiter mandavit mea curia quod maori qui morantur in villis ipsius ordinis qui fuerint de populancia terre, vel qui se forraverunt aut forraverint in dictis villis, vel alii qui non sint de Regno Portugalie et Algarbii, qui voluerint morari in villis ipsius ordinis, ego non debeo eos sibi enbargare dum voluerint ibi morari, et ut istud postea in dubium non vertatur, mea curia mandavit ad meum placitum et ipsius magistri et ordinis, inde fieri duas cartas sigillatas mei sigilli et sigilli dicti magistri et sigilli capituli ipsius ordinis, quarum dicta curia mea dedit michi unam et aliam consimilem eisdem magistro et ordini in testimonium hujus rey. Data Ulixbona, V.<sup>a</sup> die Januarii, Rege mandante per donnum Stephanum Johannis cancellarium et per Rodericum Garsie de Pavya et per Fernandum Fernandi Cogominum et per Johannem Suerii Conelium et per fratrem Geraldum Dominici doctorem fratrum predicatorum Ulixbone.*

Petrus Pelagii notuit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> X.<sup>a</sup>.

1272 Janeiro 7, Lisboa — A Ordem de Santiago renuncia às doações de Tavira, de Caçela e de Castro Marim, feitas à ordem pelo Rei e confirmadas pelo Papa, retendo somente os respectivos direitos de padroado.

**Carta renunciationis ordinis de Ocles facta<sup>348</sup> domino Regi super Tavira,  
Caçala et Castromarim cum suis terminis**

Noverint universi presentem cartam inspecturi, quod nos donnus Pelagius magister ordinis milicie sancti Jacobi et Johannes Reymondi comendator de Caçem et procurator capituli ejusdem ordinis nomine nostro et ordinis supradicti renunciamus donationibus super Tavira, Caçala, Castromarim, cum terminis suis, nobis a Regibus Portugalie factis vel a quocumque alio si fieri potuerint, et confirmationibus a domino Pape, vel ab aliquibus aliis super predictis locis factis, et omnibus instrumentis litteris juribus actionibus nobis et ordini super supradictis locis quo ad temporalia competentibus et promittimus sub pena decem milium marcarum puri et examinati argenti prout in sententia lata per viros providos et discretos donnum Gomecum doctorem legum canonicum Zamorensis, religiosum nostrum fratrem Geraldum doctorem fratrum predicatorum Ulixbone, et Dominicum Johannis canonicum Elborensem plenius continentur. Nos nec ordinem nostrum non venire contra dictam sentenciam nec contra aliquum articulum de hiis qui in ipsa sententia continetur. Retento tamen nobis et ordini nostro jure patronatus in locis omnibus supradictis. In cujus rei testimonium hanc cartam nos magister supradictus sigillo nostro, et ego procurator supradictis sigillo capituli supradicti fecimus sigillari. Data Ulixbona, VII.<sup>a</sup> die Januarii, Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> X.<sup>a</sup>.

1272 Janeiro 11, Lisboa — Acordo com o mestre da Ordem de Santiago sobre a cópia de cartas relativas à posse de Tavira e seu termo guardadas no Mosteiro dos pregadores de Lisboa.

**Memoriale litterarum depositarum in domo predicatorum Ulixbone  
super controversiis habitis inter dominum Regem et ordinem de Ocles**

Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Algarbii et Pelagius eadem magister ordinis milicie sancti Jacobi religiosis viris priori et conventui fratrum predicatorum Ulixbone, salutem et amorem. Noveritis quod cum controversie et

---

<sup>348</sup> No texto: *facte*.

questiones essent inter nos super dominio de Tavira et de terminis suis et jure patronatus ejusdem ville et terminorum suorum tam ecclesiarum factarum quam eciam faciendarum tandem per arbitros a vobis communiter electos inter alia extitit difinitum que littera donationis illustris fratris mei Regis donni Sancii bone memorie, et alia littera confirmationis prefate donationis felicis recordationis domini pape Inocentii quarti darentur michi dicto Regi quibus datis prout in sentencia continetur, inter nos de consensu nostro taliter extitit ordinatum quod prefate littere deponerentur a nobis penes vos in monasterio vestro tali adjecta conditione quod si ego dictus Rex vel successores mei aliquo contingente casu in judicio super Tavira et terminis suis quod ad temporalia, vel ego magister et ordo prefati quo ad jura patronatus dictorum locorum uti voluerimus litteris memoratis quandocumque per judicem coram quo causa ventilata fuerit seu per ejus patentes litteras fueritis requisiti dictarum litterarum copiam faciatis dando transcriptum de verbo ad verbum extractum per manum publicam sub sigillo episcopali vel alio quocumque sigillo autentico. Ita tamen quod quicumque nostrum vel successorum nostrorum predicto transcripto uti voluerit in judicio teneatur super habenda copia tabellionis et qui apponat sigillum authenticum adhibere. In nullo allio casu nobis nec successoribus nostris <nec predicto ordini prefatas litteras ostendatis nec de ipsis copiam faciatis, sed eas in perpetuum reservetis et ut hoc in dubium venire non possit, fecimus inde tres patentes litteras sigillis nostris><sup>349</sup> et capitulo prefati ordinis sigillatas de quibus nos debemus habere singulas et tercias remaneat penes vos in testimonium premissorum. Data Ulixbona, XI.<sup>a</sup> die Januarii. Rege et magistro mandantibus per donnum Johannem de Avoyno maiordomum suum et per Rodericum Garsie de Pavya et per Fernandum Fernandi Cogomino et per Johannem Suerii Conelium et per alios de consilio suo. Et quando istud transcriptum debueritis dare, date illud apertum.

Johannes Vincentii notavit. Era M.<sup>a</sup> CCC.<sup>a</sup> X.<sup>a</sup>.

[728]

*1274 Fevereiro 3, Santarém — Acordo entre o Rei e a ordem de Santiago sobre a divisão dos direitos relativos aos bens transportados pelas barcas que entrarem e sairem pela foz do rio de Alcácer.*

---

<sup>349</sup> O que se encontra entre <> foi acrescentado na margem inferior da coluna da direita com chamada para o texto.

**Carta avenientie habite inter dominum Regem et ordinem de Ocles  
super directis venientibus per focem de Alcazar, de Setuval et de Palmela**

